SAN GREGORIO MAGNO

Morales sobre Job

Moralia

TOMO VI · VII

SABBATISMUS

San Gregorio Magno (540–604)
Moralia · Morales sobre Job

Texto latino: dominio público.
Traducción, alineación y edición © 2026 Inversiones San Juan Diego (Sabbatismus). Licencia Creative Commons Atribución-CompartirIgual 4.0 Internacional (CC BY-SA 4.0).

Edición bilingüe frente a frente: latín en las páginas pares, español en las impares.
Sabbatismus es la editorial de la fundación Inversiones San Juan Diego, San Pedro Sula, Honduras.
Compuesto en EB Garamond y Cinzel.
sabbatismus.com

ÍNDICE

LIBRO TRIGÉSIMO. 9
CAPÍTULO PRIMERO. 9
Capítulo II 15
Capítulo III 19
CAPÍTULO IV. 31
CAPÍTULO V. 33
Capítulo VI 37
Capítulo VII 41
CAPÍTULO VIII. 41
Capítulo IX 45
Capítulo X 53
Capítulo XI 65
CAPÍTULO XII. 67
CAPÍTULO XIII. 67
Capítulo XIV 71
Capítulo XV 73
CAPÍTULO XVI. 75
CAPÍTULO XVII. 79
Capítulo XVIII 79
Capítulo XIX 89
CAPÍTULO XX. 89
CAPÍTULO XXI. 91
CAPÍTULO XXII. 93
CAPÍTULO XXIII. 93
CAPÍTULO XXIV. 95
CAPÍTULO XXV. 97
CAPÍTULO XXVI. 107
CAPÍTULO XXVII 109
LIBRO TRIGÉSIMO PRIMERO 115
CAPÍTULO I 115
CAPÍTULO IX 115
CAPÍTULO III 119
CAPÍTULO IV 121
CAPÍTULO V 123
CAPÍTULO VI 125
CAPÍTULO VII 127
Capítulo VIII 131
CAPÍTULO IX. 135
Capítulo X 137
Capítulo XI 139
CAPÍTULO XII. 141
Capítulo XIII 147
Capítulo XIV 153
CAPÍTULO XV. 153

CAPÍTULO XVI. 159
Capítulo XVII 161
CAPÍTULO XVIII. 161
CAPÍTULO XIX. 163
CAPÍTULO XX. 165
Capítulo XXI 165
CAPÍTULO XXII. 167
Capítulo XXIII 169
Capítulo XXIV 171
Capítulo XXV 177
CAPÍTULO XXVI. 181
CAPÍTULO XXVI. 185
CAPÍTULO XXVIII. 189
CAPÍTULO XXIX. 197
CAPÍTULO XXX. 197
CAPÍTULO XXXI. 199
CAPÍTULO XXXII. 201
CAPÍTULO XXXIII. 205
CAPÍTULO XXXIV. 209
CAPÍTULO XXXV. 211
CAPÍTULO XXXVI. 211
CAPÍTULO XXXVII. 213
CAPÍTULO XXXVIII. 213
CAPÍTULO XXXIX. 215
CAPÍTULO XL. 217
CAPÍTULO XLI. 219
CAPÍTULO XLII. 221
CAPÍTULO XLIIII. 223
CAPÍTULO XLIV. 223
CAPÍTULO XLV. 225
CAPÍTULO XLVI. 231
CAPÍTULO XLVII. 233
CAPÍTULO XLVIII. 239
CAPÍTULO XLIX. 241
Capítulo L 243
CAPÍTULO LI. 243
Capítulo LII 247
CAPÍTULO LIII. 249
CAPÍTULO LIV. 249
LIBRO TRIGÉSIMO SEGUNDO. 253
CAPÍTULO I. 253
CAPÍTULO II. 255
CAPÍTULO III. 257
CAPÍTULO IV. 261
CAPÍTULO V. 263

Capítulo VI 267
CAPÍTULO VII. 269
CAPÍTULO VIII. 271
Capítulo IX 273
CAPÍTULO X. 273
Capítulo XI 277
Capítulo XII 279
Capítulo XIII 283
Capítulo XIV 287
Capítulo XV 289
Capítulo XVII 297
Capítulo XVIII 299
CAPÍTULO XIX. 299
CAPÍTULO XX. 303
CAPÍTULO XXI. 307
CAPÍTULO XXII. 313
Capítulo XXIII 319
Capítulo XXIV 325
LIBRO TRIGÉSIMO TERCERO. 329
CAPÍTULO I. 329
Capítulo II 333
Capítulo III 335
Capítulo IV 343
Capítulo V 345
Capítulo VI 347
Capítulo VII 353
Capítulo VIII 355
Capítulo IX 359
CAPÍTULO X. 361
Capítulo XI 365
CAPÍTULO XII. 365
Capítulo XIII 375
Capítulo XIV 375
Capítulo XV 379
Capítulo XVI 381
Capítulo XVII 385
Capítulo XVIII 387
CAPÍTULO XIX. 389
Capítulo XX 393
CAPÍTULO XXI. 395
CAPÍTULO XXII. 397
Capítulo XXIV 401
CAPÍTULO XXV. 403
Capítulo XXVI. 403
Capítulo XXVII 405

Capítulo XXVIII 407
CAPÍTULO XXIX. 411
Capítulo XXX 417
CAPÍTULO XXXI. 417
Capítulo XXXII 419
Capítulo XXXIII 421
Capítulo XXXIV 423
Capítulo XXXV 423
Capítulo XXXVI 427
CAPÍTULO XXXVII. 429
Capítulo XXXVIII 435
Capítulo XXXIX 435
LIBRO TRIGÉSIMO CUARTO. 439
CAPÍTULO PRIMERO. 439
CAPÍTULO II. 441
CAPÍTULO III. 443
CAPÍTULO IV. 447
CAPÍTULO V. 451
CAPÍTULO VI. 451
CAPÍTULO VII. 453
Capítulo VIII 457
Capítulo XI 463
Capítulo XIV 467
Capítulo XV 471
Capítulo XVI 477
Capítulo XXVII 479
Capítulo XVIII 481
Capítulo XIX 481
Capítulo XX 487
CAPÍTULO XXI. 487
CAPÍTULO XXII. 489
CAPÍTULO XXIII. 495

LIBER TRIGESIMUS.

Expositionem octo versuum ultimorum capitis XXXVIII, et totidem capitis XXXIX, complectitur. Ubi de Evangelii praedicatione praesertim plurima pie ac erudite sanctus Doctor edisserit.

955 [Vet. et Rec. I.] 1. Cur Job a Deo de tot tantisque interrogatus.---Beatus Job talia utrumne fecerit, Domino interrogante, requiritur, qualia utique facere non potest homo, ut dum se ista facere non posse deprehendit, ad eum refugiat quem solum talia quia facere possit intelligit, atque ante oculos judicis sui magis potens appareat, si sua verius infirma cognoscat. Quod ergo mire a Domino fieri non ignoratur, de eo divina Job voce requiritur; diciturque ei:

CAPUT PRIMUM.

CAP. XXXVIII, VERS. 34.---Nunquid elevabis in nebula vocem tuam, et impetus aquarum operiet te?

2. In nebula verbum Dei spargitur, dum infidelibus annuntiatur.---Vocem quippe suam in nebula Dominus elevat, quando per praedicatorum suorum linguas ad caliginosa corda infidelium exhortationem format; eumque aquarum impetus operit, dum bene agentia membra ejus turba resistentium populorum premit. Hinc est enim quod scriptum est: Factum est verbum Domini ad Jeremiam dicens: Sta in atrio domus Domini, loquens ad omnes civitates Juda, de quibus veniunt, ut adorent in domo Domini, universos sermones quos ego mandavi tibi (Jerem. XXVI, 2). Et paulo post: Et audierunt sacerdotes et prophetae et omnis populus Jeremiam loquentem verba haec in domo Domini. Cumque complevisset Jeremias loquens, apprehenderunt eum sacerdotes et prophetae et omnis populus, dicens: Morte moriatur, quare prophetavit in nomine Domini (Ibid., 7)? Ecce in nebula Dominus vocem levavit, quia obscuras mentes superbientium directo propheta corripuit. Ecce aquarum impetus eum protinus operuit, quia ab insurgentibus populis, et causa suae correptionis instigatis, ipse in Jeremia cuncta pertulit, qui correptionis verba mandavit.

LIBRO TRIGÉSIMO.

Comprende la exposición de los últimos ocho versículos del capítulo XXXVIII, y otros tantos del capítulo XXXIX. Donde el santo Doctor diserta muchísimas cosas, especialmente sobre la predicación del Evangelio, con piedad y erudición.

955 [Vet. y Rec. I.] 1. Por qué Job es interrogado por Dios sobre tantas y tales cosas.---El bienaventurado Job es requerido, interrogándolo el Señor, sobre si él hizo tales cosas, cuales ciertamente no puede hacer el hombre, para que mientras se descubre a sí mismo no pudiendo hacer estas cosas, se refugie en aquel que solo entiende que puede hacer tales cosas, y aparezca más potente ante los ojos de su juez, si conoce más verdaderamente sus propias flaquezas. Lo que, por tanto, no se ignora que es hecho maravillosamente por el Señor, es requerido de Job por la voz divina; y se le dice:

CAPÍTULO PRIMERO.

CAP. XXXVIII, VERS. 34.---¿Acaso elevarás tu voz en la nube, y el ímpetu de las aguas te cubrirá?

2. En la nube se esparce la palabra de Dios, mientras se anuncia a los infieles.---Ciertamente el Señor eleva su voz en la nube cuando, por las lenguas de sus predicadores, forma la exhortación hacia los tenebrosos corazones de los infieles; y el ímpetu de las aguas lo cubre, mientras la turba de los pueblos que resisten oprime a sus miembros que obran bien. De aquí es, pues, lo que está escrito: *Fue hecha la palabra del Señor a Jeremías diciendo: Estate en el atrio de la casa del Señor, hablando a todas las ciudades de Judá, de las cuales vienen para adorar en la casa del Señor, todos los sermones que yo te he mandado* (Jer. XXVI, 2). Y poco después: *Y oyeron los sacerdotes y los profetas y todo el pueblo a Jeremías hablando estas palabras en la casa del Señor. Y cuando hubo acabado Jeremías de hablar, lo aprehendieron los sacerdotes y los profetas y todo el pueblo, diciendo: Muera de muerte, porque ha profetizado en el nombre del Señor* (Ibíd., 7). He aquí que el Señor elevó su voz en la nube, porque el profeta reprendió directamente las oscuras mentes de los soberbios. He aquí que el ímpetu de las aguas lo cubrió al punto, porque de los pueblos insurgentes, e instigados por la causa de su reprensión, él mismo soportó todo en Jeremías, quien mandó las palabras de reprensión.

Per semetipsum quoque Dominus in nebula vocem levavit, quando praesentem se etiam assumpto corpore exhibens, multa suis persecutoribus sed figuris aenigmatum velata praedicavit. In nebula vocem levavit, quia veritatem suam non secuturis infidelibus quasi per caliginem sonuit. Unde et bene in libris Regum scriptum est: Nebula implevit domum Domini, et non poterant sacerdotes ministrare propter nebulam (III Reg. VIII, 10, 11). Exigentibus enim meritis, dum superbi Judaeorum pontifices divina mysteria per parabolas audiunt, sacerdotes in domo Domini quasi propter nebulam ministrare nequiverunt. Qui et in Testamento Veteri dum sensus mysticos litterae velamine coopertos inter obscuras allegoriarum caligines investigare despiciunt, debitum fidei suae ministerium propter nebulam perdiderunt. Quibus et nunc in nebula doctrinae suae vocem Dominus protulit, cum de se etiam aperta narravit. Quid est enim apertius quam: Ego et Pater unum sumus (Joan. X, 30)? Quid apertius dicere quam: Antequam Abraham fieret, ego sum (Joan. VIII, 58)? Sed quia auditorum mentes infidelitatis caligo repleverat, quasi emissum solis radium nebula interjacens abscondebat.

3. Verbi divini praedicatores impetus aquarum operit, cum in eos infideles saeviunt.---Ad hanc namque elevationem vocis eum protinus aquarum impetus operuit, quia contra illum mox saeviens populorum turba surrexit. Scriptum quippe est: Propterea ergo quaerebant eum Judaei interficere, quia non solum solvebat sabbatum, sed et Patrem suum dicebat Deum, aequalem se faciens Deo (Joan. V, 18). De hoc aquarum impetu per Prophetam clamat: Circumdederunt sicut aqua tota die, circumdederunt me simul (Psal. LXXXVII, 18). Et rursum: Salvum me fac, Deus, quoniam intraverunt aquae usque ad animam meam (Psal. LXVIII, 2). Quas profecto aquas in semetipso ante mortem, in suis autem et post ascensionem pertulit. Hinc est enim quod et de superioribus clamat: Saule, Saule, quid me persequeris (Act. IX, 4)? Ecce jam coelum conscenderat, et tamen adhuc eum Saulus aquarum infidelium impetu persequens, et tumidior caeteris unda tangebat. Ipse quippe est qui per bonos recta loquitur, ipse qui in bonorum passione laceratur. Ut ergo mirifica Dominus charitatis unitate, monstraret se esse qui indignis auditoribus per sanctorum suorum ora praedicat, ait: Nunquid elevabis in nebula vocem tuam? Ut vero ostenderet se esse qui in sanctis suis omnia adversa pateretur, subdidit: Et impetus aquarum operiet te? subaudis ut me, quem iniqui omnes neque per praedicantes sanctos loquentem intelligunt, neque per morientes patientem vident. Narrat ergo Dominus quod ab hominibus patitur, ut dolor afflicti hominis mitigetur, ac si illi aperte dicat: Mea subtiliter pensa, et tua aequanimiter tempera. Multo enim minus est te vulnera quam me humana tolerare.

Por sí mismo también el Señor elevó su voz en la nube, cuando, exhibiéndose presente también en el cuerpo asumido, predicó muchas cosas a sus perseguidores, pero veladas bajo figuras de enigmas. Elevó su voz en la nube, porque su verdad sonó para los infieles que no habrían de seguirla, como a través de la calígine. De donde también bien está escrito en los libros de los Reyes: *La nube llenó la casa del Señor, y no podían los sacerdotes ministrar a causa de la nube* (III Rey. VIII, 10, 11). Pues exigiéndolo sus méritos, mientras los soberbios pontífices de los judíos oyen los misterios divinos por parábolas, los sacerdotes en la casa del Señor no pudieron ministrar como a causa de la nube. Los cuales también en el Antiguo Testamento, mientras desprecian investigar los sentidos místicos cubiertos por el velo de la letra entre las oscuras calígines de las alegorías, perdieron el debido ministerio de su fe a causa de la nube. A los cuales también ahora el Señor profirió su voz en la nube de su doctrina, cuando narró de sí incluso cosas abiertas. ¿Pues qué hay más abierto que: *Yo y el Padre somos uno* (Juan X, 30)? ¿Qué más abierto decir que: *Antes que Abraham se hiciera, yo soy* (Juan VIII, 58)? Pero porque la calígine de la infidelidad había llenado las mentes de los oyentes, como si fuera un rayo emitido del sol, la nube interpuesta lo ocultaba.

3. El ímpetu de las aguas cubre a los predicadores de la palabra divina, cuando los infieles se ensañan contra ellos.---Ciertamente, ante esta elevación de la voz, al punto el ímpetu de las aguas lo cubrió, porque contra él pronto surgió ensañándose la turba de los pueblos. Pues está escrito: *Por eso, pues, buscaban los judíos matarlo, porque no solo quebrantaba el sábado, sino que también decía que Dios era su Padre, haciéndose igual a Dios* (Juan V, 18). Sobre este ímpetu de las aguas clama por el Profeta: *Me rodearon como agua todo el día, me rodearon a una* (Sal. LXXXVII, 18). Y de nuevo: *Sálvame, Dios, porque han entrado las aguas hasta mi alma* (Sal. LXVIII, 2). Cuales aguas ciertamente soportó en sí mismo antes de la muerte, y en los suyos también después de la ascensión. De aquí es, pues, lo que también clama sobre los de arriba: *Saulo, Saulo, ¿por qué me persigues?* (Hech. IX, 4). He aquí que ya había subido al cielo, y sin embargo todavía Saulo, persiguiéndolo con el ímpetu de las aguas infieles, y onda más hinchada que las demás, lo tocaba. Pues es él mismo quien por los buenos habla cosas rectas, él mismo quien en la pasión de los buenos es lacerado. Para que, pues, el Señor, por una maravillosa unidad de caridad, mostrara que es él quien predica a los oyentes indignos por las bocas de sus santos, dice: *¿Acaso elevarás tu voz en la nube?* Pero para que mostrara que es él quien en sus santos padecía todas las cosas adversas, añadió: *¿Y el ímpetu de las aguas te cubrirá?* entiéndase: como a mí, a quien todos los inicuos ni me entienden hablando por los santos que predican, ni me ven paciente por los que mueren. Narra, pues, el Señor lo que padece de los hombres, para que el dolor del hombre afligido se mitigue, como si le dijera abiertamente: Pesa sutilmente lo mío, y templa ecuánimemente lo tuyo. Pues es mucho menos que tú toleres heridas, que el que yo tolere las cosas humanas.

4. Ad arcanas inspirationes Dei etiam justorum corda caligant.---Adhuc tamen verba haec subtilius perscrutari possumus, si inter dona coelestia nostra sollicite corda pensamus. Jam quidem fideles sumus, jam quae audimus superna credimus, jam quae credimus amamus. Sed dum quibusdam supervacuis curis premimur, obducta confusione caligamus; et cum nobis etiam talibus mira quaedam Dominus de se sentienda insinuat, quasi in nebula vocem levat. Dum caliginosis nostris mentibus semetipsum loquitur, velut in nebula is qui non cernitur auditur. Summa sunt namque quae de illo cognoscimus, sed tamen adhuc eum in secreta inspiratione qua instruimur non videmus. Qui igitur cordibus nostris praebet quidem locutionem, sed occultat speciem, velut in nebula format vocem. Sed ecce jam verba Dei intrinsecus semetipsum loquentis audimus, jamque amori ejus qua continuatione, quo studio inhaerere debeamus agnoscimus, et tamen ab internae considerationis culmine ad consueta nostra ex ipsa mortalitatis hujus mutabilitate relabimur, et imminentium peccatorum male sedula importunitate tentamur. Cum ergo caecis nostris mentibus subtilia de semetipso insinuat, in nebula vocem levat.

5. Tentationibus intellectum de Deo obruentibus, ipse Deus quasi aquis operitur. Deus nos, ne quidem dum respuitur, non relinquit.---Cum vero tentatione vitiorum ipse de Deo noster intellectus opprimitur, quasi aquarum impetu in voce sua Deus operitur. Tot enim super illum aquas mittimus, quot post inspirationem ejus gratiae, cogitationes illicitas in corde versamus. Nec tamen nos vel oppressos deserit, nam illico ad mentem redit, tentationum nebulas discutit, imbrem compunctionis infundit, et subtilis intelligentiae solem reducit; atque sic ostendit quantum nos diligit, qui nos nec cum respuitur relinquit, ut saltem sic erudita humana conscientia ad se tentationes erubescat admittere, quam Redemptor suus et vagantem non cessat amare. Hoc in nobis per semetipsum tolerat, hoc ab infidelibus per suos quotidie praedicatores portat. Ejus enim donum suborta in nobis tentatione repellitur, et tamen ab infundendo intrinsecus munere nequaquam nostra infirmitate revocatur. Ejus publice verba respuuntur, et tamen ab eroganda gratiae largitate nulla infidelium iniquitate compescitur. Nam cum pravi homines praedicamenta despiciunt, adjungit etiam miracula quae venerentur. Unde post editam vocem, post inundantium aquarum impetum, apte subjungitur:

4. Ante las arcanas inspiraciones de Dios, incluso los corazones de los justos se oscurecen.---Todavía, sin embargo, podemos escudriñar estas palabras más sutilmente, si pesamos solícitamente nuestros corazones entre los dones celestiales. Ya ciertamente somos fieles, ya creemos las cosas celestiales que oímos, ya amamos las que creemos. Pero mientras somos oprimidos por ciertas preocupaciones superfluas, cubiertos de confusión, nos oscurecemos; y cuando el Señor nos insinúa, incluso siendo tales, ciertas cosas admirables que han de sentirse sobre sí, eleva su voz como en la nube. Mientras se habla a sí mismo a nuestras mentes caliginosas, como en la nube se oye aquel que no se distingue. Pues supremas son las cosas que de él conocemos, pero sin embargo todavía no lo vemos en la secreta inspiración por la que somos instruidos. El que, por tanto, ofrece ciertamente la locución a nuestros corazones, pero oculta la especie, como en la nube forma la voz. Pero he aquí que ya oímos las palabras de Dios que se habla a sí mismo intrínsecamente, y ya reconocemos con qué continuación, con qué estudio debemos serle fieles en su amor, y sin embargo, de la cumbre de la interna consideración recaemos a nuestras cosas acostumbradas por la misma mutabilidad de esta mortalidad, y somos tentados por la malvada y diligente importunidad de los pecados inminentes. Cuando, por tanto, insinúa cosas sutiles sobre sí mismo a nuestras mentes ciegas, eleva su voz en la nube.

5. Con las tentaciones que abruman el intelecto sobre Dios, Dios mismo es como cubierto por las aguas. Dios no nos deja, ni siquiera mientras es rechazado.---Pero cuando por la tentación de los vicios nuestro mismo intelecto sobre Dios es oprimido, Dios es como cubierto en su voz por el ímpetu de las aguas. Pues tantas aguas enviamos sobre él, cuantas, tras la inspiración de su gracia, barajamos pensamientos ilícitos en el corazón. Y sin embargo no nos desampara ni aun oprimidos, pues al punto vuelve a la mente, deshace las nubes de las tentaciones, infunde la lluvia de la compunción, y reduce el sol de la sutil inteligencia; y así muestra cuánto nos ama, quien no nos deja ni cuando es rechazado, para que al menos así la instruida conciencia humana se avergüence de admitir tentaciones, a la cual su Redentor aun errante no cesa de amar. Esto en nosotros lo tolera por sí mismo, esto lo soporta diariamente de los infieles por sus predicadores. Pues su don es repelido por la tentación surgida en nosotros, y sin embargo de ninguna manera es revocado por nuestra flaqueza de infundir el don intrínsecamente. Públicamente sus palabras son rechazadas, y sin embargo por ninguna iniquidad de los infieles se contiene de erogar la largueza de la gracia. Pues cuando los hombres malvados desprecian las predicaciones, añade también milagros que veneren. De donde, tras emitida la voz, tras el ímpetu de las aguas inundantes, aptamente se añade:

Caput II

[Rec. II].

VERS. 35.---Nunquid mittes fulgura, et ibunt, et revertentia dicent tibi, Adsumus?

6. A Deo exeunt sancti praedicatores et ad eum revertuntur, miracula quibus coruscant, illi soli tribuendo.---Fulgura quippe ex nubibus exeunt, sicut mira opera ex sanctis praedicatoribus ostenduntur. Qui, ut saepe diximus, idcirco nubes vocari solent, quia et coruscant miraculis, et verbis pluunt. And quia humana corda, postquam per praedicationem mota non fuerint, istis miraculorum fulgoribus conturbantur, Propheta attestante didicimus, qui ait: Fulgura multiplicabis, et conturbabis eos (Psal. XVII, 15). Ac si diceret: Dum verba praedicationis tuae non audiuat, per praedicantium miracula conturbantur. Unde alias scriptum est: In lumine jacula tua ibunt, in splendore fulgoris armorum tuorum (Habac. III, 11). Jacula Dei in lumine ire est verba ejus aperta veritate resonare. Sed quia saepe homines verba vitae etiam intellecta despiciunt, adjunguntur etiam miracula. Unde illic subdidit: In splendore fulgoris armorum tuorum. Fulgor quippe armorum est claritas miraculorum. Armis namque nos tuemur, jaculis adversa destruimus. Arma ergo cum jaculis sunt miracula cum praedicamentis. Sancti enim praedicatores verbis suis quasi quibusdam jaculis adversarios feriunt; armis vero, id est miraculis, semetipsos tuentur, ut et quantum sint audiendi sonent per impetum jaculorum, et quantum sint reverendi clarescant per arma miraculorum.

Dicitur ergo ad beatum Job: Nunquid mittes fulgura, et ibunt, et revertentia dicent tibi, Adsumus? subaudis ut mihi. Vadunt enim fulgura cum praedicatores miraculis coruscant et superna reverentia auditorum corda transfigunt. Revertentia vero dicunt, Adsumus, cum non sibi, sed Dei viribus tribuunt quidquid se fortiter egisse cognoscunt. Quid est ergo Deo dicere, Adsumus? Quoddam namque in hoc verbo obsequium declaratur. Revertentes itaque praedicatores sanctos dicere est, adsumus, illi laudem tribuere gratiae a quo se accepisse sentiunt victoriam pugnae, ne sibi tribuant quod operantur. Et ire quidem fulgura operando possunt, sed reverti superbiendo non possunt.

Capítulo II

[Rec. II].

VERS. 35.---¿Acaso enviarás los fulgores, e irán, y volviendo te dirán: Aquí estamos?

6. De Dios salen los santos predicadores y a él vuelven, atribuyéndole a él solo los milagros con que coruscan.---Ciertamente los fulgores salen de las nubes, así como obras admirables se muestran de los santos predicadores. Los cuales, como a menudo hemos dicho, por eso suelen llamarse nubes, porque tanto coruscan por los milagros, como llueven por las palabras. Y porque los corazones humanos, después de que no hubieran sido movidos por la predicación, se turban con estos fulgores de los milagros, lo hemos aprendido atestiguándolo el Profeta, que dice: *Multiplicarás los fulgores, y los turbarás* (Sal. XVII, 15). Como si dijera: Mientras no oyen las palabras de tu predicación, por los milagros de los que predican se turban. De donde en otra parte está escrito: *En la luz irán tus saetas, en el esplendor del fulgor de tus armas* (Habac. III, 11). Que las saetas de Dios vayan en la luz es que sus palabras resuenen con abierta verdad. Pero porque a menudo los hombres desprecian las palabras de vida incluso entendidas, se añaden también los milagros. De donde allí añadió: *En el esplendor del fulgor de tus armas*. Pues el fulgor de las armas es la claridad de los milagros. Pues con las armas nos protegemos, con las saetas destruimos las cosas adversas. Las armas, pues, con las saetas son los milagros con las predicaciones. Pues los santos predicadores con sus palabras como con ciertas saetas hieren a los adversarios; pero con las armas, esto es, con los milagros, se protegen a sí mismos, para que tanto suene cuánto han de ser oídos por el ímpetu de las saetas, como clarezca cuánto han de ser reverenciados por las armas de los milagros.

Se dice, pues, al bienaventurado Job: *¿Acaso enviarás los fulgores, e irán, y volviendo te dirán: Aquí estamos?* entiéndase: como por mí. Pues van los fulgores cuando los predicadores coruscan con milagros y trasfijan con soberana reverencia los corazones de los oyentes. Pero volviendo dicen: *Aquí estamos*, cuando no se atribuyen a sí mismos, sino a las virtudes de Dios, lo que reconocen haber hecho con fortaleza. ¿Qué es, pues, decir a Dios: *Aquí estamos*? Pues en esta palabra se declara un cierto obsequio. Así pues, que los predicadores santos volviendo digan: *Aquí estamos*, es atribuir la alabanza a aquella gracia de la que sienten haber recibido la victoria de la lucha, para que no se atribuyan a sí mismos lo que obran. Y ciertamente ir pueden los fulgores obrando, pero volver no pueden soberbiando.

7. Id praestitit Petrus.---Videamus itaque fulgur vadens; claudo cuidam ait Petrus: Argentum et aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Jesu Christi Nazareni surge et ambula. Et apprehensa ejus manu dextera allevavit eum, et protinus consolidatae sunt bases ejus et plantae, et exiliens stetit, et ambulabat (Act. III, 6). Sed cum de hoc facto Judaeorum fuisset turba commota, videamus nunc fulgur rediens, quod ait: Viri Israelitae, quid admiramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute aut potestate fecerimus hunc ambulare? Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob, Deus patrum nostrorum glorificavit Filium suum Jesum (Ibid., 12). Et paulo post: Cujus nos testes sumus, et in fide nominis ejus hunc, quem vidistis et nostis, confirmavit nomen ejus, et fides quae per eum est dedit integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrum. Ivit ergo fulgur cum Petrus miraculum fecit, rediit cum non sibi tribuit, sed auctori quod fecit. Vadunt fulgura cum praedicatores sancti mira opera ostendunt, sed revertendo dicunt adsumus, cum in eo quod faciunt ad potentiam auctoris recurrunt.

8. Praedicatores ad publicum operationis missi, ad secretum contemplationis redire curent.---Quod tamen intelligi et aliter potest. Fulgura etenim, sicut superius dictum est, sancti viri mittuntur et eunt cum a secreto contemplationis ad publicum operationis exeunt. Mittuntur et vadunt cum ex abscondito speculationis intimae in activae vitae latitudinem diffunduntur. Sed revertentes dicunt Deo, adsumus, quia post opera exteriora quae peragunt semper ad sinum contemplationis recurrunt, ut illic ardoris sui flammam reficiant, et quasi ex tactu supernae claritatis ignescant. Citius enim inter ipsa licet bona exteriora opera frigescerent, nisi intentione sollicita ad contemplationis ignem incessanter redirent. Unde bene per Salomonem dicitur: Ad locum, de quo exeunt flumina revertuntur, ut iterum fluant (Eccle. I, 7). Ipsi quippe illic flumina qui hic fulgura sunt vocati. Quia enim corda audientium rigant, flumina; quia vero accendunt, fulgura memorantur. De quibus alias scriptum est: Elevaverunt flumina, Domine; elevaverunt flumina voces suas (Psal. XCII, 3). Et rursum: Illuxerunt fulgura ejus orbi terrae (Psal. XCVI, 4). Ad locum ergo de quo exeunt flumina revertuntur, quia sancti viri etsi a conspectu creatoris sui, cujus claritatem mente conspicere conantur, foras propter nos ad activae vitae ministerium veniunt, incessanter tamen ad sanctum contemplationis studium recurrunt, et si in praedicatione sua exterius nostris auribus per corporalia verba se fundunt, mente tamen tacita ad considerandum semper ipsum fontem luminis revertuntur. De quibus et bene dicitur: Ut iterum fluant.

7. Pedro lo cumplió.---Veamos, pues, el fulgor que va; a un cierto cojo dice Pedro: *No tengo plata ni oro; pero lo que tengo, esto te doy: En el nombre de Jesucristo Nazareno levántate y anda.* *Y tomada su mano derecha lo levantó, y al punto se consolidaron sus bases y sus plantas, y saltando se puso de pie, y andaba* (Hech. III, 6). Pero habiéndose conmovido la turba de los judíos por este hecho, veamos ahora el fulgor que vuelve, lo que dice: *Varones israelitas, ¿de qué os admiráis en esto, o por qué nos miráis a nosotros, como si por nuestra propia virtud o potestad hubiéramos hecho caminar a este?* *El Dios de Abraham, el Dios de Isaac, el Dios de Jacob, el Dios de nuestros padres ha glorificado a su Hijo Jesús* (Ibíd., 12). Y poco después: *De lo cual nosotros somos testigos, y por la fe en su nombre, a este, a quien habéis visto y conocido, lo ha confirmado su nombre, y la fe que es por él ha dado esta íntegra sanidad en presencia de todos vosotros*. Fue, pues, el fulgor cuando Pedro hizo el milagro; volvió cuando no se atribuyó a sí mismo, sino al autor, lo que hizo. Van los fulgores cuando los predicadores santos muestran obras admirables, pero volviendo dicen *Aquí estamos*, cuando en aquello que hacen recurren a la potencia del autor.

8. Los predicadores enviados a lo público de la operación, procuren volver a lo secreto de la contemplación.---Lo cual, sin embargo, puede entenderse también de otro modo. Pues los fulgores, como se ha dicho arriba, son enviados y van los varones santos cuando del secreto de la contemplación salen a lo público de la operación. Son enviados y van cuando de lo escondido de la especulación íntima se difunden a la latitud de la vida activa. Pero volviendo dicen a Dios: *Aquí estamos*, porque tras las obras exteriores que realizan siempre recurren al seno de la contemplación, para que allí rehagan la llama de su ardor, y como por el contacto de la soberana claridad se enciendan. Pues más pronto se enfriarían entre esas mismas obras exteriores, aunque buenas, si con intención solícita al fuego de la contemplación incesantemente no volvieran. De donde bien se dice por Salomón: *Al lugar de donde salen los ríos vuelven, para que fluyan de nuevo* (Ecl. I, 7). Ellos mismos ciertamente son llamados allí ríos que aquí son llamados fulgores. Pues porque riegan los corazones de los oyentes, son ríos; pero porque los encienden, son recordados como fulgores. De los cuales en otra parte está escrito: *Elevaron los ríos, Señor; elevaron los ríos sus voces* (Sal. XCII, 3). Y de nuevo: *Sus fulgores iluminaron al orbe de la tierra* (Sal. XCVI, 4). Al lugar, pues, de donde salen los ríos vuelven, porque los varones santos, aunque de la presencia de su creador, cuya claridad con la mente intentan contemplar, salen fuera por nosotros al ministerio de la vida activa, incesantemente sin embargo recurren al santo estudio de la contemplación, y si en su predicación exteriormente a nuestros oídos por palabras corporales se derraman, con la mente sin embargo tácita siempre vuelven a considerar la misma fuente de la luz. De los cuales también bien se dice: *Para que fluyan de nuevo*.

Nisi enim ad contemplandum Deum sollicita semper mente recurrerent, nimirum interna siccitas etiam exteriora praedicationis eorum verba siccaret. Sed dum videre Deum indesinenter sitiunt, quasi decursura foras flumina intus semper oriuntur, quatenus illic amando sumant unde ad nos praedicando defluant. Dicatur igitur recte: Nunquid mittes fulgura, et ibunt, et revertentia dicent tibi, Adsumus? Subaudis ut ego, qui praedicatores meos cum voluero post contemplationis gratiam ad activae vitae ministerium compono; quos tamen semper a bonis exterioribus ad internum culmen contemplationis revoco, ut modo jussi ad exercenda opera exeant, modo revocati ad speculationis studium apud me familiarius vivant. Revertentes itaque dicunt Adsumus, quia quamvis per exteriora acta parum quid contemplationi deesse videantur, per ardorem tamen desiderii, quem in mente sua continue accendunt, obsequentes Deo suam praesentiam ostendunt. Adsumus namque dicere est praesentes se amando monstrare. Sequitur:

Caput III

[Rec. III].

VERS. 36.---Quis posuit in visceribus hominis sapientiam? vel quis dedit gallo intelligentiam?

9. Praedicatoribus per gallum diem cantu praenuntiantem figuratis, data a Deo intelligentia. Galli hujus cur lumbi succincti.---Qui hoc loco alii galli nomine designantur, nisi modo alio repetiti iidem praedicatores sancti, qui inter tenebras vitae praesentis student venturam lucem praedicando, quasi cantando, nuntiare? Dicunt enim: Nox praecessit, dies autem appropinquavit (Rom. XIII, 12). Qui vocibus suis somnum nostri torporis excutiunt, clamantes: Hora est jam nos de somno surgere (Rom. XIII, 11). Et rursum: Evigilate, justi, nolite peccare (I Cor. XV, 34).

De hoc gallo rursum scriptum est: Tria sunt quae bene gradiuntur, et quartum quod feliciter incedit: leo fortissimus bestiarum, ad nullius pavebit occursum; gallus succinctus lumbos, et aries, nec est rex qui resistat ei (Prov. XXX, 29). Ipse quippe hoc loco leo ponitur de quo scriptum est: Vicit leo de tribu Juda (Apoc. V, 5). Qui fortissimus bestiarum dicitur, quia in illo hoc quod infirmum est Dei, fortius est hominibus (I Cor. I, 25). Qui ad nullius pavet occursum. Dicit enim: Venit princeps mundi hujus, et in me non habet quidquam (Joan. XIV, 30).

Pues si para contemplar a Dios con mente solícita no volvieran siempre, sin duda la sequedad interna secaría también las palabras exteriores de su predicación. Pero mientras desean ver a Dios incesantemente, como ríos que han de decurrir hacia fuera siempre nacen dentro, para que allí amando tomen de donde hacia nosotros predicando fluyan. Dígase, pues, rectamente: *¿Acaso enviarás los fulgores, e irán, y volviendo te dirán: Aquí estamos?* Entiéndase: como yo, que a mis predicadores, cuando quiero, tras la gracia de la contemplación los dispongo al ministerio de la vida activa; a los cuales sin embargo siempre de los bienes exteriores los retiro a la cumbre interna de la contemplación, para que unas veces mandados salgan a ejercitar las obras, otras veces retirados vivan conmigo más familiarmente en el estudio de la especulación. Volviendo, pues, dicen *Aquí estamos*, porque aunque por los actos exteriores parezcan faltar un poco a la contemplación, por el ardor del deseo, sin embargo, que en su mente continuamente encienden, obedeciendo a Dios muestran su presencia. Pues decir *Aquí estamos* es mostrarse presentes amando. Sigue:

Capítulo III

[Rec. III].

VERS. 36.---¿Quién puso en las vísceras del hombre la sabiduría? ¿O quién dio al gallo la inteligencia?

9. Representados por el gallo los predicadores que prenuncian el día con su canto, dada por Dios la inteligencia. Por qué los lomos de este gallo están ceñidos.---¿Quiénes son designados en este lugar con el nombre de gallo, sino repetidos de otro modo los mismos santos predicadores, que entre las tinieblas de la vida presente se esmeran en anunciar la luz venidera predicando, como cantando? Pues dicen: *La noche pasó, pero el día se acercó* (Rom. XIII, 12). Quienes con sus voces sacuden el sueño de nuestro torpor, clamando: *Ya es hora de que surjamos del sueño* (Rom. XIII, 11). Y de nuevo: *Vigilad, justos, y no pequéis* (1 Cor. XV, 34).

Sobre este gallo se ha escrito de nuevo: *Tres son las cosas que caminan bien, y la cuarta que anda felizmente: el león, el más fuerte de las bestias, que no temerá ante el encuentro de nadie; el gallo ceñido de sus lomos, y el carnero, y no hay rey que le resista* (Prov. XXX, 29). Pues él mismo es puesto en este lugar como león, de quien está escrito: *Venció el león de la tribu de Judá* (Apoc. V, 5). El cual es llamado el más fuerte de las bestias, porque *lo que en él es débil de Dios, es más fuerte que los hombres* (1 Cor. I, 25). Quien no teme ante el encuentro de nadie. Pues dice: *Viene el príncipe de este mundo, y en mí no tiene nada* (Juan XIV, 30).

Gallus succinctus lumbos, id est praedicatores sancti inter hujus noctis tenebras verum mane nuntiantes. Qui succincti lumbos sunt, quia a membris suis luxuriae fluxia restringunt. In lumbis quippe luxuria est. Unde et eisdem a Domino dicitur: Sint lumbi vestri praecincti (Luc. XII, 35). Et aries, nec est rex qui resistat ei. Quem alium hoc loco arietem accipimus nisi primum intra Ecclesiam ordinem sacerdotum? De quibus scriptum est: Afferte Domino filios arietum (Psal. XXVIII, 1); qui per exempla sua gradientem populum, quasi subsequentem ovium gregem trahunt. Quibus spiritaliter recteque viventibus nullus rex sufficit omnino resistere, quia quilibet persecutor obviet, intentionem eorum non valet praepedire. Sciunt enim ad eum quem desiderant, et anxie currere, et moriendo pervenire. Ponitur ergo primus leo, secundus gallus, tertius aries. Apparuit enim Christus, deinde sancti praedicatores apostoli, et tunc demum spiritales patres Ecclesiarum praepositi, videlicet duces gregum, quia doctores sequentium populorum.

10. Antichristus elevatus in sublime, stultus apparebit. In hac vita non omne quod bene, feliciter, nec omne quod feliciter, bene.---Sed haec adhuc melius affirmamus, si ejusdem loci etiam reliqua exponendo subjiciamus. Nam quia post haec et Antichristus apparebit, hoc illic quartum subdidit, dicens: Et qui stultus apparuit, postquam elevatus est in sublime. Si enim intellexisset, ori imposuisset manum (Prov. XXX, 32). Ipse quippe in sublime elevabitur, cum Deum se esse mentietur. Sed elevatus in sublime stultus apparebit, quia in ipsa elevatione sua per adventum veri judicis deficiet. Quod si intellexisset, ori imposuisset manum; id est, si supplicium suum cum superbire exorsus est praevidisset, bene aliquando conditus in tantae jactationem superbiae non fuisset elatus. De quo nequaquam moveat quod superius dictum est: Quartum quod incedit feliciter (Ibid., 29). Tria quippe incedere bene dixit, et quartum feliciter. Non enim omne quod feliciter, bene; neque in hac vita omne quod bene, feliciter. Nam leo, gallus, et aries bene incedunt, sed non hic feliciter, quia persecutionem bella patiuntur. Quartum vero feliciter, et non bene incedit, quia in fallacia sua Antichristus gradietur, sed juxta breve tempus vitae praesentis ipsa illi fallacia prosperabitur, sicut de eo sub Antiochi specie per Danielem dictum est: Robur datum est ei contra juge sacrificium, propter peccata, et prosternetur veritas in terra, et faciet et prosperabitur (Dan. VIII, 12). Quod Salomon ait: Incedit feliciter, hoc Daniel dicit prosperabitur. Juxta hoc itaque testimonium quod per Salomonem dicitur: Gallus succinctus lumbos (Prov. XXX, 31), apte etiam hoc loco gallum sanctos praedicatores accipimus.

El gallo ceñido de sus lomos, esto es, los santos predicadores que anuncian el verdadero mañana entre las tinieblas de esta noche. Quienes están ceñidos de sus lomos porque de sus miembros restringen los flujos de la lujuria. Pues en los lomos está la lujuria. De donde también se les dice por el Señor: *Estén vuestros lomos ceñidos* (Luc. XII, 35). Y el carnero, y no hay rey que le resista. ¿A qué otro aceptamos en este lugar como carnero sino al primer orden de sacerdotes dentro de la Iglesia? De quienes está escrito: *Traed al Señor los hijos de los carneros* (Sal. XXVIII, 1); que por sus ejemplos arrastran al pueblo que camina, como a una grey de ovejas que les sigue. A los cuales, viviendo espiritual y rectamente, ningún rey basta en absoluto para resistir, porque por más que cualquier perseguidor se les oponga, no vale para impedir su intención. Pues saben tanto correr ansiosamente hacia aquel a quien desean, como llegar muriendo. Se pone, pues, primero el león, segundo el gallo, tercero el carnero. Pues apareció Cristo, después los santos predicadores apóstoles, y entonces finalmente los padres espirituales prepósitos de las Iglesias, a saber, los guías de las greyes, porque son doctores de los pueblos que les siguen.

10. El Anticristo, elevado a lo sublime, parecerá estúpido. En esta vida no todo lo que bien, felizmente, ni todo lo que felizmente, bien.---Pero esto todavía lo afirmamos mejor, si añadimos exponiendo lo restante del mismo lugar. Pues porque después de estos también aparecerá el Anticristo, allí añadió esto cuarto, diciendo: *Y el que pareció estúpido, después de que fue elevado a lo sublime. Si hubiera entendido, habría puesto la mano sobre su boca* (Prov. XXX, 32). Ciertamente él mismo será elevado a lo sublime, cuando mentirá que él es Dios. Pero elevado a lo sublime parecerá estúpido, porque en esa misma elevación suya desfallecerá por el advenimiento del verdadero juez. Lo cual si hubiera entendido, habría puesto la mano sobre su boca; esto es, si hubiera previsto su suplicio cuando empezó a soberbiar, de ninguna manera se hubiera elevado a la jactancia de tan gran soberbia, habiendo estado bien fundado alguna vez. Sobre lo cual no mueva en absoluto lo que arriba se dijo: *Lo cuarto que anda felizmente* (Ibíd., 29). Pues dijo que tres caminan bien, y lo cuarto felizmente. Pues no todo lo que felizmente, bien; ni en esta vida todo lo que bien, felizmente. Pues el león, el gallo y el carnero caminan bien, pero no aquí felizmente, porque padecen las guerras de la persecución. Pero lo cuarto anda felizmente, y no bien, porque el Anticristo caminará en su falacia, pero según el breve tiempo de la vida presente esa misma falacia le prosperará, como de él se dijo bajo la especie de Antíoco por Daniel: *Le fue dado el poder contra el sacrificio perpetuo, por los pecados, y la verdad será postrada en tierra, y hará y prosperará* (Dan. VIII, 12). Lo que Salomón dice: *Anda felizmente*, esto Daniel dice *prosperará*. Así pues, según este testimonio que se dice por Salomón: *El gallo ceñido de sus lomos* (Prov. XXX, 31), aptamente también en este lugar aceptamos el gallo por los santos predicadores.

Ad se ergo cuncta referens Dominus dicit: Quis posuit in visceribus hominis sapientiam? vel quis dedit gallo intelligentiam? Ac si diceret: In cor hominis humana sapientis supernae sapientiae gratiam quis infudit? vel ipsis sanctis praedicatoribus quis, nisi ego, intelligentiam dedit, ut sciant quando vel quibus debeant venturum mane nuntiare? Idcirco enim quando et quid agant sentiunt, quia hoc intrinsecus me revelante cognoscunt. Notandum vero est quod sapientia divinitus inspirata in visceribus hominis quia nimirum quantum ad electorum numerum spectat, non in solis vocibus, sed etiam in sensibus datur, ut juxta quod loquitur lingua vivat conscientia, et lux ejus tanto clarius resplendeat in superficie quanto verius inardescit in corde.

[Rec. IV.] 11. Quantum animarum rectores discretione indigeant.---Magni autem laboris est hoc quod additur: Vel quis dedit gallo intelligentiam, subtiliori adhuc expositione discutere. Intelligentia quippe doctorum tanto esse subtilior debet, quanto se ad penetranda invisibilia exercet, quanto nil materiale discutit, quanto et per vocem corporis loquens, omne quod est corporis transit. Quae profecto nullatenus summis congrueret, nisi cantanti eam gallo, id est praedicanti doctori, ipse summorum conditor ministraret. Intelligentiam quoque gallus accepit, ut prius nocturni temporis horas discutiat, et tunc demum vocem excitationis emittat, quia videlicet sanctus quisque praedicator in auditoribus suis prius qualitatem vitae considerat, et tunc demum ad erudiendum congruam vocem praedicationis format. Quasi enim horas noctis discernere est peccatorum merita dijudicare, quasi horas noctis discernere est actionum tenebras apta increpationis voce corripere. Gallo itaque intelligentia desuper tribuitur, quia doctori veritatis, virtus discretionis, ut noverit, quibus, quid, quando, vel quomodo inferat, divinitus ministratur.

[Vet. VI.] 12. Exhortatio quae quibusdam prodest aliis nocet.---Non enim una eademque cunctis exhortatio convenit, quia nec cunctos par morum qualitas astringit. Saepe enim aliis officiunt quae aliis prosunt. Nam et plerumque herbae quae haec animalia reficiunt, alia occidunt; et lenis sibilus equos mitigat, catulos instigat; et medicamentum quod hunc morbum imminuit, alteri vires jungit; et panis qui vitam fortium roborat, parvulorum necat. Pro qualitate igitur audientium formari debet sermo doctorum, et ad sua singulis congruat, et tamen a communis aedificationis arte nunquam recedat.

Refiriendo pues todas las cosas a sí mismo, dice el Señor: *¿Quién puso en las vísceras del hombre la sabiduría? ¿O quién dio al gallo la inteligencia?* Como si dijera: ¿Quién infundió en el corazón del hombre, varón sabio humano, la gracia de la sabiduría soberana? ¿O quién, sino yo, dio a los mismos santos predicadores la inteligencia, para que sepan cuándo o a quiénes deben anunciar la mañana venidera? Pues por eso sienten cuándo y qué hacen, porque esto lo conocen intrínsecamente por mi revelación. Y es de notar que la sabiduría divinamente inspirada se da en las vísceras del hombre porque, sin duda, en cuanto respecta al número de los electos, no se da solo en las voces, sino también en los sentidos, para que según lo que habla la lengua viva la conciencia, y su luz tanto más claramente resplandezca en la superficie cuanto más verdaderamente arde en el corazón.

[Rec. IV.] 11. Cuánto necesitan de discreción los rectores de las almas.---De gran trabajo es, empero, discutir con una exposición todavía más sutil esto que se añade: *¿O quién dio al gallo la inteligencia?* Ciertamente la inteligencia de los doctores tanto más sutil debe ser, cuanto se ejercita para penetrar las cosas invisibles, cuanto nada material discute, cuanto incluso hablando por la voz del cuerpo, trasciende todo lo que es del cuerpo. Lo cual de ninguna manera sería congruo para las cosas supremas, si el mismo creador de lo supremo no lo suministrara al gallo que canta, esto es, al doctor que predica. También el gallo recibió la inteligencia para que primero discuta las horas del tiempo nocturno, y entonces finalmente emita la voz de la excitación, porque a saber cada santo predicador considera primero en sus oyentes la calidad de la vida, y entonces finalmente forma la congrua voz de la predicación para instruirlos. Pues como discernir las horas de la noche es juzgar los méritos de los pecados; como discernir las horas de la noche es reprender las tinieblas de las acciones con la apta voz de la increpación. Así pues, la inteligencia se tribuye al gallo desde lo alto, porque al doctor de la verdad le es suministrada divinamente la virtud de la discreción, para que sepa a quiénes, qué, cuándo o cómo aplicarlo.

[Vet. VI.] 12. La exhortación que a unos aprovecha a otros daña.---Pues no una sola y misma exhortación conviene a todos, porque ni a todos obliga una par calidad de costumbres. Pues a menudo dañan a unos las cosas que a otros aprovechan. Pues también frecuentemente las hierbas que a estos animales alimentan, a otros matan; y el leve silbido a los caballos sosiega, a los cachorros instiga; y el medicamento que a esta enfermedad disminuye, a otra une fuerzas; y el pan que la vida de los fuertes robustece, a la de los párvulos mata. Según la calidad pues de los oyentes debe formarse el sermón de los doctores, y que a cada uno según lo suyo sea congruo, y sin embargo del arte de la común edificación nunca se aparte.

Quid enim sunt intentae mentes auditorum, nisi quasi quaedam in cithara tensiones stratae chordarum? quas tangendi artifex, ut non sibimetipsis dissimile canticum faciant, dissimiliter pulsat. Et idcirco chordae consonam modulationem reddunt, quia uno quidem plectro, sed non uno impulsu feriuntur. Unde et doctor quisque, ut in una cunctos virtute charitatis aedificet, ex una doctrine, sed non una eademque exhortatione tangere corda audientium debet.

13. Pro singulorum qualitate, varia monita dentur.---Aliter namque viri, aliter admonendae sunt feminae; aliter juvenes, aliter senes; aliter inopes, aliter locupletes; aliter laeti, aliter tristes; aliter subditi, aliter praelati; aliter servi, aliter domini; aliter hujus mundi sapientes, aliter hebetes; aliter impudentes, aliter verecundi; aliter protervi, aliter pusillanimes; aliter impatientes, aliter patientes; aliter benevoli, aliter invidi; aliter simplices, aliter impuri; aliter incolumes, aliter aegri; aliter qui flagella metuunt, et propterea innocenter vivunt; aliter qui sic in iniquitate duruerunt, ut nec per flagella corrigantur; aliter nimis taciti, aliter multiloquio vacantes; aliter timidi, aliter audaces; aliter pigri, aliter praecipites; aliter mansueti, aliter iracundi; aliter humiles, aliter elati; aliter pertinaces, aliter inconstantes; aliter gulae dediti, aliter abstinentes; aliter qui sua misericorditer tribuunt, aliter qui aliena rapere contendunt; aliter qui nec aliena rapiunt, nec sua largiuntur, aliter qui et ea quae habent sua tribuunt, et aliena rapere non desistunt; aliter discordes, aliter pacati; aliter seminantes jurgia, aliter pacifici; aliter admonendi sunt qui sacrae legis verba non recte intelligunt, aliter qui recte quidem intelligunt, sed haec humiliter non loquuntur; aliter qui, cum praedicare digna valeant, prae nimia humilitate formidant, aliter quos a praedicatione imperfectio vel aetas prohibet, et tamen praecipitatio impellit; aliter qui in hoc quod temporaliter appetunt prosperantur, aliter qui quidem quae mundi sunt concupiscunt, sed tamen adversitatis labore fatigantur; aliter conjugiis obligati, aliter a conjugii nexibus liberi;

¿Pues qué son las mentes atentas de los oyentes, sino como ciertas tensiones de cuerdas dispuestas en la cítara? las cuales el artífice de tañer, para que no hagan un cántico disímil de sí mismas, disímilmente pulsa. Y por eso las cuerdas devuelven una consonante modulación, porque son heridas por un solo plectro ciertamente, pero no por un solo impulso. De donde también cada doctor, para que en una sola virtud de la caridad edifique a todos, de una sola doctrina, pero no por una sola y misma exhortación, debe tocar los corazones de los oyentes.

13. Según la calidad de cada uno, dénse varios avisos.---Ciertamente de un modo los varones, de otro han de ser amonestadas las mujeres; de un modo los jóvenes, de otro los viejos; de un modo los indigentes, de otro los opulentos; de un modo los alegres, de otro los tristes; de un modo los súbditos, de otro los prepósitos; de un modo los siervos, de otro los señores; de un modo los sabios de este mundo, de otro los embotados; de un modo los impudentes, de otro los recatados; de un modo los protervos, de otro los pusilánimes; de un modo los impacientes, de otro los pacientes; de un modo los benévolos, de otro los envidiosos; de un modo los simples, de otro los impuros; de un modo los sanos, de otro los enfermos; de un modo los que temen los azotes, y por eso viven inocentemente; de otro los que de tal modo en la iniquidad se han endurecido, que ni por los azotes se corrigen; de un modo los demasiado tácitos, de otro los que se entregan al multiloquio; de un modo los tímidos, de otro los audaces; de un modo los perezosos, de otro los precipitados; de un modo los mansos, de otro los iracundos; de un modo los humildes, de otro los elados; de un modo los pertinaces, de otro los inconstantes; de un modo los entregados a la gula, de otro los abstinentes; de un modo los que lo suyo misericordiosamente dan, de otro los que lo ajeno arrebatar contienden; de un modo los que ni lo ajeno arrebatan, ni lo suyo larguean, de otro los que tanto lo que tienen de suyo dan, como lo ajeno arrebatar no desisten; de un modo los discordes, de otro los pacificados; de un modo los que siembran pleitos, de otro los pacíficos; de un modo han de ser amonestados los que las palabras de la ley sagrada no entienden rectamente, de otro los que rectamente ciertamente entienden, pero estas cosas humildemente no las hablan; de un modo los que, pudiendo predicar cosas dignas, por demasiada humildad temen, de otro aquellos a quienes la imperfección o la edad prohíbe de la predicación, y sin embargo la precipitación los impele; de un modo los que en esto que temporalmente apetecen prosperan, de otro los que ciertamente lo que es del mundo codician, pero sin embargo por el trabajo de la adversidad se fatigan; de un modo los ligados por matrimonios, de otro los libres de los nexos del matrimonio;

aliter commistionem carnis experti, aliter ignorantes; aliter qui peccata deplorant operum, aliter qui cogitationum; aliter qui commissa plangunt, nec tamen deserunt; aliter qui deserunt, nec tamen plangunt; aliter qui illicita quae faciunt etiam laudant, aliter qui accusant prava nec tamen devitant; aliter qui repentina concupiscentia superantur, aliter qui in culpa ex consilio ligantur; aliter qui licet minima, crebro tamen illicita faciunt, atque aliter qui se a parvis custodiunt, sed aliquando in gravibus demerguntur; aliter qui bona nec inchoant, aliter qui inchoata minime consummant; aliter qui mala occulte agunt, et bona publice, aliter qui bona quae faciunt abscondunt, et tamen quibusdam factis publice mala de se opinari permittunt. Et quidem de singulis quis sit admonitionis ordo subtiliter insinuare debuimus, sed formidata locutionis prolixitate praepedimur. Auctore autem Deo in alio opere id explere appetit animus, si tamen laboriosae hujus vitae adhuc aliquantulum tempus restaverit.

[Vet. VII.] 14. Iniqui altis et magnis vocibus increpandi, lenibus et blandis admonendi qui ab iniquitate recesserunt.---Habemus vero aliud quod de galli hujus intelligentia considerare debeamus, quia profundioribus horis noctis valentiores ac productiores edere cantus solet, cum vero matutinum jam tempus appropinquat, leniores et minutiores omnimodo voces format. In quibus galli hujus intelligentia quid nobis innuat considerata praedicatorum discretio demonstrat. Qui cum iniquis adhuc mentibus praedicant, altis et magnis vocibus aeterni judicii terrores intimant, quia videlicet quasi in profundae noctis tenebris clamant. Cum vero jam auditorum suorum cordibus veritatis lucem adesse cognoscunt, clamoris sui magnitudinem in lenitatem dulcedinis vertunt, et non tam illa quae sunt de poenis terribilia quam ea quae sunt blanda de praemiis proferunt. Qui etiam minutis tunc vocibus cantant, quia appropinquante mane subtilia quaeque de mysteriis praedicant, ut sequaces sui eo minutiora quaeque de coelestibus audiant, quo luci veritatis appropinquant, et quos dormientes longus galli clamor excitaverat, succisior vigilantes delectet; quatenus correcto cuilibet de regno cognoscere subtiliter dulcia libeat, qui prius adversa de judicio formidabat. Quod bene per Moysen exprimitur, cum ad producendum exercitum tubae clangere concisius jubentur. Scriptum namque est: Fac tibi duas tubas argenteas ductiles (Num. X, 2).

de un modo los que la mezcla de la carne han experimentado, de otro los ignorantes; de un modo los que deploran los pecados de las obras, de otro los de los pensamientos; de un modo los que las cosas cometidas lloran, y sin embargo no las dejan; de otro los que las dejan, y sin embargo no las lloran; de un modo los que las cosas ilícitas que hacen incluso las alaban, de otro los que acusan las cosas malas propias y sin embargo no las evitan; de un modo los que por repentina concupiscencia son vencidos, de otro los que en la culpa por consejo son ligados; de un modo los que aunque mínimas, frecuentemente sin embargo hacen cosas ilícitas, y de otro modo los que de las pequeñas se guardan, pero a veces en las graves se sumergen; de un modo los que los bienes ni empiezan, de otro los que los empezados mínimamente consuman; de un modo los que los males ocultamente hacen, y los bienes públicamente, de otro los que los bienes que hacen los esconden, y sin embargo por ciertos hechos públicamente permiten que se piensen males de ellos. Y ciertamente de cada uno cuál fuera el orden de la amonestación sutilmente debimos insinuar, pero por la temida prolixidad de la locución somos impedidos. Siendo Dios el autor, en otra obra apetece el ánimo cumplir esto, si sin embargo de esta laboriosa vida todavía restara algún poquito de tiempo.

[Vet. VII.] 14. Los inicuos han de ser increpados con voces altas y grandes, con voces suaves y blandas han de ser amonestados los que de la iniquidad se apartaron.--- Tenemos ciertamente otra cosa que de la inteligencia de este gallo (*gallus*) debemos considerar, porque en las horas más profundas de la noche suele emitir cantos más valientes y más prolongados, pero cuando ya el tiempo matutino se aproxima, forma de todo modo voces más suaves y más menudas. En lo cual lo que la inteligencia de este gallo nos insinúa lo demuestra la considerada discreción de los predicadores. Quienes cuando predican a mentes todavía inicuas, íntiman los terrores del juicio eterno con voces altas y grandes, porque a saber claman como en las tinieblas de la profunda noche. Pero cuando ya conocen que la luz de la verdad está presente en los corazones de sus oyentes, vuelven la magnitud de su clamor en suavidad de dulzura, y no tanto profieren aquellas cosas que son terribles sobre las penas como aquellas que son blandas sobre los premios. Quienes también entonces cantan con voces menudas, porque al aproximarse la mañana predican cada cosa sutil sobre los misterios, para que sus seguidores tanto más oigan cada cosa más menuda sobre las celestiales, cuanto más se aproximan a la luz de la verdad, y a quienes el largo clamor del gallo había excitado cuando dormían, el más conciso deleite cuando despiertan; para que a cualquier corregido le plazca conocer sutilmente las cosas dulces sobre el reino, quien antes temía las adversas sobre el juicio. Lo cual bien por Moisés se expresa, cuando para conducir el ejército se manda sonar las trompetas más concisamente. Pues escrito está: Hazte dos trompetas de plata dúctiles (Num. 10, 2).

Et paulo post: Cum concisus clangor increpuerit, movebuntur castra (Ibid, 5). Per duas enim tubas exercitus ducitur, quia per duo praecepta charitatis ad procinctum fidei populus vocatur. Quae idcirco argenteae fieri praecipiuntur, ut praedicatorum verba lucis nitore pateant, et auditorum mentem nulla sui obscuritate confundant. Idcirco autem ductiles, quia necesse est ut hi qui venturam vitam praedicant tribulationum praesentium tunsionibus crescant. Bene autem dicitur: Cum concisus clangor increpuerit, movebuntur castra (Num. X, 5), quia nimirum praedicationis sermo cum subtilius ac minutius agitur, auditorum corda contra tentationum certamina ardentius excitantur.

15. Qui alios ex officio adhortantur, prius se in bonis operibus exerceant.---Est adhuc aliud in gallo solerter intuendum, quia cum jam edere cantus parat, prius alas excutit, et semetipsum feriens, vigilantiorem reddit. Quod patenter cernimus, si sanctorum praedicatorum vitam vigilanter videamus. Ipsi quippe cum verba praedicationis movent, prius se in sanctis actionibus exercent, ne in semetipsis torpentes opere, alios excitent voce; sed ante se per sublimia facta excutiunt, et tunc ad bene agendum alios sollicitos reddunt. Prius cogitationum alis semetipsos feriunt, quia quidquid in se inutiliter torpet, sollicita investigatione deprehendunt, districta animadversione corrigunt. Prius sua punire fletibus curant, et tunc quae aliorum sunt punienda denuntiant. Prius ergo alis insonant quam cantus emittant, quia antequam verba exhortationis proferant omne quod locuturi sunt operibus clamant; et cum perfecte in semetipsis vigilant, tunc dormientes alios ad vigilias vocant.

16. Ut recte suo munere defungantur praedicatores et doctores, habent a Deo.---Sed unde tanta haec doctori intelligentia, ut et sibi perfecte vigilet, et dormientes ad vigilias sub quibusdam clamoris provectibus vocet, ut et peccatorum tenebras prius caute discutiat, et discrete postmodum lucem praedicationis ostendat, ut singulis juxta modum et tempora congruat, et simul omnibus quae illos sequantur ostendat? Unde ad tanta et tam subtiliter tenditur, nisi intrinsecus ab eo a quo est conditus doceatur? Quia ergo laus tantae intelligentiae non praedicatoris virtus est, sed auctoris, recte per eumdem auctorem dicitur: Vel quis dedit gallo intelligentiam? Ac si diceret: Nisi ego, qui doctorum mentes quas mire ex nihilo condidi ad intelligenda quae occulta sunt mirabilius instruxi. Unde bene ut in dictis praedicantium non solum inspiratorem se intelligentiae, sed etiam auctorem locutionis ostendat, adjungit:

Y poco después: Cuando el conciso clamor hubiere sonado, se moverán los campamentos (Ibid. 5). Pues por dos trompetas el ejército es conducido, porque por dos preceptos de la caridad el pueblo es llamado al apresto de la fe. Las cuales por eso se manda hacer de plata, para que las palabras de los predicadores patenticen con el resplandor de la luz, y la mente de los oyentes con ninguna oscuridad suya confundan. Por eso pues dúctiles (*ductiles*), porque es necesario que estos que predican la vida venidera crezcan con los golpes de las tribulaciones presentes. Bien pues se dice: Cuando el conciso clamor hubiere sonado, se moverán los campamentos (Num. 10, 5), porque sin duda el sermón de la predicación cuando más sutil y menudamente se trata, los corazones de los oyentes contra los certámenes de las tentaciones más ardientemente se excitan.

15. Los que por oficio exhortan a otros, primero en las buenas obras se ejerciten.---Hay todavía otra cosa que en el gallo se ha de intuir solícitamente, porque cuando ya se prepara para emitir cantos, primero sacude las alas, y hiriéndose a sí mismo, se vuelve más vigilante. Lo cual patentemente discernimos, si la vida de los santos predicadores vigilantemente vemos. Ellos ciertamente cuando mueven las palabras de la predicación, primero se ejercitan en las santas acciones, para que no torpes en la obra en sí mismos, a otros exciten con la voz; sino que antes se sacuden por sublimes hechos, y entonces a otros solicitos para obrar bien vuelven. Primero con las alas de los pensamientos se hieren a sí mismos, porque cualquier cosa que en sí inútilmente torpe, con solícita investigación la deprenden, con estrecha animadversión la corrigen. Primero de castigar lo suyo con llantos cuidan, y entonces lo que de otros ha de ser castigado denuncian. Primero pues con las alas suenan que emitan los cantos, porque antes que las palabras de exhortación profieran todo lo que han de hablar con las obras lo claman; y cuando perfectamente en sí mismos vigilan, entonces a otros durmientes a las vigilias llaman.

16. Que rectamente su oficio cumplan los predicadores y doctores, lo tienen de Dios.---Pero ¿de dónde tanta esta inteligencia al doctor, que tanto para sí perfectamente vigile, como a los durmientes a las vigilias bajo ciertos provectos del clamor llame, que tanto las tinieblas de los pecados primero cautamente discuta, como discretamente después la luz de la predicación muestre, que a cada uno según el modo y los tiempos sea congruo, y al mismo tiempo a todos lo que los sigue muestre? ¿De dónde a tantas y tan sutiles cosas se tiende, sino que intrínsecamente por aquel por quien fue fundado sea enseñado? Porque pues la alabanza de tanta inteligencia no es virtud del predicador, sino del Autor, rectamente por el mismo Autor se dice: ¿O quién dio al gallo la inteligencia? Como si dijera: Sino yo, que las mentes de los doctores que maravillosamente de la nada fundé para entender las cosas que ocultas son más maravillosamente instruí. De donde bien para que en los dichos de los que predican no sólo inspirador de la inteligencia se muestre, sino también autor de la locución, añade:

VERS. 37.---Quis enarrabit coelorum rationem?

[Rec. V.] Quorum tamen verba quia cum sese nobis per speciem ostenderit subtrahit, protinus subdidit:

CAPUT IV.

IBID.---Et concentum coeli quis dormire faciet?

17. Deo in majestate sua revelato, praedicatio cessabit. Spiritus sanctus Patris et Filii est, utrique coaeternus.---In hac enim vita infirmitati nostrae Dominus non aperta specie majestatis suae, sed praedicatorum suorum voce locutus est, ut corda adhuc carnalia carnalis lingua pulsaret, et tanto facilius insueta perciperent, quanto ea per sonitum consuetae vocis audirent. At postquam per mortem in pulverem caro resolvitur, et per resurrectionem pulvis animatur, tunc de Deo audire verba non quaerimus, quia unum ipsum quod implet omnia jam per speciem Dei verbum videmus. Quod nobis tanto altius sonat quanto et mentes nostras vi intimae illustrationis penetrat. Sublatis namque fortis et occidentibus verbis, quasi quidam sonus aeternae praedicationis fit ipsa imago internae visionis. Unde et recte nunc ad beatum Job Dominus dicit: Quis enarrabit coelorum rationem, et concentum coeli quis dormire faciet? Quid enim coelorum ratio accipitur, nisi vis superna secretorum? Quid per coeli concentum nisi concors praedicantium sermo signatur? Conditor igitur noster cum coelorum rationem narrare coeperit, dormire coeli concentum facit, quia cum jam nobis per speciem ostenditur, nimirum praedicantium verba subtrahuntur. Hinc enim per Jeremiam Dominus dicit: Non docebit ultra vir proximum suum, et fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum. Omnes enim cognoscent me a minimo eorum usque ad maximum, dicit Dominus (Jerem. XXXI, 34). Hinc Paulus ait: Sive prophetiae evacuabuntur, sive linguae cessabunt, sive scientia destruetur (I Cor. XIII, 8). [Vet. VIII.] Vel certe coelorum ratio est ipsa vivificatrix virtus, quae spiritus format angelorum. Deus enim sicut est causa causarum, sicut vita viventium, ita etiam ratio rationabilium creaturarum. Tunc ergo coelorum rationem Dominus narrat, cum semetipsum nobis quomodo electis spiritibus praesit insinuat. Tunc coelorum rationem narrat, cum, detersa mentis nostrae caligine, clara se visione manifestat. Unde et in Evangelio Dominus dicit: Venit hora cum jam non in proverbiis loquar vobis, sed palam de Patre annuntiabo vobis (Joan. XVI, 25).

VERS. 37.---¿Quién narrará la razón de los cielos?

[Rec. V.] Cuyas palabras sin embargo porque cuando se nos hubiere mostrado por la especie las retira, al punto añadió:

CAPÍTULO IV.

IBÍD.---¿Y el concierto del cielo quién hará dormir?

17. Revelado Dios en su majestad, cesará la predicación. El Espíritu Santo es del Padre y del Hijo, a ambos coeterno.---En esta vida pues el Señor habló a nuestra enfermedad no por la abierta especie de su majestad, sino por la voz de sus predicadores, para que la lengua carnal las mentes todavía carnales pulsara, y tanto más fácilmente lo desacostumbrado percibieran, cuanto aquello por el sonido de la voz acostumbrada oyeran. Pero después que por la muerte en polvo la carne se resuelve, y por la resurrección el polvo se anima, entonces de Dios oír palabras no buscamos, porque a uno mismo que lo llena todo ya por la especie de Dios vemos al Verbo. Lo cual tanto más alto nos suena cuanto también nuestras mentes por la fuerza de la íntima ilustración penetra. Retiradas pues las palabras fuertes y murientes, como un cierto sonido de la eterna predicación se hace la misma imagen de la interna visión. De donde también rectamente ahora al bienaventurado Job dice el Señor: ¿Quién narrará la razón de los cielos, y el concierto del cielo quién hará dormir? ¿Pues qué se entiende por la razón de los cielos, sino la fuerza suprema de los secretos? ¿Qué por el concierto del cielo sino el concorde sermón de los que predican se signa? Nuestro Creador pues cuando la razón de los cielos hubiere empezado a narrar, hace dormir el concierto del cielo, porque cuando ya por la especie se nos muestra, sin duda las palabras de los que predican se retiran. De aquí pues por Jeremías dice el Señor: No enseñará más el varón a su prójimo, y el hermano a su hermano, diciendo: Conoce al Señor. Pues todos me conocerán desde el mínimo de ellos hasta el máximo, dice el Señor (Jer. 31, 34). De aquí Pablo dice: Ya las profecías se evacuarán, ya las lenguas cesarán, ya la ciencia se destruirá (1 Cor. 13, 8). [Vet. VIII.] O ciertamente la razón de los cielos es la misma virtud vivificante, que forma los espíritus de los ángeles. Pues Dios así como es causa de las causas, como la vida de los vivientes, así también razón de las criaturas racionales. Entonces pues la razón de los cielos narra el Señor, cuando a sí mismo cómo a los espíritus electos preside nos insinúa. Entonces la razón de los cielos narra, cuando, de la calígine de nuestra mente detersa, con clara visión se manifiesta. De donde también en el Evangelio dice el Señor: Viene la hora en que ya no en proverbios os hablaré, sino claramente del Padre os anunciaré (Juan 16, 25).

Palam quippe de Patre annuntiare se asserit, quia per patefactam tunc majestatis suae speciem, et quomodo ipsi gignenti non impar oriatur, et quomodo utrorumque Spiritus utrique coaeternus procedat ostendit. Aperte namque tunc videbimus quomodo hoc quod oriendo est ei de quo oritur subsequens non est, quomodo is qui per processionem producitur a proferentibus non praeitur. Aperte tunc videbimus quomodo et unum divisibiliter tria sint, et indivisibiliter tria unum. Lingua ergo tunc narrantis Dei est visa claritas sublevantis. Et concentus coeli tunc dormiet, quia apparente in judicio retributore operum, exhortationum jam verba cessabunt. Unde et aperte ipsum resurrectionis tempus adjungitur, cum illico profertur:

CAPUT V.

VERS. 38.---Quando fundabatur pulvis in terram, et glebae compingebantur.

18. Resurrectionis tempus a Job praevisum et praenuntiatum.---More enim suo quae adhuc futura sunt quasi jam praeterita divinus sermo describit, hoc in se videlicet servans quod per eum dicitur: Qui fecit quae futura sunt (Isai. XLV, 11, sec. LXX). Pulvis itaque tunc in terram fundatur, quia in solida membra reducitur. Et glebae compinguntur, quia nimirum firma corpora ex pulvere collecta consurgunt. Sed postquam verba haec dominica quomodo de futuro intelligenda sint diximus, nunc etiam quid de praesenti insinuent indicemus.

[Vet. IX.] 19. Reprobis absconduntur coelestia, revelantur electis.---Quis enarrabit coelorum rationem, et concentum coeli quis dormire faciet? Coelorum rationem Dominus narrat, dum nunc insinuando superna secreta electorum suorum mentes illuminat. Concentum vero coeli dormire facit, dum concordes angelorum hymnos atque illa coelestium virtutum gaudia reproborum cordibus justo judicio abscondit. Qui concentus coeli, quamvis in se intrinsecus vigilet, in ipsa tamen reproborum ignorantia extrinsecus dormit. Enarratur ergo secreti coelestis ratio, et tamen concentus coeli dormire permittitur, quia et aliis per inspirationem supernae retributionis scientia panditur, et aliis quae sit internae laudis suavitas occultatur.

Claramente por cierto de su Padre anunciarse asevera, porque por la patentizada entonces especie de su majestad, tanto cómo él mismo naciendo no es impar al que lo engendra, como de qué modo el Espíritu de ambos a ambos coeterno procede muestra. Abiertamente pues entonces veremos cómo esto que por nacer es no es subsecuente a aquel de quien nace, cómo aquel que por la procesión es producido por los que lo profieren no es precedido. Abiertamente entonces veremos cómo y uno divisiblemente tres son, e indivisiblemente tres uno. La lengua pues entonces de Dios narrante es la vista claridad del que eleva. Y el concierto del cielo entonces dormirá, porque apareciendo en el juicio el retribuidor de las obras, las palabras ya de las exhortaciones cesarán. De donde también abiertamente el mismo tiempo de la resurrección se añade, cuando al punto se profiere:

CAPÍTULO V.

VERS. 38.---Cuando se fundaba el polvo en la tierra, y los terrones se compaginaban.

18. El tiempo de la resurrección previsto y prenunciado por Job.---Ciertamente según su costumbre las cosas que todavía son futuras como ya pretéritas el sermón divino describe, esto en sí a saber guardando lo que por él se dice: Quien hizo las cosas que serán (Is. 45, 11, según LXX). Por tanto el polvo entonces en la tierra se funda, porque en sólidos miembros se reduce. Y los terrones se compaginan, porque sin duda firmes cuerpos del polvo recogidos se levantan. Pero después que estas palabras dominicales de qué modo sobre el futuro han de ser entendidas dijimos, ahora también qué sobre el presente insinúan indiquemos.

[Vet. IX.] 19. A los réprobos se esconden las cosas celestiales, se revelan a los electos.---¿Quién narrará la razón de los cielos, y el concierto del cielo quién hará dormir? La razón de los cielos el Señor narra, mientras ahora insinuando los secretos supremos las mentes de sus electos ilumina. El concierto pues del cielo hace dormir, mientras los concordes himnos de los ángeles y aquellos gozos de las celestiales virtudes a los corazones de los réprobos por justo juicio esconde. El cual concierto del cielo, aunque en sí intrínsecamente vigile, en la misma ignorancia de los réprobos sin embargo extrínsecamente duerme. Se narra pues la razón del secreto celestial, y sin embargo el concierto del cielo dormir se permite, porque y a unos por la inspiración la ciencia de la suprema retribución se abre, y a otros cuál sea la suavidad de la interna alabanza se oculta.

20. Visibilia reprobos hic morantur, sanctos autem ad meliora compellunt.---Narratur coelorum ratio, quia electorum mentibus quae sit supernorum retributio indesinenter aperitur, ut nimirum sine cessatione proficiant, et transcurrentes visibilia sese ad invisibilia extendant. Omne enim visibile quod in hac vita reprobos figit, hoc electos ad alia impellit, quia dum bona quae facta sunt respiciunt, in eum a quo facta sunt inardescunt; tantoque eum praestantius amant, quanto illum hoc quod ipse bonum condidit praeire considerant. Loquitur quippe hoc eis intrinsecus silenter sonans invisibilis lingua compunctionis. Quam tanto plenius intus audiunt, quanto ab exteriorum desideriorum strepitu perfectius avertuntur. His itaque concentus coeli non dormit, quia eorum mens quae sit laudis supernae suavitas, apposita amoris aure, cognoscit. Intus enim quod appetunt audiunt, et de coelestium bonorum praemiis ipso desiderio Divinitatis instruuntur. Unde et praesentem vitam non solum adversantem, sed etiam faventem graviter tolerant, quia eis onerosum est omne quod cernitur, dum ab eo quod intus audiunt differuntur. Omne quod sibi praesto est grave aestimant, quia illud non est ad quod anhelant; indesinenter autem eorum mens ipsis temporalitatis laboribus fessa in illud coeleste joy resumenda suspenditur, dum, in aure cordis intro erumpente concentu coeli, societatem sibi quotidie supernorum civium praestolantur. Iste concentus supernae laudis in illius aure eruperat, qui dicebat: Ingrediar in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei in voce exsultationis et confessionis, sonus civitatis epulantis (Psal. XLI, 5). Qui igitur intus vocem exsultationis et confessionis ac sonum civitatis epulantis audierat, quid illum aliud nisi coeli concentus excitabat?

21. Concentus coelorum a pravis non auditur.---Qui tamen concentus reprobis dormit, quia eorum cordibus nequaquam per vocem compunctionis innotescit. Non enim considerare illam desiderabilem supernorum civium frequentiam student, nullo ardoris radio illa solemnitatis internae festa conspiciunt, nulla in intimis contemplationis penna sublevantur. Solis namque visibilibus serviunt, et idcirco nihil supernae suavitatis intrinsecus audiunt, quia eos, sicut superius diximus, in aure cordis curarum saecularium surdi tumultus premunt. Quia igitur occulti dispensatione judicii quod aliis aperitur aliis clauditur, quod aliis detegitur aliis occultatur, dicatur recte: Quis enarrabit coelorum rationem, et concentum coeli quis dormire faciet? Quod tamen tunc nobis latius innotuit, cum Redemptor noster per dispensationis mysterium apparens, et indignis misericordiam praebuit, et eos a se qui digni videbantur exclusit. Unde hic quoque apte subjungitur:

20. Las cosas visibles a los réprobos aquí demoran, a los santos pues a las mejores compelen.---Se narra la razón de los cielos, porque a las mentes de los electos cuál sea la retribución de las cosas supremas incesantemente se abre, para que sin duda sin cesación aprovechen, y transcurriendo las visibles se extiendan a las invisibles. Pues todo lo visible que en esta vida a los réprobos fija, esto a los electos a otras cosas impele, porque mientras los bienes que fueron hechos miran, en aquel por quien fueron hechos se enardecen; y tanto más preeminentemente lo aman, cuanto consideran que él a esto mismo que él bueno fundó precede. Ciertamente habla esto a ellos intrínsecamente sonando silenciosa la invisible lengua de la compunción. La cual tanto más plenamente dentro oyen, cuanto del estrépito de los exteriores deseos más perfectamente se apartan. A estos pues el concierto del cielo no duerme, porque su mente cuál sea la suavidad de la alabanza suprema, aplicada la oreja del amor, conoce. Dentro pues lo que apetecen oyen, e instánte el mismo deseo de la Divinidad sobre los premios de los celestiales bienes son instruidos. De donde también la presente vida no sólo adversante, sino también favoreciente gravemente toleran, porque para ellos oneroso es todo lo que se cierne, mientras de aquello que dentro oyen son diferidos. Todo lo que a sí les está presto grave lo estiman, porque aquello no es a lo que anhelan; incesantemente pues su mente cansada por los mismos trabajos de la temporalidad en aquel celestial gozo para ser resumida se suspende, mientras, en la oreja del corazón irrumpiendo dentro el concierto del cielo, la sociedad para sí cotidianamente de los ciudadanos supremos esperan. Aquel concierto de la alabanza suprema en la oreja de aquel había irrumpido, que decía: Entraré en el lugar del tabernáculo admirable, hasta la casa de Dios con voz de exultación y de confesión, sonido de la ciudad en banquete (Sal. 41, 5). El que pues dentro la voz de exultación y de confesión y el sonido de la ciudad en banquete había oído, ¿qué otro sino el concierto del cielo lo excitaba?

21. El concierto de los cielos no es oído por los malos.---El cual concierto sin embargo duerme para los réprobos, porque a sus corazones de ningún modo por la voz de la compunción se da a conocer. Pues no a considerar aquella deseable frecuencia de los ciudadanos supremos estudian, con ningún rayo de ardor aquellas fiestas de la solemnidad interna contemplan, con ninguna pluma de la contemplación en lo íntimo son elevados. Pues a solas las cosas visibles sirven, y por eso nada de la suavidad suprema intrínsecamente oyen, porque a ellos, como arriba dijimos, en la oreja del corazón los sordos tumultos de los cuidados seculares los oprimen. Porque pues por la dispensación del oculto juicio lo que a unos se abre a otros se cierra, lo que a unos se detecta a otros se oculta, dígase rectamente: ¿Quién narrará la razón de los cielos, y el concierto del cielo quién hará dormir? Lo cual sin embargo entonces se nos dio a conocer más ampliamente, cuando nuestro Redentor por el misterio de la dispensación apareciendo, tanto a los indignos misericordia prestó, como a aquellos de sí que dignos parecían excluyó. De donde aquí también aptamente se subjunta:

Caput VI

[Vet. X, Rec. VI].

VERS. 38.---Quando fundabatur pulvis in terram, et glebae compingebantur.

22. Peccatores pulveri similes, quolibet tentationis flatu rapiuntur. Spiritus sancti gratia solidantur, et charitate compinguntur.---Quis in pulvere nisi peccatores accipimus, qui nullo rationis pondere solidati cujuslibet tentationis flatu rapiuntur? De quibus scriptum est: Non sic impii non sic, sed tanquam pulvis quem projicit ventus a facie terrae (Psal. I, 5). Pulvis ergo in terram fundatus est, cum peccatores vocati in Ecclesia traditae fidei sunt ratione solidati, ut qui prius inconstantia mobiles tentationis aura levabantur, immobiles postmodum contra tentamenta consisterent, et Deo perseveranter inhaerentes, fixum bene vivendi pondus tenerent. Glebae vero ex humore coagulantur et pulvere. In hac itaque terra glebae compactae sunt, quia vocati peccatores et per Spiritus sancti gratiam infusi in collectione sunt charitatis uniti. Istae glebae in terra compactae sunt, quando populi qui prius quasi in dispersione pulveris diversa sentiebant, postmodum, sancti Spiritus gratia accepta, in illa pacatissima unanimitatis concordia convenerunt, ut cum essent tria millia, vel rursum quinque millia, Scriptura testante, diceretur quia erat in eis cor unum et anima una (Act. IV, 32). Has glebas ex uno quidem pulvere, sed quasi diversa mole distinctas quotidie Dominus in terra compingit, quia, servata unitate sacramenti, juxta varietatem morum atque linguarum fideles in Ecclesia populos colligit. Has glebas jam tunc Dominus designavit, quando ad esum panis et piscium quinquagenos discumbere vel centenos jussit (Matth. XIV, 19, 20).

23. In Ecclesia diversi sunt ordines.---Quas tamen glebas si in Ecclesia ex diversitate meritorum attendimus, fortasse adhuc distinguere subtilius valemus. Nam dum alius est ordo praedicantium, alius auditorum; alius regentium, atque alius subditorum; alius conjugum, alius continentium, alius poenitentium, alius virginum; quasi ex una terra est diversa glebarum forma distincta, dum in una fide, in una charitate disparia demonstrantur bene operantium merita.

Capítulo VI

[Vet. X, Rec. VI].

VERS. 38.---Cuando se fundaba el polvo en la tierra, y los terrones se compaginaban.

22. Los pecadores semejantes al polvo, por cualquier soplo de tentación son arrebatados. Por la gracia del Espíritu Santo son consolidados, y por la caridad son compaginados.---¿A quiénes en el polvo sino a los pecadores entendemos, que consolidados por ningún peso de la razón por el soplo de cualquier tentación son arrebatados? De los cuales escrito está: No así los impíos, no así, sino como el polvo que proyecta el viento desde la faz de la tierra (Sal. 1, 4). El polvo pues en la tierra fue fundado, cuando los pecadores llamados en la Iglesia por la razón de la fe entregada fueron consolidados, para que los que antes móviles por la inconstancia por el aura de la tentación eran elevados, inmóviles después contra las tentaciones consistieran, y a Dios perseverantemente inherentes, el peso fijo de vivir bien tuvieran. Los terrones pues se coagulan por la humedad y el polvo. En esta tierra pues los terrones fueron compactados, porque los pecadores llamados e infundidos por la gracia del Espíritu Santo en la colección de la caridad fueron unidos. Estos terrones en la tierra fueron compactados, cuando los pueblos que antes como en la dispersión del polvo diversa cosa sentían, después, recibida la gracia del Espíritu Santo, en aquella pacatísima concordia de la unanimidad convinieron, para que cuando fueran tres mil, o de nuevo cinco mil, testificando la Escritura, se dijera que había en ellos un solo corazón y una sola alma (Hech. 4, 32). Estos terrones de un mismo polvo ciertamente, pero como por diversa mole distinguidos cotidianamente el Señor en la tierra compagina, porque, guardada la unidad del sacramento, según la variedad de costumbres y de lenguas los pueblos fieles en la Iglesia recoge. Estos terrones ya entonces el Señor designó, cuando para el comer del pan y de los peces de cincuenta en cincuenta o de ciento en ciento mandó recostarse (Mat. 14, 19, 20).

23. En la Iglesia diversos son los órdenes.---Los cuales terrones sin embargo si en la Iglesia por la diversidad de los méritos atendemos, tal vez todavía distinguir sutilmente podemos. Pues mientras uno es el orden de los que predican, otro el de los oyentes; uno el de los que rigen, y otro el de los súbditos; uno el de los cónyuges, otro el de los continentes, otro el de los penitentes, otro el de las vírgenes; como de una sola tierra es la diversa forma de terrones distinguida, mientras en una sola fe, en una sola caridad dispares se demuestran los méritos de los que bien obran.

Has glebas populus ille significavit, qui ad constructionem tabernaculi sub uno studio diversa donaria obtulit, de quo scriptum est: Quidquid in cultum tabernaculi et ad vestes sanctas necessarium erat, viri cum mulieribus praebuerunt, armillas et inaures, annulos et dextralia, omne vas aureum in donaria Domini separatum est. Si quis habuit hyacinthum, purpuram, coccumque bis tinctum, byssum et pilos caprarum (Exod. XXXV, 22), etc.

24. Singuli, ad Ecclesiae cultum implendum, dona offerunt.---In ornamento ergo tabernaculi viri dona cum mulieribus offerunt, quia in explendo cultu sanctae Ecclesiae, et fortium facta sublimia, et infirmorum opera extrema numerantur. Quid autem per armillas quae lacertos astringunt nisi praepositorum valide laborantium opera demonstrantur? Et quid per inaures nisi subditorum obedientia exprimitur? Quid per annulos nisi signaculum secretorum? Plerumque enim magistri signant quod ab auditoribus capi non posse considerant. Et quid per dextralia nisi primae operationis ornamenta memorantur? Quid per vas aureum in donaria Domini separatum nisi divinitatis intelligentia accipitur, quae tanto ab inferiorum amore disjungitur, quanto ad sola quae aeterna sunt amanda sublevantur? Quid per hyacinthum nisi spes coelestium? Quid per purpuram nisi cruor ac tolerantia passionum amore regni perpetui exhibita? Et quid per bis tinctum coccum nisi charitas demonstratur, quae pro perfectione bis tingitur, quia Dei et proximi dilectione decoratur? Quid per byssum nisi immaculata carnis incorruptio? Et quid per pilos caprarum, ex quibus ciliciorum asperitas texitur, nisi dura poenitentium afflictio designatur? Dum igitur alii per armillas et annulos forte magisterium exercent, alii per inaures et dextralia devotam obedientiam rectamque operationem exhibent, alii per separatum vas aureum praeclaram subtilioremque Dei intelligentiam tenent; alii per hyacinthum, purpuram et coccum, audita coelestia sperare, credere, amare non desinunt, etiam quae adhuc subtiliori intellectu minime cognoscunt, alii per byssum incorruptionem carnis offerunt; alii per caprarum pilos deplorant aspere quod libenter commiserunt; quasi ex una terra innumerae glebae proferuntur, quia ex uno et pari obsequio facta fidelium disparia procedunt. Quae nimirum glebae nequaquam concretae ex pulvere surgerent, nisi aquam prius pulvis acciperet, et concepto se humore solidaret, quia nisi peccatores quosque sancti Spiritus gratia infunderet, constrictos eos ad fidei opera charitatis unitas non teneret. Quando igitur Dominus enarrabit coelorum rationem, vel concentum coeli dormire faciet, aperiat.

Estos terrones aquel pueblo significó, que para la construcción del tabernáculo bajo un solo estudio diversos donarios ofreció, de quien escrito está: Cualquier cosa que para el culto del tabernáculo y para las vestiduras santas necesaria era, los varones con las mujeres proveyeron, armillas y pendientes, anillos y brazaletes, todo vaso de oro en los donarios del Señor fue separado. Si alguno tuvo jacinto, púrpura, y escarlata dos veces teñida, biso y pelos de cabras (Éxod. 35, 22), etc.

24. Cada uno, para cumplir el culto de la Iglesia, ofrece dones.---En el ornamento pues del tabernáculo los varones dones con las mujeres ofrecen, porque en cumplir el culto de la santa Iglesia, tanto los hechos sublimes de los fuertes, como las obras extremas de los débiles se cuentan. ¿Pero qué por las armillas que los brazos ciñen sino las obras de los prepósitos valientemente laborantes se demuestran? ¿Qué por los pendientes sino la obediencia de los súbditos se expresa? ¿Qué por los anillos sino el signáculo de los secretos? Frecuentemente por cierto los maestros sellan lo que por los oyentes no poder ser captado consideran. ¿Qué por los brazaletes sino los ornamentos de la primera operación se memoran? ¿Qué por el vaso de oro en los donarios del Señor separado sino la inteligencia de la divinidad se entiende, la cual tanto del amor de las cosas inferiores se disjunta, cuanto a solas las que eternas son para ser amadas se elevan? ¿Qué por el jacinto sino la esperanza de las celestiales? ¿Qué por la púrpura sino el raudal y la tolerancia de las pasiones por amor del reino perpetuo exhibida? ¿Y qué por la escarlata dos veces teñida sino la caridad se demuestra, la cual para la perfección dos veces se tiñe, porque de Dios y del prójimo con la dilección se decora? ¿Qué por el biso sino la inmaculada incorrupción de la carne? ¿Y qué por los pelos de las cabras, de los cuales la aspereza de los cilicios se teje, sino la dura aflicción de los penitentes se designa? Mientras pues unos por las armillas y los anillos fuerte magisterio ejercen, otros por los pendientes y los brazaletes devota obediencia y recta operación exhiben, otros por el separado vaso de oro preclara y sutilísima inteligencia de Dios tienen; otros por el jacinto, la púrpura y la escarlata, las oídas celestiales esperar, creer, amar no desisten, incluso las que todavía con sutilísimo intelecto mínimamente conocen, otros por el biso la incorrupción de la carne ofrecen; otros por los pelos de las cabras deploran ásperamente lo que libremente cometieron; como de una sola tierra innumerables terrones se profieren, porque de un solo y par obsequio hechos de los fieles dispares proceden. Los cuales terrones sin duda concretados de ningún modo del polvo se levantarían, sino el agua primero el polvo recibiera, y concebido por sí el humor se solidara, porque si a todos los pecadores la gracia del Espíritu Santo no infundiera, constreñidos ellos a las obras de la fe la unidad de la caridad no los tendría. Cuando pues el Señor narrará la razón de los cielos, o el concierto del cielo hará dormir, abra.

Ait enim: Quando fundabatur pulvis in terram, et glebae compingebantur. Ac si diceret: Tunc primum vocatione et discretione manifesta, secreta spiritalia et non sine misericordia aliis aperui, et non sine justitia aliis clausi, cum alios respuerem, et alios intra Ecclesiam concordia charitatis adunarem. Quae sancta Ecclesia quia a perfidia Judaeorum repulsa, ad rapiendas gentes se contulit, atque in suo corpore convertendas, quod quidem non suis, sed Domini viribus fecit, apte subjungitur:

Caput VII

[Vet. XI, Rec. VII].

VERS. 39.---Nunquid capies leaenae praedam, et animam catulorum ejus implebis?

25. Ecclesia leaena est, cujus catuli fuerunt apostoli.---Ista nimirum illa leaena est de qua Job dicebat, cum superbientem Judaeam cerneret praedicante Ecclesia praetermissam: Non calcaverunt eam filii institorum, nec pertransivit per eam leaena (Job. XXVIII, 8). Huic ergo leaenae Dominus praedam capit, ut animam catulorum ejus impleat, quia ad augmentum hujus Ecclesiae innumeros de gentilitate diripuit, et per animarum lucrum esurientia apostolorum vota satiavit. Ipsi quippe catuli pro mentis teneritudine et formidinis infirmitate vocati sunt, quia, passo Domino, clausis foribus residebant, sicut de illis scriptum est: Cum esset sero die illo una Sabbatorum, et fores essent clausae ubi erant discipuli congregati propter metum Judaeorum, venit Jesus, et stetit in medio eorum (Joan. XX, 19). Unde hic quoque de eisdem catulis apte subjungitur:

CAPUT VIII.

VERS. XL.---Quando cubant in antris, et in specubus insidiantur.

26. In antris prius cubarunt, unde in mundum praedas acturi exsilierunt.---Cum enim nequaquam sancti apostoli contra membra diaboli in voce liberae praedicationis exsurgerent, et necdum post passionem Domini sancti Spiritus effusione solidati Redemptorem suum firma auctoritate praedicarent, adhuc contra adversarios suos quasi in antris insidiabantur. Clausis quippe foribus quasi in quibusdam abditis specubus suis catuli rapturi mundum cubabant, ut animarum praedam postmodum praesumentes diriperent, de quibus tunc certum est quod mundi impetum etiam sibimetipsis latendo formidarent.

Dice por cierto: Cuando se fundaba el polvo en la tierra, y los terrones se compaginaban. Como si dijera: Entonces primero con vocación y discreción manifiesta, los secretos espirituales y no sin misericordia a unos abrí, y no sin justicia a otros cerré, cuando a unos rechazara, y a otros dentro de la Iglesia por la concordia de la caridad adunara. La cual santa Iglesia porque de la perfidia de los judíos rechazada, para arrebatar las gentes se dio, y en su cuerpo para ser convertidas, lo cual ciertamente no por sus fuerzas, sino por las del Señor hizo, aptamente se subjunta:

Capítulo VII

[Vet. XI, Rec. VII].

VERS. 39.---¿Acaso tomarás la presa de la leona, y el alma de sus cachorros llenarás?

25. La Iglesia es una leona, cuyos cachorros fueron los apóstoles.---Esta sin duda es aquella leona de la que Job decía, cuando veía a la soberbia Judea pasada por alto mientras la Iglesia predicaba: No la pisaron los hijos de los agentes, ni pasó por ella la leona (Job 28, 8). Para esta leona pues el Señor toma la presa, para que el alma de sus cachorros llene, porque para el aumento de esta Iglesia arrebató innumerables de la gentilidad, y por el lucro de las almas los hambrientos votos de los apóstoles sació. Ellos ciertamente cachorros por la ternura de la mente y la enfermedad del temor fueron llamados, porque, habiendo padecido el Señor, con las puertas cerradas residían, como de ellos escrito está: Cuando era tarde aquel día, uno de los Sábados, y las puertas estaban cerradas donde estaban los discípulos congregados por el miedo de los judíos, vino Jesús, y estuvo en medio de ellos (Juan 20, 19). De donde aquí también sobre los mismos cachorros aptamente se subjunta:

CAPÍTULO VIII.

VERS. 40.---Cuando se agachan en las guaridas, y en los hoyos acechan.

26. En las guaridas primero se agacharon, de donde para llevar presas al mundo saltaron.---Pues cuando de ningún modo los santos apóstoles contra los miembros del diablo en la voz de la libre predicación se levantaban, y todavía no después de la pasión del Señor consolidados por la efusión del Espíritu Santo a su Redentor con firme autoridad predicaban, todavía contra sus adversarios como en guaridas acechaban. Con las puertas cerradas ciertamente como en ciertos escondidos hoyos suyos los cachorros para arrebatar el mundo se agachaban, para que después presumiendo arrebataran la presa de las almas, de los cuales entonces es cierto que el ímpetu del mundo incluso para sí mismos ocultándose temían.

Illis foribus clausis isti catuli mortem mortis nostrae insidiati quaesierunt, ut culpam nostram interficerent, omnemque in nobis peccati vitam necarent. Horum primo illi esurienti catulo, sed jam valenti, ostensa per linteum gentilitate, quasi monstrata praeda, dicitur: Macta et manduca (Act. X, 13). His catulis velut adhuc infirmis ut cubare in antris debeant jubetur, cum eis dominica voce dicitur: Sedete hic in civitate quoadusque induamini virtute ex alto (Luc. XXIV, 49). An non recte leaenae catuli vocantur, qui in Ecclesia editi adversantem mundum ore rapuerunt?

27. Illos imitantur perfecti doctores. Ille scit recte dicere, qui novit ordinate tacere.---Et haec quidem facta a sanctis apostolis novimus, haec nunc etiam fieri a perfectis doctoribus videmus. Ipsi enim etsi subsequentium populorum patres sunt, tamen sunt praecedentium filii; unde et non immerito catuli dicuntur. Vel certe quia etsi quorumdam fidelium magistri sunt, universalis tamen Ecclesiae discipulos se esse gloriantur. Leaenae itaque praedam Dominus capit, quia virtute suae inspirationis ab errore vitam delinquentium diripit; et animas catulorum illius replet, quia conversione multorum piis doctorum desideriis satisfacit. De quibus catulis bene subjungitur: Quando cubant in antris, et in specubus insidiantur. Neque enim cuncta tempora doctrinae sunt congrua. Nam plerumque dictorum virtus perditur, si intempestive proferantur. Saepe vero et quod lenius dicitur conventu temporis congruentis animatur. Ille ergo scit recte dicere, qui et ordinate novit tacere. Quid enim prodest eo tempore irascentem corripere, quo alienata mente non solum non aliena verba percipere, sed semetipsum vix valet tolerare? Furentem quippe qui per invectionem corripit, quasi ei qui non sentiat, plagas ebrio imponit. Doctrina itaque ut pervenire ad cor audientis valeat, quae sibi congrua sint temporum momenta perpendat. Bene ergo de his catulis dicitur: Quando cubant in antris, et in specubus insidiantur. Doctores enim sancti quando et arguenda conspiciunt et tamen se per silentium in cogitationibus retinent, quasi in specubus latent, et velut in antris se contegunt quia in suis cordibus occultantur. Sed cum opportunum tempus invenerint, repente prosiliunt, nulla quae dicenda sunt reticent, et cervicem superbientium morsu asperae increpationis tenent. Sive itaque per apostolos, sive per doctores, quos in apostolorum locum subrogavit, huic leaenae Dominus quotidie praedam capit, et per eos quos cepit alios etiam capere non desistit.

Cerradas aquellas puertas estos cachorros acechando la muerte de nuestra muerte buscaron, para que nuestra culpa mataran, y toda la vida del pecado en nosotros eliminaran. A aquel primer cachorro hambriento de estos, pero ya valiente, mostrada la gentilidad por el lienzo, como mostrada la presa, se le dice: Mata y come (Hech. 10, 13). A estos cachorros como todavía enfermos se les manda que en las guaridas deban agacharse, cuando con voz dominical se les dice: Sentaos aquí en la ciudad hasta que seáis investidos de virtud desde lo alto (Luc. 24, 49). ¿O no rectamente cachorros de la leona son llamados, los que nacidos en la Iglesia el mundo adversante con la boca arrebataron?

27. Los imitan los perfectos doctores. Aquel sabe hablar rectamente, que supo ordenadamente callar.---Y estas cosas ciertamente hechas por los santos apóstoles las conocemos, estas ahora también hacerse por los perfectos doctores vemos. Pues ellos aunque son padres de los pueblos subsiguientes, sin embargo son hijos de los precedentes; de donde también no sin mérito cachorros son llamados. O ciertamente porque aunque de algunos fieles maestros son, de la Iglesia universal sin embargo discípulos ser se glorían. La leona pues el Señor toma la presa, porque por la virtud de su inspiración del error la vida de los delincuentes arrebata; y las almas de los cachorros de ella llena, porque por la conversión de muchos a los piadosos deseos de los doctores satisface. De los cuales cachorros bien se subjunta: Cuando se agachan en las guaridas, y en los hoyos acechan. Pues no todos los tiempos son congruos para la doctrina. Pues frecuentemente la virtud de los dichos se pierde, si intempestivamente se profieren. A menudo por cierto también lo que más suavemente se dice por el encuentro del tiempo congruente se anima. Aquel pues sabe hablar rectamente, que también ordenadamente supo callar. ¿Pues qué aprovecha en aquel tiempo al que se aira corregir, en el que con la mente enajenada no sólo no palabras ajenas percibir, sino a sí mismo apenas vale tolerar? Al que delira ciertamente quien por invectiva corrige, como a aquel que no siente, llagas al ebrio impone. La doctrina pues para que llegar al corazón del oyente valga, qué momentos de los tiempos le sean congruos pondere. Bien pues de estos cachorros se dice: Cuando se agachan en las guaridas, y en los hoyos acechan. Los doctores pues santos cuando ven lo que ha de ser argüido y sin embargo se retienen por el silencio en los pensamientos, como en hoyos se ocultan, y como en guaridas se protegen porque en sus corazones se esconden. Pero cuando el tiempo oportuno hubieren hallado, de repente saltan, nada de lo que ha de ser dicho callan, y la cerviz de los soberbios con el bocado de la áspera increpación sujetan. Ya sea pues por los apóstoles, ya por los doctores, a quienes en lugar de los apóstoles subrogó, para esta leona el Señor cotidianamente toma la presa, y por aquellos que tomó a otros también tomar no desiste.

Ad hoc quippe justi hujus mundi peccatores rapiunt, ut per conversos eos etiam alii ex mundo rapiantur. Unde et ipsa geminitas, quae pio apostolorum ore rapta est, tanta nunc fame alios esurit quanta se ab apostolis concupitam fuisse cognoscit. Proinde et apte subjungitur:

Caput IX

[Vet. XII, Rec. VIII].

VERS. 41.---Quis praeparat corvo escam suam, quando pulli ejus clamant ad Deum, vagantes eo quod non habeant cibos?

28. Gentilitas conversa corvus est, cujus pulli sunt sancti praedicatores.---Quid enim corvi pullorumque ejus nomine nisi peccatis nigra gentilitas designatur? De qua per Prophetam dicitur: Qui dat jumentis escam ipsorum, et pullis corvorum invocantibus eum (Psal. CXLVI, 9). Jumenta quippe escam accipiunt, dum sacrae Scripturae pabulo mentes dudum brutae satiantur. Pullis vero cervorum, filiis scilicet gentium esca datur, cum eorum desiderium nostra conversatione reficitur. Iste corvus esca fuit dum ipsum sancta Ecclesia quaereret. Sed nunc escam accipit, quia ipse ad conversionem alios exquirit.

29. Hi sua virtute nihil se posse sciunt.---Cujus videlicet pulli, id est praedicatores ex eo editi, non in se praesumunt, sed in viribus Redemptoris sui. Unde bene dicitur: Quando pulli ejus clamant ad Deum. Nihil enim sua virtute posse se sciunt. Et quamvis animarum lucra piis votis esuriant, ab illo tamen qui cuncta intrinsecus operatur haec fieri exoptant. Vera enim fide comprehendunt, quia neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus (I Cor. III, 7).

30. Zelo lucrandarum animarum aestuant.---Quod vero dictum est: vagantes eo quod non habeant cibos, in hac vagatione nihil aliud quam aestuantium praedicatorum vota signantur. Qui dum in Ecclesiae sinum recipere populos ambiunt, magno ardore succensi, nunc ad hos, nunc ad illos colligendos desiderium mittunt. Quasi quaedam quippe vagatio est ipsa cogitationis aestuatio; et velut ad loca varia mutatis nutibus transeunt, dum pro adunandis animabus in modos innumeros ac in partes diversas esurienti mente discurrunt.

[Vet. XIII.] 31. Pauli pro omnibus pene ecclesiis sollicitudo. Charitas, quae divisa unit, cor Pauli per multa dividebat.

Para esto por cierto los justos de este mundo a los pecadores arrebatan, para que por los conversos ellos también otros del mundo sean arrebatados. De donde también aquella misma geminidad, que por la piadosa boca de los apóstoles fue arrebatada, con tanta hambre ahora a otros desea con cuanta se conoce haber sido por los apóstoles codiciada. Por lo cual también aptamente se subjunta:

Capítulo IX

[Vet. XII, Rec. VIII].

VERS. 41.---¿Quién prepara al cuervo su comida, cuando sus polluelos claman a Dios, vagando porque no tienen alimentos?

28. La gentilidad convertida es el cuervo, cuyos polluelos son los santos predicadores.---¿Pues qué por el nombre del cuervo y de sus polluelos sino la gentilidad negra por los pecados se designa? De la cual por el Profeta se dice: El que da a los jumentos su comida, y a los polluelos de los cuervos que lo invocan (Sal. 146, 9). Los jumentos ciertamente comida reciben, mientras con el pasto de la sagrada Escritura las mentes antes brutas se sacian. A los polluelos pues de los cuervos, a saber a los hijos de las gentes se da comida, cuando el deseo de ellos por nuestra conversación se reface. Este cuervo comida fue mientras a él mismo la santa Iglesia buscara. Pero ahora comida recibe, porque él mismo para la conversión a otros busca.

29. Estos saben que nada pueden por su virtud.---Cuyos polluelos a saber, esto es los predicadores de él nacidos, no en sí presumen, sino en las fuerzas de su Redentor. De donde bien se dice: Cuando sus polluelos claman a Dios. Pues nada por su virtud poderse saben. Y aunque los lucros de las almas con piadosos votos deseen, por aquel sin embargo que todo intrínsecamente obra estas cosas hacerse exoptan. Con verdadera pues fe comprenden, que ni el que planta es algo, ni el que riega, sino Dios que da el incremento (1 Cor. 3, 7).

30. Con el celo de ganar almas arden.---Lo que por cierto se dijo: vagando porque no tienen alimentos, en esta vagancia nada otro que los votos de los ardientes predicadores se signan. Quienes mientras ambicionan recibir a los pueblos en el seno de la Iglesia, con gran ardor encendidos, ahora a estos, ahora a aquellos para ser recogidos el deseo envían. Como una cierta vagancia por cierto es la misma ebullición del pensamiento; y como a lugares varios con cambiadas señas pasan, mientras para adunar las almas en modos innumerables y en partes diversas con mente hambrienta discurren.

[Vet. XIII.] 31. Solicitud de Pablo por casi todas las iglesias. La caridad, que une lo dividido, dividía el corazón de Pablo entre muchos.

---Hanc vagationem pulli corvorum, id est filii gentilium, ab ipso gentium magistro didicerunt. Ipse quippe quam valida charitate flagrat, tam nimia ex locis ad loca se vagatione permutat; transire ad alia ex aliis appetit, quia ipsa eum quae implet charitas impellit. Longe namque a Romanis positus scribit: Memoriam vestri facio semper in orationibus meis, obsecrans si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos; desidero enim videre vos (Rom. I, 9, 10). Retentus Ephesi Corinthiis scribit: Ecce tertio hoc paratus sum venire ad vos (II Cor. XII, 14). Rursum Ephesi commorans, Galatis loquitur, dicens: Vellem modo esse apud vos, et mutare vocem meam (Gal. IV, 20). Romae quoque custodia carceris clausus, quia ire ad Philippenses per semetipsum non permittitur, transmittere se discipulum pollicetur, dicens: Spero in Domino Jesu, Timotheum me cito mittere ad vos, ut et ego bono animo sim, cognitis quae circa vos sunt (Philip. II, 19). Constrictus etiam vinculis atque Ephesi retentus, Colossensibus scribit: Nam si corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum (Coloss. II, 5). Ecce quomodo sancto desiderio quasi vagatur: hic corpore tenetur, illuc spiritu ducitur; et paterni amoris affectum istis praesentibus exhibet, illis absentibus ostendit; coram positis impendit opera, audientibus exprimit vota, efficaciter praesens eis cum quibus erat, nec tamen 970 illis absens cum quibus non erat. Cujus vagationem melius cognoscimus, si ejus adhuc ad Corinthios verba pensamus. Ait enim: Veniam ad vos, cum Macedoniam pertransiero. Nam Macedoniam pertransibo; apud vos autem forsitan manebo, vel etiam hiemabo (I Cor. XVI, 5). Perpendamus, quaeso, quae sit ista vagatio. Ecce alio interim manet, alio se iturum perhibet, atque alio deflexurum promittit. Quid est quod tam anxie per tot loca partitur, nisi quod circa omnes una charitate constringitur? Charitas enim quae divisa unire consuevit, unum cor Pauli per multa dividi compellit. Quod tamen tanto arctius in Deo colligit, quanto latius per sancta desideria spargit. Praedicando igitur Paulus vult simul omnia dicere, amando vult simul omnes videre, quia et in carne permanendo vult omnibus vivere, et de carne transeundo per sacrificium fidei vult omnibus prodesse.

---Esta vagación la aprendieron los polluelos de los cuervos, esto es, los hijos de los gentiles, del mismo maestro de los gentiles. Pues él mismo, cuanto arde en válida caridad, tanto se permuta en excesiva vagación de lugar en lugar; apetece pasar de unos a otros, porque la misma caridad que lo llena lo impele. Pues estando lejos de los romanos escribe: Siempre hago memoria de vosotros en mis oraciones, rogando si de algún modo al fin alguna vez tenga un próspero camino en la voluntad de Dios para venir a vosotros; pues deseo veros (Rom. I, 9, 10). Retenido en Éfeso escribe a los corintios: He aquí que por tercera vez estoy preparado para venir a vosotros (II Cor. XII, 14). De nuevo morando en Éfeso, habla a los gálatas, diciendo: Querría estar ahora con vosotros, y cambiar mi voz (Gál. IV, 20). También en Roma, cerrado en la custodia de la cárcel, porque no se le permite ir por sí mismo a los filipenses, promete enviarles a su discípulo, diciendo: Espero en el Señor Jesús enviaros pronto a Timoteo, para que yo también esté de buen ánimo, conocidas las cosas que hay en torno a vosotros (Fil. II, 19). Constreñido también por vínculos y retenido en Éfeso, escribe a los colosenses: Pues aunque estoy ausente en cuerpo, pero en espíritu estoy con vosotros (Col. II, 5). He aquí de qué modo vaga como por un deseo santo: aquí es retenido en cuerpo, allí es conducido en espíritu; y exhibe el afecto del amor paterno a estos presentes, y lo muestra a aquellos ausentes; a los que tiene delante les dedica sus obras, a los que lo oyen les expresa sus votos, eficazmente presente para aquellos con quienes estaba, ni sin embargo ausente para aquellos con quienes no estaba. Cuaya vagación conocemos mejor si sopesamos todavía sus palabras a los corintios. Dice en efecto: Vendré a vosotros cuando haya atravesado Macedonia. Pues atravesaré Macedonia; pero con vosotros quizás permaneceré, o incluso invernaré (I Cor. XVI, 5). Sopesemos, ruego, qué vagación sea ésta. He aquí que permanece en un lugar entre tanto, afirma que ha de ir a otro, y promete que se desviará a otro. ¿Qué es lo que tan ansiosamente reparte por tantos lugares, sino que está constreñido por una sola caridad hacia todos? Pues la caridad que suele unir lo dividido, compele al único corazón de Pablo a dividirse por muchos lugares. Lo cual sin embargo tanto más estrechamente lo recoge en Dios, cuanto más ampliamente lo esparce por los santos deseos. Predicando, por tanto, Pablo quiere decir todas las cosas al mismo tiempo, amando quiere ver a todos al mismo tiempo, porque tanto permaneciendo en la carne quiere vivir para todos, como pasando de la carne por el sacrificio de la fe quiere aprovechar a todos.

Vagentur itaque pulli corvorum, id est magistrum suum imitentur filii gentium, torporem mentis excutiant, et cum animarum lucrum, id est cibum suum minime reperiunt, non quiescant; ad profectum se ex provectibus extendant, et, aestuantes in utilitate multorum, refectionem suam quasi vagantes esuriant. Quia vero per praedicationum opera discurrendo, refectione fidei gentilitatem satiare non cessant, dicatur recte: Quis praeparat corvo escam suam, quando pulli ejus clamant ad Deum, vagantes eo quod non habeant cibos.

[Vet. XIV.] 32. Corvi quoque nomine plebs Judaica significatur. Visa gentilium conversione, olim resipiscet ac de sua stultitia erubescet.

---Potest etiam corvi nomine nigra per infidelitatis meritum plebs Judaica designari. Nam pulli ejus ad Deum clamare referuntur, ut eidem corvo a Domino esca praeparetur, quia nimirum sancti apostoli, plebis Israeliticae carne generati, dum pro gente sua preces ad Dominum funderent, quasi pulli corvorum, eum de quo carnaliter editi sunt spiritali intelligentia parentem populum paverunt. Igitur dum pulli ejus clamant, corvo esca praeparatur, quia dum apostoli exorant, plebs dudum perfida ad cognitionem fidei ducitur, et ex praedicatione filiorum quasi ex pullorum voce satiatur. Illud tamen in hoc versu debemus solerter intueri, quod huic corvo esca dicitur primum pullis clamantibus et postmodum vagantibus praeparari. Clamantibus namque pullis corvo esca praeparata est, cum praedicantibus apostolis verbum Dei Judaea audiens, modo in tribus millibus, modo in quinque millibus spirituali est intelligentia satiata. Sed cum per reproborum multitudinem crudelitatem suam contra praedicantes exerceret, et quasi pullorum vitam necaret, iidem pulli in universa mundi spatia dispersi sunt. Unde et eisdem carnalibus patribus spiritali praedicationi resistentibus dicunt: Vobis oportebat primum loqui verbum Dei; sed quia repellitis illud, et indignos vos judicatis aeternae vitae, ecce convertimur ad gentes (Act. XIII, 46); scientes profecto quod postquam gentilitas crederet, etiam Judaea ad fidem veniret. Unde et scriptum est: Donec plenitudo gentium introiret, et sic omnis Israel salvus fieret (Rom. XI, 25). Quia igitur summopere sancti apostoli et studuerunt prius 971 audientibus praedicare, et postmodum resistentibus exempla conversae gentilitatis ostendere, quasi esurientes pulli huic corvo escam suam prius clamando et postmodum vagando quaesierunt.

Vaguen, pues, los polluelos de los cuervos, esto es, imiten a su maestro los hijos de los gentiles, sacudan el torpor de la mente, y cuando mínimamente encuentran el lucro de las almas, esto es, su alimento, no descansen; extiéndanse al progreso desde los aprovechamientos y, hirviendo en la utilidad de muchos, deseen su refección como vagando hambrientos. Porque verdaderamente, discurriendo por las obras de las predicaciones, no cesan de saciar a la gentilidad con la refección de la fe, dígase rectamente: ¿Quién prepara al cuervo su alimento, cuando sus polluelos claman a Dios, vagando porque no tienen comida?

[Vet. XIV.] 32. Con el nombre de cuervo también se significa la plebe judaica. Vista la conversión de los gentiles, al fin se arrepentirá y se avergonzará de su estulticia.

---Puede también por el nombre de cuervo designarse la plebe judaica, negra por el mérito de la infidelidad. Pues se refiere que sus polluelos claman a Dios, para que al mismo cuervo se le prepare alimento por el Señor, porque ciertamente los santos apóstoles, generados según la carne de la plebe israelítica, mientras derramaban preces al Señor por su gente, cual polluelos de cuervos, alimentaron con inteligencia espiritual al pueblo pariente del cual nacieron carnalmente. Por tanto, mientras sus polluelos claman, se prepara alimento para el cuervo, porque mientras los apóstoles oran, la plebe hace poco pérfida es conducida al conocimiento de la fe, y se sacia por la predicación de los hijos cual por la voz de los polluelos. Sin embargo, en este verso debemos mirar solícitamente que a este cuervo se dice que se le prepara alimento primero cuando los polluelos claman y después cuando vagan. Pues clamando los polluelos se preparó alimento para el cuervo, cuando predicando los apóstoles la palabra de Dios, oyéndola Judea, unas veces en tres mil, otras veces en cinco mil, fue saciada con inteligencia espiritual. Pero cuando por la multitud de los réprobos ejercía su crueldad contra los predicadores, y cual si matara la vida de los polluelos, los mismos polluelos fueron dispersados por los espacios de todo el mundo. De donde también dicen a los mismos padres carnales que resistían a la predicación espiritual: A vosotros os convenía primero hablar la palabra de Dios; pero porque la rechazáis, y os juzgáis indignos de la vida eterna, he aquí que nos convertimos a las gentes (Hech. XIII, 46); sabiendo ciertamente que después de que creyera la gentilidad, también Judea vendría a la fe. Por lo cual también está escrito: Hasta que entrara la plenitud de las gentes, y así todo Israel se salvara (Rom. XI, 25). Porque, por tanto, los santos apóstoles sumamente estudiaron primero predicar a los que oían, y después mostrar a los que resistían los ejemplos de la gentilidad convertida, cual polluelos hambrientos buscaron su alimento para este cuervo primero clamando y después vagando.

Unde enim vagantur pulli, inde escam corvus invenit, quia dum per laborem praedicantium conversam ad Deum gentilitatem Judaicus populus respicit, ad extremum quandoque stultitiam suae infidelitatis erubescit; et tunc Scripturae sacrae sententias intelligit, cum prius quam sibi eas gentibus innotuisse cognoscit, atque, expleta vagatione pullorum, ad percipienda sacra eloquia os cordis aperit; quia peractis in mundum cursibus apostolorum, sero ea spiritaliter percipit: quibus diu se perfidia astringente jejunavit. Quae quia omnia solius divinae potentiae virtus operatur, recte dicitur: Quis praeparat corvo escam suam, quando pulli ejus clamant ad Deum, vagantes eo quod non habeant cibos? Subandis nisi ego, qui infidelem populum filiis suis et exorantibus tolero, et praedicantibus pasco, atque ad alia vagantibus convertendum quandoque in fine sustineo.

Periti magistri, discipulis non satis humiliter de se sentientibus, sublimioris doctrinae cibum subtrahunt.---Est adhuc aliud quod de corvo moraliter possit intelligi. Editis namque pullis, ut fertur, escam plene praebere dissimulat, priusquam plumescendo nigrescant, eosque inedia affici patitur, quoadusque in illis per pennarum nigredinem sua similitudo videatur. Qui huc illucque vagantur in nido, et ciborum expetunt aperto ore subsidium. At cum nigrescere coeperint, tanto eis praebenda alimenta ardentius requirit, quanto illos alere diutius distulit. Corvus profecto est doctus quisque praedicator, qui magna voce clamat, dum peccatorum suorum memoriam atque cognitionem infirmitatis propriae quasi quamdam coloris nigredinem portat. Cui quidam nascuntur in fide discipuli, sed fortasse adhuc considerare infirmitatem propriam nesciunt, fortasse a peccatis praeteritis memoriam avertunt, et per hoc eam quam assumi oportet contra hujus mundi gloriam humilitatis nigredinem non ostendunt. Hi velut ad accipiendas escas os aperiunt, cum doceri de secretis sublimibus quaerunt. Sed eis doctor suus alimenta praedicamentorum sublimium tanto minus tribuit, quanto illos peccata praeterita minus digne deflere cognoscit. Exspectat quippe atque admonet ut a nitore vitae praesentis prius per poenitentiae lamenta nigrescant, et tunc demum congrua praedicationis subtilissimae nutrimenta percipiant. Corvus in pullis ora inhiantia respicit, sed ante in eis pennarum nigredine indui corpora quaerit. Sic et discretus doctor interna mysteria eorum sensibus non ministrat, quos adhuc ab hoc saeculo nequaquam se abjecisse considerat. Quanto igitur discipuli exterius per cultum vitae praesentis minus quasi nigri sunt, tanto per cibum verbi interius minus replentur; et quo se a corporali gloria non evacuant, eo a spiritali refectione jejunant. 34.

Pues de donde vagan los polluelos, de allí encuentra el alimento el cuervo, porque mientras por el trabajo de los predicadores el pueblo judaico mira a la gentilidad convertida a Dios, al extremo en algún momento se avergüenza de la estulticia de su infidelidad; y entonces entiende las sentencias de la sagrada Escritura, cuando reconoce que antes de que a sí misma le hubieran sido conocidas a las gentes, y, terminada la vagación de los polluelos, abre la boca del corazón para percibir los sacros elocuio; porque terminadas las carreras de los apóstoles por el mundo, tarde percibe espiritualmente aquellas cosas de las cuales ayunó por largo tiempo mientras la perfidia la ataba. Porque pues la virtud de la sola divina potencia obra todas estas cosas, rectamente se dice: ¿Quién prepara al cuervo su alimento, cuando sus polluelos claman a Dios, vagando porque no tienen comida? Se sobrentiende «si no yo», que tolero al pueblo infiel tanto por sus hijos que oran, como lo alimento por los que predican, y lo sostengo para ser convertido en algún momento al fin mientras vagan hacia otras cosas.

[Vet. XV.] 33. Los peritos maestros retiran el alimento de doctrina más sublime de los discípulos que no sienten de sí mismos con suficiente humildad.---Hay todavía otra cosa que del cuervo puede entenderse moralmente. Pues sacados los polluelos, como se cuenta, disimula el darles plenamente alimento antes de que al emplumarse se vuelvan negros, y padece que sean afectados por la penuria, hasta que en ellos por la negrura de las plumas se vea su semejanza. Los cuales vagan de aquí para allá en el nido, y piden el subsidio de los alimentos con la boca abierta. Pero cuando hubieren comenzado a ennegrecerse, tanto más ardientemente requiere para ellos el que se les suministre los alimentos, cuanto más tiempo dilató el alimentarlos. El cuervo por cierto es todo docto predicador, que clama con gran voz, mientras porta la memoria de sus pecados y el conocimiento de su propia debilidad como una cierta negrura de color. Al cual le nacen en la fe ciertos discípulos, pero tal vez todavía no saben considerar su propia debilidad, tal vez de los pecados pasados apartan la memoria, y por esto aquella negrura de humildad que conviene que sea asumida contra la gloria de este mundo no muestran. Estos como para recibir alimentos abren la boca, cuando piden ser enseñados de los secretos sublimes. Pero a ellos su doctor les atribuye tanto menos los alimentos de predicaciones sublimes, cuanto conoce que ellos lloran menos dignamente los pecados pasados. Pues espera y amonesta que del nitor de la vida presente primero ennegrezcan por los lamentos de la penitencia, y entonces al fin perciban los congruos nutrimentos de la predicación sutilísima. El cuervo en los polluelos mira las bocas abiertas, pero antes busca que en ellos los cuerpos sean vestidos con la negrura de las plumas. Así también el discreto doctor no suministra los misterios internos a los sentidos de aquellos a quienes todavía considera que de ningún modo se han abyecto de este mundo. Cuanto por tanto los discípulos exteriormente por el culto de la vida presente son menos como negros, tanto por el alimento de la palabra interiormente son menos llenados; y en lo que no se evacuan de la gloria corporal, en eso ayunan de la espiritual refección.

Secus si in confessione peccatorum humilientur. ---Si vero in confessione vitae praeteritae lamenti sui gemitus velut nigrescentes plumas proferant, illico in contemplatione doctor ad escam de sublimibus deferendam, quasi pullorum refectionem cogitans corvus, volat, eisque hiantibus in ore 972 cibum revocat, dum ex ea intelligentia quam coeperit esurientibus discipulis alimenta vitae loquendo subministrat. Quos tanto ardentius de supernis reficit, quanto verius a mundi nitore nigrescere poenitentiae lamentatione cognoscit. 35.

Quo major est humilitas, major etiam spes provectus.---Pulli autem dum nigro se pennarum colore vestiunt, de se etiam volatum promittunt, quia quo magis discipuli abjecta de se sentiunt, quo magis sese despicientes affligunt, eo amplius spem provectus sui in altiora pollicentur. Unde et curat doctor festinantius alere quos jam per quaedam indicia providet posse et aliis prodesse. Hinc enim Timotheum Paulus admonet, velut plumescentes pullos sollicitius nutrire, dum dicit: Quae audisti a me per multos testes, haec commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt et alios docere (II Tim. Quae doctrinae discretio dum caute a praedicatore custoditur, ei divinitus largior copia praedicationis datur. Dum enim per charitatem compati afflictis discipulis novit, dum per discretionem congruum doctrinae tempus intelligit, ipse non solum pro se, sed etiam pro eis, quibus laboris sui studia impendit, majora intelligentiae suae munera percipit. Unde hic quoque apte dicitur: Quis praeparat corvo escam suam, quando pulli ejus clamant ad Deum, vagantes eo quod non habeant cibos? Cum enim pulli ut satientur clamant, corvo esca praeparatur, quia dum verbum Dei boni auditores esuriunt, pro reficiendis eis majora doctoribus intelligentiae dona tribuuntur.

Caput X

[Vet. XVI, Rec. IX].

CAP. XXXIX, VERS. 1.---Nunquid nosti tempus partus ibicum in petris, vel parturientes cervas observasti?

34. Secus si en la confesión de los pecados se humillaren. ---Si en verdad en la confesión de la vida pasada profirieren los gemidos de su lamento como plumas que ennegrecen, al punto en la contemplación el doctor para llevar alimento de las cosas sublimes, como el cuervo que piensa en la refección de los polluelos, vuela, y a sus bocas abiertas les revoca el alimento, mientras de aquella inteligencia que hubiere comenzado suministra hablando los alimentos de vida a los discípulos hambrientos. A los cuales tanto más ardientemente de las cosas supremas refresca, cuanto más verdaderamente conoce que por la lamentación de la penitencia ennegrecen del nitor del mundo.

35. Cuanto mayor es la humildad, mayor también la esperanza de adelanto.--- Los polluelos por cierto mientras se visten con el negro color de las plumas, también prometen de sí el vuelo, porque cuanto más abyectas cosas de sí sienten los discípulos, cuanto más afligiéndose a sí mismos se desprecian, tanto más prometen la esperanza de su adelanto hacia cosas más altas. De donde también cuida el doctor de alimentar más festinadamente a los que ya por ciertos indicios prevé que pueden aprovechar también a otros. Pues de aquí Pablo amonesta a Timoteo a nutrir más solícitamente como polluelos que empluman, cuando dice: Lo que de mí oíste por muchos testigos, esto encomienda a hombres fieles, que sean idóneos también para enseñar a otros (2 Tim. 2, 2). Cuya discreción de doctrina mientras es cautamente custodiada por el predicador, le es dada divinamente una copia más larga de predicación. Pues mientras por caridad sabe compadecerse de los discípulos afligidos, mientras por discreción entiende el tiempo congruo de la doctrina, él mismo percibe mayores dones de su inteligencia, no sólo por sí, sino también por ellos, a quienes impende los estudios de su trabajo. De donde aquí también aptamente se dice: ¿Quién prepara al cuervo su alimento, cuando sus polluelos claman a Dios, vagando porque no tienen alimentos? Pues cuando los polluelos claman para ser saciados, al cuervo se le prepara alimento, porque mientras los buenos oyentes hambrean la palabra de Dios, para ser refrescados ellos se les tributan a los doctores mayores dones de inteligencia. Sigue:

Capítulo X

[Vet. XVI, Rec. IX].

CAP. XXXIX, VERS. 1.---¿Acaso conoces el tiempo del parto de los íbices en las piedras, u observaste a las ciervas cuando paren?

36. Cur magistri spirituales in ibicibus et cervis signati. Ibicum descriptio. Qui cervi flumina transmittant. Quae agimus apud Deum eo magis crescunt quo apud nos per humilitatem decrescunt. ---Meridiana pars ibices aves vocat, quae Nili fluentis inhabitant. Orientalis vero Occidentalisque plaga parva quadrupedia ibices nominat quibus et moris est in petris parere, quia neque sciunt nisi in petris habitare. Quae si quando etiam de altis saxorum cacuminibus ruunt, in suis se cornibus illaesa suscipiunt. Caput quippe ruentes feriunt, cujus dum prima cornua opponunt fit omne corpus a jactura casus alienum. Cervarum vero moris est inventos serpentes exstinguere, eorumque membra morsibus dilaniare. Fertur autem quia si quando flumina transeunt, capitum suorum onera dorsis praecedentium superponunt, sibique invicem succedentes laborem ponderis omnino non sentiunt. Quid est ergo quod beatus Job de partu ibicum cervarumque discutitur, nisi quia in cervis vel ibicibus magistrorum spiritalium persona signatur? Ipsi quippe velut ibices in petris pariunt, quia in doctrina patrum, qui petrae pro soliditate vocati sunt, ad conversionem animas gignunt. Ipsi velut ibices nullius casus damna sentiunt, dum in suis cornibus excipiuntur, quia quidquid eis ruinae temporalis accesserit, in testamentis sacrae Scripturae se suscipiunt, et quasi cornuum exceptione salvantur. De his enim testamentis dictum est: Cornua sunt in manibus ejus (Habac. III, 4). Ad Scripturarum ergo consolationem refugiunt, dum aliqua temporalis casus jactura feriuntur. An non more ibicum, hujus mundi adversitatibus cadens, quasi in suis se cornibus excipiebat Paulus, cum diceret: Quaecunque scripta sunt, ad nostram doctrinam 973 scripta sunt, ut per patientiam et consolationem scripturarum spem habeamus (Rom. XV, 4)? Ipsi etiam cervae vocati sunt, sicut per Jeremiam de doctoribus genitos filios incaute deserentibus dicitur: Cerva in agro peperit, et reliquit (Jerem. 14, 5). Ipsi, more cervarum, interemptis vitiis, quasi exstinctis serpentibus vivunt, et de ipsa exstinctione vitiorum, ad fontem vitae acrius inardescunt. Unde Psalmista ait: Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus (Psal. XLI, 1). Ipsi etiam dum labentia hujus temporalitatis momenta quasi quaedam flumina transeunt, compatientes charitate, onera sua sibi invicem superponunt, quia cauta observatione custodiunt id quod scriptum est: Invicem onera vestra portate, et sic adimplebitis legem Christi (Galat. VI, 2).

36. Por qué los maestros espirituales son señalados en los íbices y en las ciervas. Descripción de los íbices. Qué ciervas atraviesan los ríos. Las cosas que hacemos ante Dios tanto más crecen cuanto ante nosotros decrecen por la humildad. ---La parte meridional llama íbices a unas aves que habitan en las corrientes del Nilo. Mas la plaga oriental y occidental llama íbices a unos pequeños cuadrúpedos, los cuales tienen por costumbre parir en las piedras, porque no saben sino habitar en las piedras. Las cuales, si alguna vez incluso caen desde las altas cumbres de los peñascos, se reciben ilesas sobre sus propios cuernos. Pues al caer golpean la cabeza, oponiendo sus primeros cuernos, con lo cual todo el cuerpo queda ajeno al daño de la caída. Es costumbre de las ciervas extinguir a las serpientes encontradas, y despedazar sus miembros con mordiscos. Se dice además que, si alguna vez atraviesan ríos, superponen las cargas de sus cabezas sobre los lomos de las precedentes, y sucediéndose mutuamente unas a otras no sienten en absoluto el trabajo del peso. ¿Qué es, pues, lo que al bienaventurado Job se le discute sobre el parto de los íbices y de las ciervas, sino porque en las ciervas o en los íbices se señala la persona de los maestros espirituales? Pues ellos, al igual que los íbices, paren en las piedras, porque en la doctrina de los padres, que son llamados piedras por su solidez, engendran almas para la conversión. Ellos, al igual que los íbices, no sienten los daños de ninguna caída, mientras son recibidos en sus cuernos, porque cualquier ruina temporal que les sobrevenga, se reciben en los testamentos de la sagrada Escritura, y se salvan como por la recepción de los cuernos. De estos testamentos, en efecto, se ha dicho: Los cuernos están en sus manos (Habac. III, 4). Refúgianse, pues, en la consolación de las Escrituras, mientras son golpeados por algún daño de caída temporal. ¿Acaso no a modo de los íbices, cayendo en las adversidades de este mundo, se recibía Pablo casi en sus propios cuernos, cuando decía: Cuantas cosas han sido escritas, para nuestra doctrina han sido escritas, para que por la paciencia y la consolación de las escrituras tengamos esperanza (Rom. XV, 4)? Ellos también son llamados ciervas, como se dice por Jeremías sobre los doctores que desiertan incautamente a los hijos engendrados: La cierva parió en el campo, y lo dejó (Jer. 14, 5). Ellos, a modo de las ciervas, muertos los vicios, viven como extinguidas las serpientes, y por la misma extinción de los vicios, se encienden más acremente hacia la fuente de la vida. De donde el Salmista dice: Como el ciervo desea las fuentes de las aguas, así desea mi alma hacia ti, Dios (Sal. XLI, 1). Ellos también, mientras atraviesan los momentos deslizantes de esta temporalidad como unos ciertos ríos, compadeciéndose por la caridad, superponen sus cargas unos a otros, porque custodian con cauta observación lo que está escrito: Llevad los unos las cargas de los otros, y así cumpliréis la ley de Cristo (Gál. VI, 2).

Quia vero post adventum Domini spiritales magistri per mundum sparsi sunt, qui auditorum animas in conversione parere praedicando potuissent, et quia hoc idem tempus incarnationis Domini ante prophetarum voces cognitum non fuit, quamvis futura ipsa incarnatio praecognita omnibus electis fuit, bene beatus Job de tempore partus ibicum cervarumque discutitur, eique dicitur: Nunquid nosti tempus partus ibicum in petris, vel parturientes cervas observasti? Ac si dicatur ei: Idcirco te egisse aliquid sublimiter credis, quia illud tempus necdum praevides quo spiritales magistri in mundum missi per doctrinam antiquorum patrum filios generant, suisque laboribus animarum mihi lucra comportant. Nam si illorum fructum quasi ibicum cervarumque partus aspiceres, valde humiliter de tua virtute sentires. Magna quippe quae agimus quasi minima ducimus, cum haec per fortiora exempla pensamus. Sed tunc apud Deum crescunt per meritum, cum apud nosmetipsos per humilitatem decrescunt.

[Vet. XVII.] 37. Per cervas, doctores; per ibices, auditores possunt intelligi. Exempla sanctorum inspicienda. Regis David humilitas et patientia. Contumeliosa verba non convicia, sed adjutoria credidit. Iis gratia magis quam ira debetur.

---Possunt vero cervarum significatione doctores, appellatione autem ibicum, qui animalia sunt minima, auditores intelligi. In petris vero ibices pariunt, quia ad exercenda sancta opera per exempla patrum praecedentium fecundantur, ut cum fortasse praecepta sublimia audiunt, et, infirmitatis propriae conscii, ea se implere posse diffidunt, majorum vitam conspiciant, atque in eorum considerata fortitudine bonorum operum fetus ponant. Ut enim pauca de multis loquar, quatenus studiosus lector multa in paucis intelligat, iste, verborum contumeliis pressus, cum virtutem patientiae servare non sufficit, David factum ad memoriam reducat, quem cum tot Semei conviciis urgeret, et armati proceres ulcisci contenderent, ait: Quid mihi et vobis filii Sarviae? Dimittite eum ut maledicat; Dominus enim praecepit ei ut malediceret David; et quis est qui audeat dicere, quare sic fecerit (II Reg. XVI, 10)? Et paulo post: Dimittite eum ut maledicat juxta praeceptum Domini, si forte respiciat Dominus afflictionem meam, et reddat mihi bonum pro maledictione hac hodierna (Ibid., 12). Quibus profecto verbis indicat quia pro perpetrato Bethsabee scelere, exsurgentem contra se filium fugiens, reduxit ad animum malum quod perpetravit, et aequanimiter pertulit quod audivit; et contumeliosa verba non tam convicia quam adjutoria credidit, quibus se 974 purgari sibique misereri posse judicavit. Tunc enim illata convicia bene toleramus, cum in secreto mentis ad male perpetrata recurrimus.

Porque verdaderamente después del advenimiento del Señor fueron esparcidos por el mundo maestros espirituales, que hubieran podido parir en la conversión las almas de los oyentes predicando, y porque este mismo tiempo de la encarnación del Señor no fue conocido antes de las voces de los profetas, aunque la misma encarnación futura fue preconocida por todos los elegidos, bien se discute al bienaventurado Job sobre el tiempo del parto de los íbices y de las ciervas, y se le dice: ¿Acaso conoces el tiempo del parto de los íbices en las piedras, u observaste a las ciervas cuando paren? Como si se le dijera: Por eso crees haber actuado algo sublimemente, porque todavía no prevés aquel tiempo en el cual los maestros espirituales, enviados al mundo, engendran hijos por la doctrina de los antiguos padres, y con sus trabajos me aportan los lucros de las almas. Pues si miraras el fruto de aquellos como los partos de los íbices y de las ciervas, sentirías muy humildemente de tu virtud. Pues las cosas grandes que hacemos las tenemos por mínimas, cuando las sopesamos por ejemplos más fuertes. Pero entonces crecen ante Dios por el mérito, cuando ante nosotros mismos decrecen por la humildad.

[Vet. XVII.] 37. Por las ciervas pueden entenderse los doctores; por los íbices, los oyentes. Se deben inspeccionar los ejemplos de los santos. Humildad y paciencia del rey David. Creyó que las palabras contumeliosas no eran oprobios, sino ayudas. A ellas se les debe más gracia que ira.

---Pueden, ciertamente, por la significación de las ciervas entenderse los doctores, mas por la apelación de los íbices, que son animales mínimos, los oyentes. Mas en las piedras paren los íbices, porque para ejercitar las obras santas son fecundados por los ejemplos de los padres precedentes, para que cuando tal vez oyen preceptos sublimes y, conscientes de su propia debilidad, desconfían de poder cumplirlos, miren la vida de los mayores, y en su considerada fortaleza pongan los fetos de las buenas obras. Pues para que hable de unas pocas entre muchas cosas, a fin de que el lector estudioso entienda muchas en pocas, aquel que, oprimido por las contumelias de las palabras, no es capaz de guardar la virtud de la paciencia, reduzca a la memoria el hecho de David, a quien cuando con tantos oprobios de Semei urgía, y los próceres armados pretendían vengarlo, dijo: ¿Qué a mí y a vosotros hijos de Sarvia? Dejadlo que maldiga; pues el Señor le mandó que maldijera a David; ¿y quién es el que ose decir por qué lo hizo así (II Rey. XVI, 10)? Y poco después: Dejadlo que maldiga según el precepto del Señor, si por ventura el Señor mira mi aflicción, y me devuelve el bien por esta maldición de hoy (Ibíd., 12). Con cuyas palabras ciertamente indica que por el crimen perpetrado con Betsabé, huyendo de su hijo que se levantaba contra él, redujo al ánimo el mal que perpetró, y llevó con ecuanimidad lo que oyó; y creyó que las palabras contumeliosas no eran tanto oprobios como ayudas, con las cuales juzgó que podía purgarse y que se podía tener misericordia de sí mismo. Pues entonces toleramos bien los oprobios inferidos, cuando en lo secreto de la mente recurrimos a las cosas mal perpetradas.

Leve quippe videbitur quod injuria percutimur, dum in actione nostra conspicimus quia pejus est quod mereremur; sicque fit ut contumeliis gratia magis quam ira debeatur, quarum interventu Deo judice poena gravior declinari posse confiditur.

[Vet. XVIII.] 38. Qua arte Joseph luxuriam vicerit. Illatam gratiam exteriorum Dei munerum, in arma virtutum convertamus. Contra Deum ex ejus beneficiis pugnare nos pudeat.

---Ecce alius dum mundi hujus successibus proficit, lenocinante cordis laetitia, tentari se luxuriae stimulis sentit; sed Joseph factum ad memoriam revocat, et in arce se castitatis servat. Qui dum sibi a domina conspiceret pudicitiae damna suaderi, ait: Ecce dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua, nec quidquam est quod non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi praeter te, quae uxor ejus es; quomodo ergo possum hoc malum facere, et peccare in dominum meum (Genes. XXXIX, 8)? Quibus verbis ostenditur quia bona quae assecutus fuerat repente memoriae intulit, et malum quod se pulsabat evicit; et quia perceptae gratiae meminit, vim culpae imminentis fregit. Cum enim voluptas lubrica tentat in prosperis, haec ipsa sunt prospera aculeo tentationis opponenda, ut eo erubescamus prava committere, quo nos a Deo meminimus gratuito bona percepisse, et illatam gratiam exteriorum munerum vertamus in arma virtutum, ut sint ante oculos quae percepimus, et quae nos alliciunt subigamus. Quia enim voluptas ipsa ex prosperitate nascitur, ejusdem prosperitatis est consideratione ferienda, quatenus hostis noster unde oritur, inde moriatur. Considerandum quippe est ne acceptum munus vertamus in vitium, ne per favorem vitae nos absorbeat vorago nequitiae. Iram namque contra nos superni judicis inexstinguibiliter accendimus, si contra benignitatem illius etiam ex ipsa sua largitate pugnamus.

39. Ad contemplationem anhelanti Daniel imitandus. Sapor carnalium reprimendus. Exteriorum evagationem cohibenti, secessus interior aperitur. ---Alius internae scientiae dulcedinem quaerens, nec tamen secreta ejus contingere praevalens, Danielis vitam ad imitandum conspicit, et desideratum scientiae culmen apprehendit.

Pues parecerá leve que seamos golpeados por la injuria, mientras en nuestra acción miramos que es peor lo que mereceríamos; y así resulta que a las contumelias se les debe más gracia que ira, por cuya intervención se confía que puede declinarse una pena más grave ante Dios juez.

[Vet. XVIII.] 38. Con qué arte venció José la lujuria. Convirtamos la gracia inferida de los dones exteriores de Dios en armas de las virtudes. Nos avergüence luchar contra Dios a partir de sus beneficios.

---He aquí que otro, mientras progresa en los éxitos de este mundo, lisonjeando la alegría del corazón, siente tentarse por los estímulos de la lujuria; pero revoca a la memoria el hecho de José, y se guarda en el alcázar de la castidad. El cual, mientras veía que por su señora se le persuadían los daños de la pudicicia, dijo: He aquí que mi señor, entregadas a mí todas las cosas, ignora lo que tiene en su casa, ni hay nada que no esté en mi potestad, o no me haya entregado excepto a ti, que eres su mujer; ¿cómo pues puedo hacer este mal, y pecar contra mi señor (Gén. XXXIX, 8)? Con cuyas palabras se muestra que los bienes que había conseguido los trajo de repente a la memoria, y el mal que lo pulsaba lo venció; y porque se acordó de la gracia percibida, quebrantó la fuerza de la culpa inminente. Pues cuando el placer lúbrico tienta en las cosas prósperas, estas mismas cosas prósperas deben oponerse al aguijón de la tentación, para que tanto más nos avergoncemos de cometer cosas depravadas, cuanto nos acordamos de haber percibido gratuitamente bienes de Dios, y convirtamos la gracia inferida de los dones exteriores en armas de las virtudes, para que estén ante los ojos las cosas que percibimos, y subyuguemos las que nos atraen. Porque pues el placer mismo nace de la prosperidad, con la consideración de la misma prosperidad ha de ser herido, a fin de que nuestro enemigo de donde nace, de allí muera. Se debe considerar ciertamente que no convirtamos el don recibido en vicio, para que por el favor de la vida no nos absorba la vorágine de la iniquidad. Pues encendemos inextinguiblemente la ira del juez supremo contra nosotros, si contra su benignidad luchamos incluso a partir de su misma largueza.

39. Daniel debe ser imitado por aquel que anhela la contemplación. El sabor de las cosas carnales debe ser reprimido. A quien refrena el vagar de lo exterior, se le abre el retiro interior. ---Otro, buscando la dulzura de la ciencia interna, sin embargo no pudiendo alcanzar sus secretos, mira la vida de Daniel para imitarla, y alcanza la deseada cumbre de la ciencia.

Ille quippe qui postmodum voce angelica pro cognitionis internae concupiscentia vir desiriorum dicitur (Dan. X, 11), prius in aula regia carnis in se desideria edomuisse memoratur, ut nil ex delectabilibus cibis attingeret, sed lautis ac mollioribus duriora atque asperiora cibaria praeferret (Dan. I, 12), ut dum sibi exterioris cibi blandimenta subtraheret, ad interni pabuli delectamenta perveniret; et tanto avidius gustum sapientiae intus acciperet, quanto saporem carnis pro eadem sapientia foris robustius repressisset. Si enim a carne hoc quod libet abscindimus, mox in spiritu quod delectet invenimus. Intentioni quippe animae, si exterior evagatio clauditur, interior secessus aperitur. Nam quo extra se spargi propter disciplinam mens non potest, eo super se intendere per profectum potest, quia et in altum crescere arbor cogitur, quae per ramos diffundi prohibetur; et cum rivos fontis obstruimus, fluenta surgere ad superiora provocamus. Igitur dum studiosi quique sanctorum vitam imitando conspiciunt, in petris ibices fetus ponunt. Hinc est quod auditores suos quasi ibices in petris parere Paulus admonebat, 975 cum enumeratis majorum virtutibus diceret: Habentes tantam impositam nubem testium, deponentes omne pondus, et circumstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen (Hebr. XII, 1). Et rursum: Quorum intuentes exitum conversationis, imitamini fidem (Hebr. XIII, 7).

[Vet. XIX.] 40. Cum divina praecepta concipimus, non statim parturimus. ---Sed cum divina praecepta corde concipimus, non statim quasi jam solide cogitata parturimus. Unde et beatus Job non de partu ibicum, sed de tempore partus inquiritur. Quod videlicet tempus si in nobismetipsis vix comprehendimus, multo magis in aliena mente nescimus. Prius enim superni timoris semina utero cordis suscepta per meditationem studii coagulantur ut maneant, postmodum, stricta intentione cogitationis affixa, dum ad discretionis rationem tendunt, quasi in membrorum distinctionem formantur; dehinc, usu perseverantiae confirmata velut in soliditatem ossium veniunt; ad extremum vero, perfecta auctoritate roborata, quasi in partum procedunt; quae incrementa divinorum seminum nullus in aliena mente considerat, nisi ipse qui creat. Nam etsi quemlibet jam vim supernae concupiscentiae concepisse quarumdam rerum attestatione cognoscimus, quando tamen in partu erumpat ignoramus.

Pues aquel que después por voz angélica es llamado "varón de deseos" (Dan 10:11) por la concupiscencia del conocimiento interno, se recuerda que primero domó en sí los deseos de la carne en el aula regia, de modo que no tocara nada de los alimentos deleitables, sino que prefiriera manjares más duros y ásperos a los lautos y blandos (Dan 1:12), para que mientras sustraía para sí los halagos de la comida exterior, llegara a las delicias del alimento interno; y tanto más ávidamente recibiera el gusto de la sabiduría por dentro, cuanto más robustamente hubiera reprimido el sabor de la carne por fuera por la misma sabiduría. Pues si cortamos de la carne esto que le place, pronto encontramos en el espíritu lo que deleita. Pues para la intención del alma, si el vagar exterior se cierra, el retiro interior se abre. Pues a donde la mente no puede esparcirse fuera de sí por causa de la disciplina, por allí puede tender sobre sí por el progreso, porque también el árbol es forzado a crecer en alto cuando se le prohíbe difundirse por las ramas; y cuando obstruimos los arroyos de una fuente, provocamos que las corrientes suban a lo superior. Por tanto, mientras todos los estudiosos miran imitando la vida de los santos, en las piedras los íbices ponen sus fetos. De aquí es que Pablo amonestaba a sus oyentes a parir como íbices en las piedras, cuando, habiendo enumerado las virtudes de los mayores, decía: "Teniendo tan gran nube de testigos puesta sobre nosotros, deponiendo todo peso, y el pecado que nos rodea, por la paciencia corramos al combate que nos es propuesto" (Heb 12:1). Y de nuevo: "Mirando el fin de cuya conversación, imitad su fe" (Heb 13:7).

[Vet. XIX.] 40. Cuando concebimos los preceptos divinos, no parimos inmediatamente. ---Pero cuando concebimos los preceptos divinos en el corazón, no parimos inmediatamente como si ya estuvieran sólidamente pensados. De donde también el bienaventurado Job no es preguntado sobre el parto de los íbices, sino sobre el tiempo del parto. El cual tiempo, si apenas comprendemos en nosotros mismos, mucho más lo ignoramos en la mente ajena. Pues primero las semillas del temor celestial, recibidas en el útero del corazón, son coaguladas por la meditación del estudio para que permanezcan; después, fija la intención del pensamiento, mientras tienden a la razón de la discreción, se forman como en la distinción de los miembros; luego, confirmadas por el uso de la perseverancia, vienen como a la solidez de los huesos; por último, robustecidas por la autoridad perfecta, proceden como al parto; cuyos incrementos de las semillas divinas nadie los considera en la mente ajena, sino aquel mismo que crea. Pues aunque conozcamos que cualquiera ya ha concebido la fuerza de la concupiscencia suprema por la atestación de ciertas cosas, sin embargo ignoramos cuándo estallará en el parto.

41. Quidam fetus abortivi sunt, quia praematuri. Bona tenera humana laus exstinguit. ---Saepe autem concepta mente semina pervenire ad perfectionem nequeunt, quia oriendo tempus partus antecedunt. Et quia necdum plene in cogitatione formata ante humanos oculos prodeunt, velut abortiva moriuntur. Bona quippe adhuc tenera, plerumque humana lingua, dum jam quasi fortia laudat, exstinguit. Tanto enim celerius occidunt, quanto ad favoris notitiam intempestive prorumpunt. Nonnunquam vero imperfecta nostra cogitatio necdum roborata, dum citius hominibus ostenditur, resistentium adversitate dissipatur; et cum conatur ante tempus videri quia sit, agit ut non sit. Sancti autem viri, quia cuncta quae bene cogitant student ut occulte convalescant, et quasi processuros fetus prius intra uterum mentis formant, recte beatus Job de partus tempore discutitur, quod videlicet unicuique quando sit congruum nisi a creatore nescitur. Qui dum penetralia cordis aspicit, quando ad humanam notitiam bona nostra congrue nascantur, apprehendit. Bene itaque dicitur: Nunquid nosti tempus partus ibicum in petris? Ac si aperte dicat. Ut ego, qui idcirco electorum fetus vivaces facio, quia praescito in tempore produco. Bene autem expleto fetu auditorum subditur: Vel parturientes cervas observasti? Parturientes enim cervas observare est illos labores patrum qui spiritales filios generant cauta consideratione pensare.

42. Praedicatorum animas parturientium qui dolores, quae dotes. ---Solerter quippe intuendum est quod hic sermo tam vigilanter imprimitur, ut dicatur, observasti, quia utique perpaucorum est pensare quis labor sit in praedicationibus patrum; quantis doloribus, quasi quibusdam conatibus animas in fide et conversatione parturiunt; quam cauta se observatione circumspiciunt, ut sint fortes in praeceptis, 976 compatientes in infirmitatibus, in minis terribiles, in exhortationibus blandi, in ostendendo magisterio humiles, in rerum temporalium contemptu dominantes, in tolerandis adversitatibus rigidi, et tamen dum vires suas sibimet non tribuunt, infirmi; quantus sit eis dolor de cadentibus, quantus de stantibus timor; quo fervore alia adipisti appetunt, quo pavore alia adepta conservant. Quia igitur perpaucorum est ista pensare, bene ei dicitur: Vel parturientes cervas observasti?

41. Algunos fetos son abortivos porque son prematuros. La alabanza humana extingue el bien tierno. ---A menudo las semillas concebidas en la mente no pueden llegar a la perfección, porque al nacer anteceden al tiempo del parto. Y porque, aún no plenamente formadas en el pensamiento, salen ante los ojos humanos, mueren como abortivas. Pues las cosas buenas aún tiernas, la mayoría de las veces la lengua humana, mientras las alaba como si ya fueran fuertes, las extingue. Pues tanto más rápido mueren, cuanto más intempestivamente prorrumpen a la noticia del favor. Pero a veces nuestro pensamiento imperfecto aún no robustecido, mientras es mostrado demasiado pronto a los hombres, es disipado por la adversidad de quienes resisten; y cuando se esfuerza por ser visto que es antes de tiempo, actúa para que no sea. Pero los hombres santos, porque se esmeran en que todo lo que bien piensan convalezca ocultamente, y forman primero los fetos como a punto de salir dentro del útero de la mente, rectamente el bienaventurado Job es discutido sobre el tiempo del parto, que a saber cuándo sea congruo para cada uno no se sabe sino por el Creador. Quien, mientras mira los secretos del corazón, aprehende cuándo para la noticia humana nazcan congruentemente nuestros bienes. Bien por tanto se dice: "¿Acaso conoces el tiempo del parto de los íbices en las piedras?" (Job 39:1). Como si dijera abiertamente: "Como yo, que por eso hago vivaces los fetos de los electos, porque los produzco en el tiempo prescrito". Pero bien se añade, una vez completado el feto de los oyentes: "¿O has observado a las ciervas pariendo?" (Job 39:1). Pues observar a las ciervas pariendo es sopesar con cauta consideración aquellos trabajos de los padres que engendran hijos espirituales.

42. Cuáles los dolores, cuáles las dotes de las almas de los predicadores parientes. Con sagacidad se ha de mirar por cierto que este sermón se imprima tan vigilantemente, que se diga: "has observado", porque ciertamente es de muy pocos sopesar qué trabajo hay en las predicaciones de los padres; con cuántos dolores, como por ciertos conatos, paren las almas en la fe y en la conversación; con cuán cauta observación se miran alrededor, para que sean fuertes en los preceptos, compasivos en las flaquezas, terribles en las amenazas, blandos en las exhortaciones, humildes al mostrar el magisterio, dominantes en el desprecio de las cosas temporales, rígidos al tolerar las adversidades, y sin embargo, mientras no se atribuyen a sí mismos sus fuerzas, débiles; cuánto sea el dolor de ellos por los que caen, cuánto el temor por los que están en pie; con qué fervor apetecen unas cosas no alcanzadas, con qué pavor conservan otras alcanzadas. Porque pues de muy pocos es sopesar estas cosas, bien se le dice: "¿O has observado a las ciervas pariendo?"

[Vet. XX.] 43. Qui per vigorem disciplinae patres sunt, per pietatis viscera sint matres. ---Nil vero obstat quod verba Deus de doctoribus faciens, non cervorum, sed cervarum eos specie designat, quia nimirum illi veri doctores sunt, qui cum per vigorem disciplinae patres sunt, per pietatis viscera esse matres noverunt. Qui labores sanctae conceptionis tolerant, et proferendos Deo filios intra uterum charitatis portant. In edenda enim prole amplius matres laborant, quae crescentem intra uterum conceptionem, longo mensium tempore sustinent, et quae ex utero procedentem non sine magnis doloribus deponunt. Unde et hic apta consideratione subjungitur:

Caput XI

[Rec. X].

VERS. 2.---Dinumerasti menses conceptus eorum? 44. Per congruum tempus concepta soboles in cordis utero gestanda ut vivat. ---Sancti enim viri cum de profectu auditorum cogitant, quasi jam in utero conceptionem portant. Sed cum nonnulla quae dicenda sunt differunt, et aptum suis exhortationibus tempus quaerunt, velut a partu quem fieri appetunt in mensium prolixitate dilatantur. Et saepe dum quaedam quae sentiunt, intempestive dicere audientibus nolunt, in ipsa tarditate proferendae sententiae, sive ad haec quae suadenda sunt, seu ad illa quae increpanda, consilio altiori firmantur. Et dum cogitatur vita filiorum, nec tamen ante tempus lingua consilium mentis ejicit, quasi jam concepta soboles intra uterum crescit, ut ad auditorum notitiam tunc sententia cordis exeat, quando prolata utiliter quasi per congruum tempus partus vivat. Et quia haec homines in magistrorum mente quando vel quomodo agantur ignorant, Deus vero ad retributionis gloriam non solum effectum considerat, sed etiam momenta cogitationum signat, recte ad beatum Job dicitur: Dinumerasti menses conceptus earum? Subaudis ut ego, qui in sanctis praedicatoribus non solum fructus exteriorum operum, sed ipsas diutinas cogitationes numero, qui et eas ad retributionem servo.

[Vet. XX.] 43. Quienes por el vigor de la disciplina son padres, por las vísceras de la piedad sean madres. ---Nada obsta por cierto que Dios, hablando de los doctores, los designe no con la especie de ciervos (machos), sino de ciervas (hembras), porque ciertamente aquellos son verdaderos doctores, que cuando son padres por el vigor de la disciplina, han sabido ser madres por las vísceras de la piedad. Quienes toleran los trabajos de la concepción santa, y llevan a los hijos que han de ser presentados a Dios dentro del útero de la caridad. Pues en dar a luz la prole más trabajan las madres, que sostienen la concepción creciente dentro del útero por largo tiempo de meses, y que no sin grandes dolores deponen lo que procede del útero. De donde también aquí por apta consideración se subyuga:

Capítulo XI

[Rec. X].

VERS. 2.---¿Has numerado los meses de su concepción? 44. La prole concebida por un tiempo congruo debe ser gestada en el útero del corazón para que viva. ---Pues los hombres santos, cuando piensan sobre el progreso de los oyentes, llevan como ya una concepción en el útero. Pero cuando difieren algunas cosas que han de decirse, y buscan el tiempo apto para sus exhortaciones, se dilatan como a partir del parto que desean que ocurra en la largura de los meses. Y a menudo, mientras no quieren decir intempestivamente a los oyentes ciertas cosas que sienten, en esa misma tardanza de proferir la sentencia, ya sea para aquello que ha de ser persuadido, o para aquello que ha de ser reprendido, se afirman con un consejo más alto. Y mientras se piensa la vida de los hijos, y sin embargo la lengua no arroja el consejo de la mente antes de tiempo, la prole ya concebida crece dentro del útero, para que a la noticia de los oyentes salga entonces la sentencia del corazón, cuando proferida útilmente viva como por un tiempo congruo del parto. Y porque los hombres ignoran cuándo o cómo se actúan estas cosas en la mente de los maestros, pero Dios para la gloria de la retribución no sólo considera el efecto, sino que también marca los momentos de los pensamientos, rectamente se dice al bienaventurado Job: "¿Has numerado los meses de su concepción?". Entiéndase: "como yo, que en los santos predicadores no sólo los frutos de las obras exteriores, sino esos mismos larguísimos pensamientos numero, y también los guardo para la retribución".

[Vet. XXI.] 45. Qui se ad praedicandum parant, prius se interius virtutibus innovent. ---Possunt per menses, quia congesti dies sunt, etiam multiplicatae virtutes intelligi. In mensibus quoque luna renascitur; nilque obstat si per menses nova regenerationis creatura signetur. De qua Paulus apostolus dicit: In Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque praeputium, sed nova creatura (Galat. V, 6; VI, 15). Sancti igitur viri, cum se ad praedicandum parant, prius se interius virtutibus innovent, ut ad hoc quod loquendo docent, vivendo concordent. Prius sua interna considerant, atque a cunctis se vitiorum sordibus emundant, curantes summopere ut contra iram patientiae luce resplendeant, contra carnis luxuriam etiam cordis munditia fulgescant, 977 contra torporem zelo candeant, contra confusos praecipitationis motus serena gravitate rutilent, contra superbiam vera humilitate luceant, contra timorem radiis auctoritatis clarescant. Quia ergo tanta in se prius studia congerunt, quasi in conceptu sanctae praedicationis menses virtutum fiunt. Quos menses Dominus solus dinumerat, quia eadem bona in eorum cordibus non nisi qui dedit pensat. Et quia juxta mensuram virtutum effectus etiam subsequitur fructuum, recte subjungitur:

CAPUT XII.

IBID.---Et scisti tempus partus earum?

46. Virtutum mensuram fructus ratio sequitur. ---Subaudis, Ut ego, qui dum in cogitatione virtutum menses dinumero, quando hoc quod implere appelunt parere valeant scio, quia nimirum dum cordis occulta conspicio, futurum foris effectum operis intus in pondere cogitationis penso. Sequitur:

CAPUT XIII.

VERS. 3.---Incurvantur ad fetum, et pariunt, et rugitus emittunt. 47. Praedicatores nisi flendo spiritualiter gignere non possunt. ---Rugiunt quippe, dum per incurvationem suam in conversatione lucis auditorum animas gignunt, quia ab aeternis nos suppliciis removere nisi flendo et dolendo non possunt. Praedicatores enim sancti nunc in lacrymis seminant, ut segetem postmodum gaudiorum metant. Nunc quasi cervae in dolore partus sunt, ut spiritali prole postmodum sint fecundi. Ut enim unum de multis loquar, video Paulum quasi quamdam cervam in partu suo magni doloris rugitus emittentem.

[Vet. XXI.] 45. Quienes se preparan para predicar, primero se innoven interiormente con las virtudes. ---Pueden por los meses, porque son días amontonados, entenderse también las virtudes multiplicadas. En los meses también la luna renace; y nada obsta si por los meses se significa la nueva criatura de la regeneración. De la cual dice el apóstol Pablo: "En Cristo Jesús ni la circuncisión vale algo, ni el prepucio, sino la nueva criatura" (Gál 5:6; 6:15). Los hombres santos, por tanto, cuando se preparan para predicar, primero se innovan interiormente con las virtudes, para que a esto que enseñan hablando, concuerden viviendo. Primero consideran sus cosas internas, y se limpian de todas las suciedades de los vicios, cuidando sumamente de que contra la ira resplandezcan con la luz de la paciencia, contra la lujuria de la carne brillen incluso con la limpieza del corazón, contra el torpor ardan con celo, contra los confusos movimientos de la precipitación rutilen con serena gravedad, contra la soberbia luzcan con verdadera humildad, contra el temor se aclaren con los rayos de la autoridad. Porque pues tantos estudios amontonan primero en sí, se hacen como meses de virtudes en la concepción de la santa predicación. Cuyos meses el Señor solo los dinumera, porque esos mismos bienes en los corazones de ellos no los sopesa sino quien los dio. And because according to the measure of virtues the effect also follows of fruits, it is rightly subjoined:

CAPÍTULO XII.

IBÍD.---¿Y has conocido el tiempo de su parto?

46. La razón de los frutos sigue a la medida de las virtudes. ---Entiéndase: "Como yo, que mientras dinumero los meses en el pensamiento de las virtudes, sé cuándo pueden parir esto que desean cumplir, porque ciertamente mientras miro los secretos del corazón, el futuro efecto exterior de la obra lo sopeso dentro en el peso del pensamiento". Sigue:

CAPÍTULO XIII.

VERS. 3.---Se encorvan hacia el feto, y paren, y emiten rugidos. 47. Los predicadores no pueden engendrar espiritualmente sino llorando. ---Rugon por cierto, mientras por su encorvamiento engendran las almas de los oyentes en la conversación de la luz, porque no pueden alejarnos de los suplicios eternos sino llorando y doliéndose. Pues los santos predicadores ahora siembran en lágrimas, para segar después la mies de los gozos. Ahora están como ciervas en el dolor del parto, para ser fecundos después con prole espiritual. Pues para hablar de uno entre muchos, veo a Pablo como una cierta cierva emitiendo rugidos de gran dolor en su parto.

Ait enim: Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis, vellem esse apud vos modo, et mutare vocem meam, quoniam confundor in vobis (Galat. IV, 19). Ecce mutare vult vocem in partu suo, ut praedicationis sermo in rugitum vertatur doloris. Vult mutare vocem suam, quia quos jam praedicando pepererat, reformando gemens iterum parturiebat. Qualem rugitum haec cerva pariens emittebat, quando eisdem post se redeuntibus exclamare cogebatur, dicens: O insensati Galatae, quis vos fascinavit; et sic stulti estis, ut cum spiritu coeperitis, nunc carne consummemini (Galat. III, 1)? vel certe: Currebatis bene, qui vos impedivit veritati non obedire (Galat. V, 7)? Qualis in hujus cervae partu rugitus fuit, quae diu conceptos filios cum tot difficultatibus peperit, et quandoque partos ad malitiae uterum redisse cognovit? Consideremus quid doloris habuerit, quid laboris, quae et postquam potuit concepta edere, rursum compulsa est exstincta suscitare.

[Vet. XXII.] 48. Nisi ad infirmitatem nostram descenderent et incurvarentur, filios in fide non procrearent. Sapere ad sobrietatem debent. ---Notandum vero summopere est quod istae cervae incurvantur ut pariant, quia nimirum si erectae starent, parere non valerent. Nisi enim praedicatores sancti ab illa immensitate contemplationis internae quam capiunt, ad infirmitatem nostram humillima praedicatione quasi quadam incurvatione descenderent, nunquam utique in fide filios procrearent. Nobis quippe prodesse non possent, si in suae altitudinis erectione persisterent. Sed videamus cervam sese ut pariat incurvantem: Ego, inquit, non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, tanquam parvulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam (I Cor. III, 1). Atque mox ejusdem incurvationis causas exsequitur, dicens: Nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis (Ibid., 2). Sed hanc cervam, quae propter nos incurvata est, quaeso videamus 978 erectam. Ait: Sapientiam loquimur inter perfectos (I Cor. II, 6). Et rursum: Sive mente excedimus, Deo (II Cor. V, 13). Cum vero mente excedit Deo, excessum ejus nos omnino non capimus. Ut ergo nos lucretur, incurvatur ad nos. Unde illic apte subjungit: Sive sobrii sumus vobis (Ibid.). Si enim sancti viri ea nobis praedicare vellent quae capiunt, cum in superna contemplatione debriantur, et non magis scientiam suam quodam moderamine et sobrietate temperarent, adhuc angusto intelligentiae sinu illa superni fontis fluenta quis caperet? Incurvatae autem istae cervae, alias coeli vocatae sunt, de quibus dicitur: Domine, inclina coelos tuos, et descende (Psal. CXLIII, 5).

Pues dice: "Hijitos míos, a quienes de nuevo parto, hasta que se forme Cristo en vosotros, querría estar con vosotros ahora, y mudar mi voz, porque estoy confundido en vosotros" (Gál 4:19). He aquí que quiere mudar la voz en su parto, para que el sermón de la predicación se convierta en rugido de dolor. Quiere mudar su voz, porque a los que ya había parido predicando, gimiendo los partía de nuevo al reformarlos. ¡Qué rugido emitía esta cierva pariente, cuando se veía obligada a clamar a los mismos que volvían tras de sí, diciendo: "¡Oh insensatos Gálatas!, ¿quién os fascinó; y tan necios sois, que habiendo comenzado por el espíritu, ahora os consumáis por la carne?" (Gál 3:1); o ciertamente: "Corríais bien, ¿quién os impidió no obedecer a la verdad?" (Gál 5:7). ¡Qué rugido hubo en el parto de esta cierva, que parió con tantas dificultades a los hijos largo tiempo concebidos, y conoció que los que una vez parió habían vuelto al útero de la malicia! Consideremos qué dolor habrá tenido, qué trabajo, la que incluso después de que pudo dar a luz lo concebido, de nuevo fue compelida a suscitar lo extinguido.

[Vet. XXII.] 48. Si no descendieran y se encorvaran hacia nuestra flaqueza, no engendrarían hijos en la fe. Deben saber para la sobriedad. ---Es de notar ciertamente en sumo grado que estas ciervas se encorvan para parir, porque sin duda si estuvieran erguidas, no podrían parir. Pues si los santos predicadores, desde aquella inmensidad de la contemplación interna que captan, no descendieran a nuestra flaqueza con una humildísima predicación, como por un cierto encorvamiento, nunca engendrarían hijos en la fe. Pues no podrían aprovecharnos si persistieran en la erección de su altura. Pero veamos a la cierva encorvándose para parir: Yo, dice, no pude hablaros como a espirituales, sino como a carnales, como a pequeñuelos en Cristo os di a beber leche, no comida (1 Cor 3, 1). Y pronto expone las causas de ese mismo encorvamiento, diciendo: Pues aún no podíais, ni tampoco podéis todavía (Ibíd., 2). Pero a esta cierva, que por nosotros se ha encorvado, ruego que la veamos erguida. Dice: Hablamos sabiduría entre los perfectos (1 Cor 2, 6). Y de nuevo: Si salimos de mente, es para Dios (2 Cor 5, 13). Pero cuando sale de mente para Dios, nosotros no captamos en absoluto su exceso. Para ganarnos, pues, se encorva hacia nosotros. Por lo cual allí añade aptamente: O si somos sobrios, es para vosotros (Ibíd.). Pues si los varones santos quisieran predicarnos aquellas cosas que captan cuando se embriagan en la suprema contemplación, y no templaran más bien su ciencia con un cierto moderamen y sobriedad, ¿quién captaría aún, con el estrecho seno de la inteligencia, aquellos torrentes de la fuente suprema? Pero estas ciervas encorvadas, en otra parte son llamadas cielos, de los cuales se dice: Señor, inclina tus cielos, y desciende (Sal 143, 5).

Cum enim inclinantur coeli, descendit Dominus, quia cum se in praedicatione sua sancti doctores attrahunt, divinitatis notitiam nostris cordibus infundunt. Nequaquam quippe ad nos Dominus descenderet, si praedicatores ejus in contemplationis rigore inflexibiles permanerent. Inclinantur ergo coeli ut descendat Dominus, incurvantur cervae ut nos in nova fidei luce nascamur. Istae incurvatae cervae in Canticis canticorum sponsae ubera sunt vocatae, sicut scriptum est: Meliora sunt ubera tua vino (Cant. I, 1). Ista enim sunt ubera quae in arca pectoris fixa lacte nos potant, quia ipsi arcanis summae contemplationis inhaerentes, subtili nos praedicatione nutriunt. Ut igitur ab aeterno gemitu et dolore nos retrahant, nunc incurvantur cervae, atque in partu rugitus emittunt. Quia vero ipsi, qui sancta Patrum praedicatione nascuntur, aliquando doctores suos patiendo praeveniunt, ut eis adhuc in hac vita durantibus ipsi jam martyrio consummentur, apte sequitur:

Caput XIV

[Rec. XI].

VERS. 4.---Separantur filii earum, et pergunt ad pastum; egrediuntur, et non revertuntur ad eas.

49. Eorum filii ad sacrae Scripturae pastum pergunt. Eos Verbum ex natura divinitatis illustrat. ---Pastum Scriptura sacra illud viriditatis aeternae pabulum vocat, ubi jam nostra refectio nullius defectus ariditate marcescet. De quo pastu per Psalmistam dicitur: Dominus regit me, et nihil mihi deerit, in loco pascuae ibi me collocavit (Psal. XXII, 2). Et rursum: Nos autem populus ejus, et oves pascuae ejus (Psal. XCIV, 7). De quibus nimirum pascuis Veritas per semetipsam dicit: Per me si quis introierit, salvabitur; et ingredietur, et egredietur, et pascua inveniet (Joan. X, 9). Pergunt ergo ad pastum, quia de corporibus exeuntes illa pabula internae viriditatis inveniunt. Egrediuntur, et non revertuntur ad eas, quia in illa suscepti contemplatione gaudiorum, jam nullatenus indigent verba audire docentium. Egressi itaque ad eas jam non redeunt, quia angustias vitae praesentis evadentes, ultra a doctoribus praedicationem vitae accipere non requirunt. Tunc quippe impletur quod scriptum est: Non docebit ultra vir proximum suum, et vir fratrem suum, dicens: Cognosce Dominum; omnes enim cognoscent me a minimo eorum usque ad maximum, dicit Dominus (Jerem. XXXI, 34). Tunc impletur quod in Evangelio Veritas dicit: Palam de Patre meo annuntiabo vobis (Joan. XVI, 25). Filius quippe de Patre palam annuntiat, quia sicut superius diximus, per hoc quod Verbum est, ex natura nos divinitatis illustrat. Verba enim tunc docentium quasi quosdam humanae linguae rivulos non quaerunt, quando de ipso jam veritatis fonte derivantur.

Pues cuando se inclinan los cielos, desciende el Señor, porque cuando los santos doctores se rebajan en su predicación, infunden la noticia de la divinidad en nuestros corazones. De ningún modo descendería el Señor a nosotros si sus predicadores permanecieran inflexibles en el rigor de la contemplación. Se inclinan, pues, los cielos para que descienda el Señor, se encorvan las ciervas para que nosotros nazcamos en la nueva luz de la fe. Estas ciervas encorvadas en el Cantar de los cantares han sido llamadas pechos de la esposa, como está escrito: Mejores son tus pechos que el vino (Cant 1, 1). Estos son, pues, los pechos que, fijos en el arca del pecho, nos amamantan con leche, porque ellos mismos, adheridos a los arcanos de la suma contemplación, nos nutren con una sutil predicación. Para retirarnos, pues, del eterno gemido y dolor, ahora se encorvan las ciervas, y en el parto emiten rugidos. Pero porque ellos mismos, que nacen por la santa predicación de los Padres, a veces preceden a sus doctores padeciendo, de modo que, durando estos aún en esta vida, aquellos sean ya consumados por el martirio, sigue aptamente:

Capítulo XIV

[Rec. XI].

VERS. 4.---Se separan sus hijos, y se dirigen al pasto; salen, y no vuelven a ellas.

49. Sus hijos se dirigen al pasto de la sagrada Escritura. El Verbo los ilustra por la naturaleza de su divinidad. ---La sagrada Escritura llama pasto a aquel alimento de verdor eterno, donde ya nuestro refrigerio no se marchitará por la aridez de ninguna falta. De este pasto dice el Salmista: El Señor me rige, y nada me faltará, en lugar de pastos allí me colocó (Sal 21, 2). Y de nuevo: Nosotros, empero, pueblo suyo, y ovejas de su dehesa (Sal 94, 7). De estos pastos, por cierto, la Verdad dice por sí misma: Si alguno entrare por mí, se salvará; y entrará, y saldrá, y hallará pastos (Jn 10, 9). Se dirigen, pues, al pasto, porque saliendo de los cuerpos encuentran aquellos alimentos de verdor interno. Salen, y no vuelven a ellas, porque recibidos en aquella contemplación de los gozos, ya no necesitan en modo alguno oír las palabras de los que enseñan. Salidos, pues, ya no vuelven a ellas, porque escapando de las angustias de la vida presente, ya no requieren recibir de los doctores la predicación de la vida. Pues entonces se cumple lo que está escrito: No enseñará más el varón a su prójimo, y el varón a su hermano, diciendo: Conoce al Señor; porque todos me conocerán desde el más pequeño de ellos hasta el más grande, dice el Señor (Jer 31, 34). Entonces se cumple lo que la Verdad dice en el Evangelio: Claramente os anunciaré acerca de mi Padre (Jn 16, 25). Pues el Hijo anuncia claramente acerca del Padre porque, como dijimos arriba, por el hecho de que es el Verbo, nos ilustra desde la naturaleza de la divinidad. Pues entonces no buscan las palabras de los que enseñan como ciertos riachuelos de la lengua humana, cuando ya se derivan de la fuente misma de la verdad.

Igitur postquam figurata incurvatione cervarum, multa de magistrorum virtute narrata sunt, 979 nunc ad eorum vitam, qui remotae conversationis secreta appetunt, verba vertuntur: qui et ipsa cessandi otia, quia divino adjutorio et non suis viribus assequuntur, de eis a Domino dicitur:

Caput XV

[Vet. XXIII, Rec. XII].

VERS. 5.---Quis dimisit onagrum liberum, et vincula ejus quis solvit?

50. Onagri liberi nomine intelliguntur, qui a servitute secularium rerum expediti, solitudini vacant. ---Subaudis nisi ego. Onager enim, qui in solitudine commoratur, non incongrue significat vitam eorum qui remoti a turbis popularibus conversantur. Qui apte etiam liber dicitur: quia magna est servitus saecularium negotiorum, quibus mens vehementer atteritur, quamvis in eis sponte desudet. Cujus servitutis conditione carere est in mundo jam nil concupiscere. Quasi enim quodam jugo servitutis premunt prospera dum appetuntur, premunt adversa dum formidantur. At si quis semel a dominatione desideriorum temporalium colla mentis excusserit, quadam jam etiam in hac vita libertate perfruitur, dum nullo desiderio felicitatis afficitur, nullo adversitatis terrore coarctatur. Hoc grave servitutis jugum Dominus vidit saecularium cervicibus impressum, cum diceret: Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos, et discite a me quia mitissum, et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, et onus meum leve (Matth. XI, 28). Asperum quippe jugum, et durae, sicut diximus, servitutis pondus est, subesse temporalibus, ambire terrena, retinere labentia, velle stare in non stantibus, appetere quidem transeuntia, sed cum transeuntibus nolle transire. Dum enim contra votum cuncta fugiunt, quae prius mentem ex desiderio adeptionis afflixerant, post ex pavore amissionis premunt. Liber ergo dimittitur qui, calcatis terrenis desideriis, ab appetitione rerum temporalium securitate mentis exoneratur. Et vincula ejus, quis solvit? Subaudis nisi ego.

Por tanto, después que por el figurado encorvamiento de las ciervas se han narrado muchas cosas de la virtud de los maestros, ahora las palabras se vuelven a la vida de aquellos que apetecen los secretos de una conversación retirada: los cuales, porque alcanzan incluso esos mismos ocios del cese por el auxilio divino y no por sus fuerzas, de ellos dice el Señor:

Capítulo XV

[Vet. XXIII, Rec. XII].

VERS. 5.---¿Quién despidió al onagro libre, y sus vínculos quién los soltó?

50. Por el nombre de onagro libre se entienden los que, expedidos de la servidumbre de las cosas seculares, se dedican a la soledad. ---Se sobreentiende sino yo. Pues el onagro, que mora en la soledad, no incongruentemente significa la vida de aquellos que conversan retirados de las turbas populares. El cual aptamente es llamado también libre: porque grande es la servidumbre de los negocios seculares, por los cuales la mente se desgasta vehementemente, aunque en ellos sude espontáneamente. Carecer de la condición de esta servidumbre es ya no concupiscer nada en el mundo. Pues como por un cierto yugo de servidumbre oprimen las cosas prósperas mientras se apetecen, y oprimen las adversas mientras se temen. Pero si uno sacude una vez el cuello de la mente de la dominación de los deseos temporales, disfruta ya de una cierta libertad incluso en esta vida, mientras no es afectado por ningún deseo de felicidad, ni es coartado por ningún terror de adversidad. Este grave yugo de servidumbre vio el Señor impreso en las cervices de los seculares, cuando decía: Venid a mí todos los que trabajáis y estáis cargados, y yo os refrescaré. Tomad mi yugo sobre vosotros, y aprended de mí que soy manso y humilde de corazón, y hallaréis descanso para vuestras almas. Porque mi yugo es suave, y mi carga ligera (Mt 11, 28). Áspero yugo ciertamente, y peso de dura servidumbre, como dijimos, es estar sometido a lo temporal, ambicionar lo terreno, retener lo que se desliza, querer estar en lo que no está firme, apetecer ciertamente lo que pasa, pero no querer pasar con lo que pasa. Pues mientras huyen contra su voto todas las cosas que antes habían afligido la mente por el deseo de obtención, después la oprimen por el pavor de la pérdida. Libre, pues, es despedido el que, hollados los deseos terrenos, es exonerado por la seguridad de la mente de la petición de las cosas temporales. ¿Y sus vínculos, quién los soltó? Se sobreentiende sino yo.

51. Divino adjutorio desideriorum carnalium retinacula rumpuntur. ---Solvuntur vero uniuscujusque vincula, dum divino adjutorio interna desideriorum carnalium retinacula dirumpuntur. Cum enim pia intentio ad conversionem vocat, sed adhuc ab hac intentione carnis infirmitas revocat, quasi quibusdam vinculis anima ligata praepeditur. Multos enim saepe videmus vitam quidem sanctae conversationis appetere; sed ne hanc assequi valeant, modo irruentes casus, modo futura adversa formidare. Qui in certa mala dum quasi cauti prospiciunt, in peccatorum suorum vinculis incauti retinentur. Multa enim ante oculos ponunt, quae si eis in conversatione eveniant, subsistere se non posse formidant. De quibus bene Salomon ait: Iter pigrorum, quasi sepes spinarum (Prov. XV, 19). Nam cum viam Dei appetunt, eos velut spinae obstantium sepium sic formidinum suarum oppositae suspiciones pungunt. Quod quia electos praepedire non solet, bene illic secutus adjungit: Via justorum absque offendiculo (Ibid.). Justi quippe in conversatione sua quodlibet eis adversitatis obviaverit, non impingunt, quia temporalis adversitatis obstacula aeternae spei et internae contemplationis saltu transcendunt. Solvit itaque 980 Deus onagri vincula, quando ab electi uniuscujusque animo infirmarum cogitationum nodos rumpit, et propitius dissipat omne quod illectam mentem ligabat. Sequitur:

CAPUT XVI.

VERS. 6.---Cui dedi in solitudine domum, et tabernacula ejus in terra salsuginis.

52. Duplex solitudo, cordis et corporis. Haec sine alia non prodest. ---Hoc loco solitudinem debemus intelligere corporis, an solitudinem cordis? Sed quid prodest solitudo corporis, si solitudo defuerit cordis? Qui enim corpore remotus vivit, sed tumultibus conversationis humanae terrenorum desideriorum cogitationibus se inserit, non est in solitudine. Si vero prematur aliquis corporaliter popularibus turbis, et tamen nullos curarum saecularium tumultus in corde patiatur, non est in urbe. Itaque bene conversantibus primum solitudo mentis tribuitur, ut exsurgentem intrinsecus strepitum terrenorum desideriorum premant, ut ebullientes ab infimis curas cordis per superni gratiam restringant amoris, omnesque motus importune se offerentium levium cogitationum, quasi quasdam circumvolantes muscas ab oculis mentis abigant manu gravitatis, et quoddam sibi cum Domino intra se secretum quaerant, ubi cum illo exteriori cessante strepitu per interna desideria silenter loquantur.

51. Por el auxilio divino se rompen las ataduras de los deseos carnales. ---Se sueltan ciertamente los vínculos de cada uno cuando, por el auxilio divino, se rompen las ataduras internas de los deseos carnales. Pues cuando la piadosa intención llama a la conversión, pero todavía la flaqueza de la carne retrae de esta intención, el alma se ve impedida como por ciertos vínculos. Pues a muchos vemos a menudo apetecer ciertamente la vida de una santa conversación; pero para que no puedan alcanzarla, temen ora los casos que irrumpen, ora las futuras adversidades. Los cuales, mientras miran como cautos hacia males ciertos, son retenidos incautos en los vínculos de sus pecados. Pues ponen muchas cosas ante sus ojos que, si les sucedieran en la conversación, temen no poder subsistir. De los cuales bien dice Salomón: El camino de los perezosos es como un seto de espinas (Prov 15, 19). Pues cuando apetecen el camino de Dios, las sospechas opuestas de sus temores los punzan como espinas de setos que estorban. Lo cual, porque no suele impedir a los electos, bien añade allí después: El camino de los justos es sin tropiezo (Ibíd.). Los justos ciertamente, cualquier adversidad que les salga al paso en su conversación, no tropiezan, porque trascienden los obstáculos de la adversidad temporal con el salto de la esperanza eterna y de la contemplación interna. Suelta, pues, Dios los vínculos del onagro cuando rompe en el ánimo de cada electo los nudos de los débiles pensamientos, y disipa propicio todo lo que ligaba a la mente seducida. Sigue:

CAPÍTULO XVI.

VERS. 6.---A quien di en la soledad casa, y sus tabernáculos en tierra de salitre.

52. Doble soledad, del corazón y del cuerpo. Esta no aprovecha sin la otra. ---¿En este lugar debemos entender la soledad del cuerpo, o la soledad del corazón? ¿Pero qué aprovecha la soledad del cuerpo si faltare la soledad del corazón? Pues el que vive retirado en el cuerpo, pero se inserta con los pensamientos de los deseos terrenos en los tumultos de la conversación humana, no está en la soledad. Si verdaderamente alguno se ve apretado corporalmente por las turbas populares, y sin embargo no padece ningún tumulto de los cuidados seculares en el corazón, no está en la ciudad. Así pues, a los que conversan bien primero se les atribuye la soledad de la mente, para que opriman el estrépito de los deseos terrenos que surge intrínsecamente, para que restrinjan los cuidados del corazón que hierven desde lo más bajo por la gracia del amor supremo, y todos los movimientos de los pensamientos ligeros que se ofrecen importunamente, los alejen de los ojos de la mente con la mano de la gravedad, como a ciertas moscas que vuelan alrededor, y busquen para sí con el Señor un cierto secreto dentro de sí, donde hablen silenciosamente con Él a través de los deseos internos, cesando el estrépito exterior.

[Vet. XXIV.] 53. Silentium contemplationis, hac in vita non potest esse perfectum. ---De hoc secreto cordis alias dictum est: Factum est silentium in coelo, quasi dimidia hora (Apoc. VIII, 1). Coelum quippe ecclesia vocatur electorum, quae ad aeterna et sublimia dum per sublevationem contemplationis intendit, surgentes ab infimis cogitationum tumultus premit, atque intra se Deo quoddam silentium facit. Quod quidem silentium contemplationis, quia in hac vita non potest esse perfectum, factum dimidia hora dicitur. Nolenti quippe animo dum cogitationum tumultuosi se strepitus ingerunt, etiam sublimibus intendentem, rursum ad respicienda terrena cordis oculum violenter trahunt. Unde scriptum est: Corpus quod corrumpitur, aggravat animam, et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem (Sap. IX, 15). Bene ergo factum hoc silentium non integra, sed dimidia hora describitur, quia hic contemplatio nequaquam perficitur, quamvis ardenter inchoetur. Quod etiam per Ezechielem prophetam congruenter exprimitur (Ezech. XL, 5), qui pro mensura civitatis in monte conditae, in manu viri calamum sex cubitorum et palmi, se vidisse testatur. In monte quippe electorum ecclesia sita est, quia fundata in infimis desideriis non est. Quid autem per cubitum, nisi operatio; quid per senarium numerum, nisi perfectio operationis ostenditur, quia et sexto die cuncta opera Dominus explesse memoratur? Quid ergo super sex cubitos palmus insinuat (Genes. II, 1), nisi contemplationis vim, quae jam initia aeternae et septimae quietis demonstrat? Quia enim aeternorum contemplatio hic minime perficitur, mensura septimi cubiti non expletur. Electorum itaque ecclesia, quia cuncta quae operanda sunt perficit, in sex cubitis sese in monte posita civitas ostendit. Quia vero hic adhuc sola initia contemplationis 981 inspicit, de septimo cubito non nisi palmum tangit.

54. Culmen contemplationis non attingitur, nisi ab exteriorum curarum oppressione liberemur. ---Sciendum vero est quia nequaquam culmen contemplationis attingimus, si non ab exterioris curae oppressione cessemus. Nequaquam nosmetipsos intuemur, ut sciamus aliud in nobis esse rationale quod regit, aliud animale quod regitur, nisi ad secretum hujus silentii recurrentes, ab omni exterius perturbatione sopiamur. Quod silentium nostrum bene etiam Adam dormiens figuravit (Ibid.), de cujus mox latere mulier processit, quia quisquis ad interiora intelligenda rapitur, a rebus visibilibus oculos claudit; et tunc in semetipso vel quae praeesse viriliter debeant, vel quae subesse possint infirma distinguit, ut aliud in illo sit quod regere valeat tanquam vir, aliud tanquam femina quod regatur. In hoc itaque silentio cordis, dum per contemplationem interius vigilamus, exterius quasi obdormiscimus.

[Vet. XXIV.] 53. El silencio de la contemplación en esta vida no puede ser perfecto. ---De este secreto del corazón se ha dicho en otra parte: Se hizo silencio en el cielo como por media hora (Apoc 8, 1). El cielo por cierto es llamada la Iglesia de los electos, la cual, mientras tiende a lo eterno y sublime por la elevación de la contemplación, oprime los tumultos de los pensamientos que surgen de lo más bajo, y hace dentro de sí un cierto silencio para Dios. El cual silencio de la contemplación, por cuanto en esta vida no puede ser perfecto, se dice que fue hecho por media hora. Pues al ánimo, aun no queriendo, mientras se le ingieren estrépitos tumultuosos de pensamientos, incluso cuando tiende a lo sublime, de nuevo arrastran violentamente el ojo del corazón a mirar lo terreno. De donde está escrito: El cuerpo que se corrompe agrava al alma, y la habitación terrena deprime el sentido que piensa muchas cosas (Sab 9, 15). Bien, pues, este silencio hecho se describe no por una hora íntegra, sino por media hora, porque aquí la contemplación de ningún modo se perfecciona, aunque ardientemente se inicie. Lo cual también por el profeta Ezequiel se expresa congruentemente (Ez 40, 5), quien atestigua haber visto, para la medida de la ciudad edificada en el monte, en la mano de un varón una caña de seis codos y un palmo. En el monte por cierto está situada la iglesia de los electos, porque no está fundada en los deseos ínfimos. ¿Qué, empero, por el codo, sino la operación; qué por el número senario, sino la perfección de la operación se muestra, porque también en el sexto día se recuerda que el Señor completó todas las obras? ¿Qué, pues, sobre los seis codos insinúa el palmo (Gén 2, 1), sino la fuerza de la contemplación, que ya demuestra los inicios del eterno y séptimo descanso? Porque como la contemplación de lo eterno aquí mínimamente se perfecciona, la medida del séptimo codo no se completa. La iglesia de los electos, pues, porque perfecciona todas las cosas que han de ser operadas, se muestra como ciudad puesta en el monte en seis codos. Pero porque aquí todavía sólo los inicios de la contemplación inspecciona, del séptimo codo no toca sino el palmo.

54. No se alcanza la cumbre de la contemplación si no nos liberamos de la opresión de los cuidados exteriores. ---Se debe saber ciertamente que de ningún modo alcanzamos la cumbre de la contemplación si no cesamos de la opresión del cuidado exterior. De ningún modo nos intuimos a nosotros mismos, para saber que una cosa es en nosotros lo racional que rige, y otra lo animal que es regido, si no recurrimos al secreto de este silencio y somos adormecidos de toda perturbación exterior. El cual silencio de nuestro bien figuró también Adán durmiendo (Ibíd.), de cuyo costado pronto salió la mujer, porque quienquiera que es arrebatado a entender lo interior, cierra los ojos a las cosas visibles; y entonces distingue en sí mismo o bien las cosas que deben presidir virilmente, o bien las flacas que pueden estar sometidas, de modo que una cosa sea en él lo que pueda regir como varón, y otra lo que sea regido como mujer. En este silencio del corazón, pues, mientras vigilamos interiormente por la contemplación, exteriormente como que nos dormimos.

Quia ergo remoti viri, id est a desideriis carnalibus alieni, hoc silentium mentis inhabitant, huic onagro Dominus in solitudine domum dedit, ut turba desideriorum temporalium non prematur.

[Vet. XXV.] 55. Sancti quandiu vivunt, desiderio supernae patriae aestuant. Sequitur: Et tabernacula ejus in terra salsuginis. Salsugo accendere sitim solet. Et quia sancti viri quandiu in hujus vitae tabernaculis degunt, ad supernam patriam desiderii sui quotidianis aestibus accenduntur, in terra salsuginis tabernacula habere perhibentur. Incessanter quippe accenduntur ut sitiant, sitiunt ut satientur; sicut scriptum est: Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur (Matth. V, 6). Sequitur:

CAPUT XVII.

VERS. 7.---Contemnit multitudinem civitatis.

56. Terrenorum hominum multitudinem sequi dedignantur. ---Multitudinem civitatis contemnere est humanae conversationis prava studia devitare, ut jam non libeat terrenorum hominum, qui prae abundantia iniquitatis multi sunt, perditos mores imitari. Cum paucis namque ingredi angustam portam desiderant, et non cum multis lata itinera ingredi appetunt, quae ad interitum ducunt (Matth. VII, 13). Solerter quippe a quo et ad quid sunt creati conspiciunt, et recta consideratione acceptae imaginis sequi vulgi multitudinem dedignantur. Unde et sponsi voce sponsae in Canticis canticorum dicitur: Nisi cognoveris te, o pulchra inter mulieres, egredere, et abi post vestigia gregum, et pasce haedos tuos (Cant. I, 7). Semetipsam namque ea quae est pulchra inter mulieres cognoscit, quando electa quaeque anima etiam inter peccantes posita quia ad auctoris sui imaginem ac similitudinem sit condita meminit (Genes. I, 26), et juxta perceptae similitudinis ordinem incedit. Quae si se non cognoscit, egreditur, quia a secreto sui cordis expulsa, in exterioribus concupiscentiis dissipatur. Egressa vero abit post vestigia gregum, quia sua interna deserens, ad latam videlicet viam ducitur, et sequitur exempla populorum. Nec jam agnos, sed haedos pascit, quia non innoxias cogitationes mentis, sed nutrire pravos motus carnis intendit. Quia ergo electus quisque ac continens abire post gregum vestigia despicit, dicatur recte: Contemnit multitudinem civitatis. Ubi et apte subjungitur:

Caput XVIII

[Rec. XIII].

IBID.---Clamorem exactoris non audit.

Porque, pues, los varones remotos, esto es, ajenos a los deseos carnales, habitan este silencio de la mente, a este onagro dio el Señor casa en la soledad, para que no sea oprimido por la turba de los deseos temporales.

[Vet. XXV.] 55. Los santos, mientras viven, arden en deseo de la patria suprema. Sigue: Y sus tabernáculos en tierra de salitre. El salitre suele encender la sed. Y porque los varones santos, mientras viven en los tabernáculos de esta vida, se encienden hacia la patria suprema con los ardores cotidianos de su deseo, se dice que tienen tabernáculos en tierra de salitre. Incesantemente por cierto se encienden para tener sed, tienen sed para ser saciados; como está escrito: Bienaventurados los que tienen hambre y sed de justicia, porque ellos serán saciados (Mt 5, 6). Sigue:

CAPÍTULO XVII.

VERS. 7.---Desprecia la multitud de la ciudad.

56. Se desdeñan de seguir a la multitud de los hombres terrenos. ---Despreciar a la multitud de la ciudad es evitar los depravados estudios de la conversación humana, para que ya no agrade imitar las perdidas costumbres de los hombres terrenos, que por la abundancia de la iniquidad son muchos. Pues desean entrar con pocos por la puerta estrecha, y no apetecen entrar con muchos por los anchos caminos que llevan a la perdición (Mt 7, 13). Solícitamente por cierto consideran de quién y para qué han sido creados, y por la recta consideración de la imagen recibida se desdeñan de seguir a la multitud del vulgo. De donde también por la voz del esposo se dice a la esposa en el Cantar de los cantares: Si no te conocieres, oh hermosa entre las mujeres, sal fuera, y vete tras las huellas de las greyes, y apacienta tus cabritos (Cant 1, 7). Se conoce a sí misma, pues, la que es hermosa entre las mujeres, cuando cualquier alma electa, puesta incluso entre pecadores, recuerda que ha sido fundada a imagen y semejanza de su autor (Gén 1, 26), y camina según el orden de la semejanza percibida. La cual, si no se conoce, sale fuera, porque expulsada del secreto de su corazón, se disipa en las concupiscencias exteriores. Salida fuera, pues, se va tras las huellas de las greyes, porque desertando de sus cosas internas, es llevada ciertamente al camino ancho, y sigue los ejemplos de los pueblos. Y ya no apacienta corderos, sino cabritos, porque no intenta nutrir los pensamientos inocuos de la mente, sino los depravados movimientos de la carne. Porque, pues, cada electo y continente desprecia ir tras las huellas de las greyes, se diga rectamente: Desprecia la multitud de la ciudad. Donde también aptamente se añade:

Capítulo XVIII

[Rec. XIII].

IBID.---El clamor del exactor no oye.

57. Vehementioribus diaboli tentationibus aures claudunt, et ventris clamoribus. ---Quis intelligi exactor alius, nisi diabolus potest, 982 qui semel in paradiso homini malae persuasionis nummum contulit (Genes. III, 6, seq.), et quotidie ab eo hujus debiti exigere reatum quaerit? Hujus exactoris sermo est malae suggestionis inchoatio. Hujus exactoris clamor est jam non lenis, sed violenta tentatio. Hic exactor clamat, cum fortiter tentat. Clamorem ergo exactoris non audire est violentis tentationum motibus minime consentire. Audiret enim si ea quae suggerit faceret. Sed cum perversa agere despicit, recte dicitur: Clamorem exactoris non audit.

[Vet. XXVI.] 58. Nonnulli vero hoc loco per exactorem intelligi ventrem volunt. Ipse namque a nobis quoddam debitum exigit, quia quotidianum fructum sibi humani laboris impendi etiam per naturam quaerit. Abstinentes igitur viri, qui hoc loco onagri vocabulo figurantur, dum violenter gulae desideria reprimunt, quasi clamantis exactoris verba contemnunt. Sed cum continenti viro contra innumera vitia multa virtutum certamina suppetant, cur sub exactoris clamore contempto, de solo hic ventre dicitur quod ejus impetum impulsumque restringat, nisi quod nullus palmam spiritualis certaminis apprehendit, qui non in semetipso prius per afflictam ventris concupiscentiam carnis incentiva devicerit? Neque enim ad conflictum spiritalis agonis assurgitur, si non prius intra nosmetipsos hostis positus, gulae videlicet appetitus, edomatur, quia si non ea quae nobis sunt viciniora prosternimus, nimirum inaniter ad ea quae longius sunt impugnanda transimus. Incassum namque contra exteriores inimicos in campo bellum geritur, si intra ipsa urbis moenia civis insidians habetur. Mens quoque ipsa certantis sub gravi confusionis dedecore a spiritalis certaminis congressione repellitur, quando infirma in carnis praelio gulae gladiis confossa superatur. Nam cum se parvis prosterni conspicit, confligere majoribus erubescit.

59. Qui gulam edomare non curant, incaute ad spiritalia bella consurgunt. --- Nonnulli vero ordinem certaminis ignorantes, edomare gulam negligunt, et jam ad spiritalia bella consurgunt. Qui aliquando multa etiam quae magnae sunt fortitudinis faciunt, sed, dominante gulae vitio, per carnis illecebram omne quod fortiter egerint perdunt; et dum venter non restringitur, per carnis concupiscentiam simul cunctae virtutes obruuntur. Unde et de Nabuchodonosor vincente scribitur : Princeps coquorum destruxit muros Jerusalem.

57. Cierran los oídos a las más vehementes tentaciones del diablo, y a los clamores del vientre. ---¿Quién otro puede ser entendido como exactor, sino el diablo, que una vez en el paraíso entregó al hombre la moneda de la mala persuasión (Gén 3, 6 ss.), y diariamente busca exigir de él el reato de esta deuda? El discurso de este exactor es el inicio de la mala sugestión. El clamor de este exactor es ya una tentación no leve, sino violenta. Este exactor clama cuando tienta fuertemente. No oír, pues, el clamor del exactor es no consentir en modo alguno en los movimientos violentos de las tentaciones. Lo oiría, ciertamente, si hiciera lo que él sugiere. Pero cuando desprecia obrar lo perverso, rectamente se dice: El clamor del exactor no oye.

[Vet. XXVI.] 58. Algunos verdaderamente quieren que en este lugar por el exactor se entienda el vientre. Pues él mismo nos exige una cierta deuda, porque busca que se le emplee incluso por naturaleza el fruto cotidiano del trabajo humano. Los varones abstinentes, pues, que en este lugar son figurados por el vocablo de onagro, mientras reprimen violentamente los deseos de la gula, desprecian como palabras de un exactor que clama. Pero teniendo el varón continente muchos certámenes de virtudes contra innumerables vicios, ¿por qué bajo el clamor despreciado del exactor se dice aquí sólo del vientre que restringe su ímpetu e impulso, sino porque ninguno alcanza la palma del certamen espiritual que no haya vencido antes en sí mismo, por la afligida concupiscencia del vientre, los incentivos de la carne? Pues ni se surge al conflicto de la agonía espiritual si no se doma antes el enemigo puesto dentro de nosotros mismos, a saber, el apetito de la gula, porque si no postramos las cosas que nos son más vecinas, sin duda pasamos inútilmente a impugnar las que están más lejos. Pues en vano se hace la guerra en el campo contra los enemigos exteriores si dentro de los mismos muros de la ciudad se tiene un ciudadano insidioso. La misma mente del que lucha es repelida con grave desdoro de confusión de la confrontación del certamen espiritual cuando, flaca en la batalla de la carne, es superada atravesada por las espadas de la gula. Pues cuando se ve postrada por las cosas pequeñas, se avergüenza de luchar con las mayores.

59. Los que no cuidan de domar la gula, incautamente surgen a las guerras espirituales. ---Algunos verdaderamente, ignorando el orden del certamen, descuidan domar la gula, y ya surgen a las guerras espirituales. Los cuales a veces hacen incluso muchas cosas que son de gran fortaleza, pero, dominando el vicio de la gula, pierden por el incentivo de la carne todo lo que hubieren obrado fuertemente; y mientras no se restringe el vientre, por la concupiscencia de la carne se abruman a la vez todas las virtudes. De donde también se escribe de Nabucodonosor vencedor: El príncipe de los cocineros destruyó los muros de Jerusalén.

Quid enim per muros Jerusalem significans Scriptura exprimit, nisi virtutes animae, quae ad pacis visionem tendit? Aut quis coquorum princeps, nisi venter accipitur, cui diligentissima a coquentibus cura servitur? Muros igitur Jerusalem princeps coquorum destruit, quia virtutes animae dum non restringitur venter, perdit. Hinc est quod Paulus contra Jerusalem moenia decertanti vires coquorum principi subtrahebat, cum diceret: Castigo corpus meum, et servituti subjicio, ne forte aliis praedicans, ipse reprobus efficiar (I Cor. IX, 27). Hinc etiam praemisit, dicens: Sic curro, non quasi in incertum; sic pugno, non quasi aerem verberans (Ibid., 26). Quia cum carnem restringimus, ipsis abstinentiae nostrae ictibus non aerem, sed immundos spiritus verberamus; et cum hoc quod est intra nos subjicimus; extra positis adversariis pugnos damus. Hinc est 983 quod cum rex Babylonis succendi fornacem jubet (Dan. III), naphthae, stuppae, picis et malleoli ministrari congeriem praecepit; sed tamen abstinentes pueros hoc igne minime consumit, quia antiquus hostis licet innumeras ciborum concupiscentias nostris obtutibus opponat, quibus libidinis ignis crescat, bonis tamen mentibus superni Spiritus gratia insibilat, ut a carnalis concupiscentiae aestibus illaesae perdurent, ut etsi usque ad tentationem cordis flamma ardeat, usque ad consensum tamen tentatio non exurat.

[Vet. XXVII.] 60. Quinque modis gula nos tentat. Non cibus, sed appetitus in vitio est. ---Sciendum praeterea est quia quinque nos modis gulae vitium tentat (De consecr., d. 5, c. Quinque modis). Aliquando namque indigentiae tempora praevenit; aliquando vero tempus non praevenit, sed cibos lautiores quaerit; aliquando quaelibet quae sumenda sint praeparari accuratius expetit, aliquando autem et qualitati ciborum et tempori congruit, sed in ipsa quantitate sumendi mensuram moderatae refectionis excedit. Nonnunquam vero et abjectius est quod desiderat, et tamen ipso aestu immensi desiderii deterius peccat. Mortis quippe sententiam patris ore Jonathas meruit, quia in gustu mellis constitutum edendi tempus antecessit (I Reg. XIV, 27). Et ex Aegypto populus eductus, in eremo occubuit, quia, despecto manna, cibos carnium petiit, quos lautiores putavit (Num. XXI, 5). Et prima filiorum Heli culpa suborta est, quod ex eorum voto sacerdotis puer, non antiquo more coctas vellet de sacrificio carnes accipere, sed crudas quaereret, quas accuratius exhiberet (I Reg. II, 12, seq.).

¿Qué expresa la Escritura significando por los muros de Jerusalén, sino las virtudes del alma, que tiende a la visión de la paz? ¿O quién es aceptado como príncipe de los cocineros, sino el vientre, al cual se sirve con diligentísimo cuidado por los que cocinan? Los muros de Jerusalén, pues, destruye el príncipe de los cocineros, porque pierde las virtudes del alma mientras no se restringe el vientre. De aquí es que Pablo, luchando contra los muros de Jerusalén, sustraía las fuerzas al príncipe de los cocineros, cuando decía: Castigo mi cuerpo, y lo someto a servidumbre, no sea que habiendo predicado a otros, yo mismo sea hecho réprobo (1 Cor 9, 27). De aquí también premisó, diciendo: Así corro, no como a lo incierto; así lucho, no como azotando el aire (Ibíd., 26). Porque cuando restringimos la carne, con los mismos golpes de nuestra abstinencia no azotamos el aire, sino a los espíritus inmundos; y cuando sometemos lo que está dentro de nosotros, damos puñetazos a los adversarios puestos fuera. De aquí es que cuando el rey de Babilonia manda encender el horno (Dan 3), mandó suministrar un montón de nafta, estopa, pez y teas; pero sin embargo no consume con este fuego a los niños abstinentes, porque el antiguo enemigo, aunque oponga a nuestras vistas innumerables concupiscencias de manjares con las cuales crezca el fuego de la libídine, sin embargo la gracia del Espíritu supremo silba en las buenas mentes para que perduren ilesas de los ardores de la concupiscencia carnal, de modo que aunque arda la llama hasta la tentación del corazón, sin embargo la tentación no abrase hasta el consentimiento.

[Vet. XXVII.] 60. De cinco modos nos tienta la gula. No es el alimento, sino el apetito lo que está en vicio. ---Se debe saber además que de cinco modos nos tienta el vicio de la gula (De consecr., d. 5, c. Quinque modis). Pues a veces previene los tiempos de la indigencia; otras veces no previene el tiempo, sino que busca alimentos más refinados; a veces exige que cualquier cosa que haya de ser tomada sea preparada con más exactitud, y otras veces conviene tanto en la calidad de los alimentos como en el tiempo, pero en la misma cantidad de la toma excede la medida de la refección moderada. A veces verdaderamente es más abyecto lo que desea, y sin embargo peca peor por el mismo ardor del inmenso deseo. Pues Jonatán mereció la sentencia de muerte por boca de su padre porque, en el gusto de la miel, antecedió el tiempo de comer constituido (1 Sam 14, 27). Y el pueblo sacado de Egipto sucumbió en el desierto porque, despreciado el maná, pidió alimentos de carnes, que juzgó más refinados (Núm 21, 5). And la primera culpa de los hijos de Helí surgió porque, según el voto de ellos, el niño del sacerdote no quería recibir del sacrificio las carnes cocidas según la antigua costumbre, sino que las buscaba crudas para presentarlas con más exactitud (1 Sam 2, 12 ss.).

Et cum ad Jerusalem dicitur: Haec fuit iniquitas Sodomae sororis tuae, superbia, saturitas panis, et abundantia (Ezech. XVI, 49), aperte ostenditur quod idcirco salutem perdidit, quia cum superbiae vitio mensuram moderatae refectionis excessit. Et primogenitorum gloriam Esau amisit, quia magno aestu desiderii vilem cibum, scilicet lenticulam, concupivit (Genes. XXV, 33); quam dum vendendis etiam primogenitis praetulit, quo in illam appetitu anhelaret indicavit. Neque enim cibus, sed appetitus in vitio est. Unde et lautiores cibos plerumque sine culpa sumimus, et abjectiores non sine reatu conscientiae degustamus. Hic quippe quem diximus, Esau, primatum per lenticulam perdidit, et Elias in eremo virtutem corporis carnes edendo servavit (III Reg. XVII, 6). Unde et antiquus hostis quia non cibum, sed cibi concupiscentiam esse causam damnationis intelligit, et primum sibi hominem non carne, sed pomo subdidit (Genes. III, 6), et secundum non carne, sed pane tentavit (Matth. IV, 3). Hinc est quod plerumque Adam culpa committitur, etiam cum abjecta et vilia sumuntur. Neque enim Adam solus ut a vetito se pomo suspenderet praeceptum prohibitionis accepit. Nam cum alimenta quaedam saluti nostrae Deus contraria indicat, ab his nos quasi per sententiam vetat. Et dum concupiscentes noxia attingimus, profecto quid aliud quam vetita degustamus?

61. Edenda quae necessitas quaerit, non quae libido suggerit. Quanta ad hoc discretio necessaria. ---Ea itaque sumenda sunt quae naturae necessitas quaerit, et non quae edendi libido suggerit. Sed magnus discretionis labor est huic exactori et aliquid impendere, et aliquid denegare; et non dando gulam restringere, et dando naturam nutrire. [Rec. XIV.] Quae fortasse discretio subinfertur, cum dicitur: Clamorem exactoris non audit. Sermo namque 984 hujus exactoris est necessaria postulatio naturae. Clamor vero ejus est mensuram necessitatis transiens appetitus gulae. Hic itaque onager exactoris hujus sermonem audit, clamorem non audit, quia discretus vir ac continens et usque ad temperandam necessitatem ventrem reficit, et a voluptate restringit.

[Vet. XXVIII.] 62. Voluptas sub necessitatis specie se palliat. ---Sciendum vero est quia sic voluptas sub necessitate se palliat, ut vix eam perfectus quisque discernat. Nam dum solvi debitum necessitas petit, voluptas expleri desiderium suppetit; et tanto gulam securius in praeceps rapit, quanto sub honesto nomine necessitatis explendae se contegit. Saepe autem in ipsa edendi via furtive adjuncta voluptas subsequitur; nonnunquam vero impudenter libera etiam praeire conatur.

Y cuando se dice a Jerusalén: Esta fue la iniquidad de Sodoma tu hermana, la soberbia, la saciedad de pan, y la abundancia (Ez 16, 49), abiertamente se muestra que por eso perdió la salud, porque con el vicio de la soberbia excedió la medida de la refección moderada. Y Esaú perdió la gloria de los primogénitos porque, con gran ardor de deseo, concupisció un alimento vil, a saber, la lenteja (Gén 25, 33); la cual, mientras la prefirió incluso a la venta de los primogénitos, indicó con qué apetito anhelaba aquello. Pues no es el alimento, sino el apetito lo que está en vicio. De donde también frecuentemente tomamos alimentos más refinados sin culpa, y degustamos los más abyectos no sin reato de conciencia. Pues este que dijimos, Esaú, perdió el primado por la lenteja, y Elías en el desierto conservó la virtud del cuerpo comiendo carnes (1 Rey 17, 6). De donde también el antiguo enemigo, porque entiende que no es el alimento, sino la concupiscencia del alimento la causa de la condenación, sometió al primer hombre no con carne, sino con un pomo (Gén 3, 6), y al segundo lo tentó no con carne, sino con pan (Mt 4, 3). De aquí es que frecuentemente se comete la culpa de Adán, incluso cuando se toman cosas abyectas y viles. Pues no sólo Adán recibió el precepto de prohibición para que se suspendiera del pomo vedado. Pues cuando Dios indica que ciertos alimentos son contrarios a nuestra salud, de estos nos veda como por sentencia. Y mientras concupiscentes tocamos lo nocivo, ¿qué otra cosa sino lo vedado degustamos?

61. Se han de comer las cosas que la necesidad busca, no las que la libido sugiere. Cuánta discreción es necesaria para esto. ---Se han de tomar, pues, aquellas cosas que la necesidad de la naturaleza busca, y no las que la libido de comer sugiere. Pero gran trabajo de discreción es tanto emplear algo en este exactor como denegarle algo; y restringir la gula no dando, y nutrir la naturaleza dando. [Rec. XIV.] Lo cual tal vez se subentiende cuando se dice: El clamor del exactor no oye. Pues el discurso de este exactor es la necesaria postulación de la naturaleza. El clamor de él, empero, es el apetito de la gula que traspasa la medida de la necesidad. Así pues, este onagro oye el discurso de este exactor, pero no oye el clamor, porque el varón discreto y continente tanto rehace el vientre hasta templar la necesidad, como lo restringe de la voluptuosidad.

[Vet. XXVIII.] 62. La voluptuosidad se encubre bajo la especie de la necesidad. --- Se debe saber verdaderamente que de tal modo la voluptuosidad se encubre bajo la necesidad, que apenas cualquier perfecto la discierne. Pues mientras la necesidad pide que se pague la deuda, la voluptuosidad suministra que se cumpla el deseo; y tanto más seguramente arrebata la gula al precipicio, cuanto se oculta bajo el honesto nombre de cumplir la necesidad. A menudo, empero, en el mismo camino del comer sigue la voluptuosidad adjunta furtivamente; a veces verdaderamente intenta impudentemente libre incluso preceder.

Facile autem est deprehendere cum voluptas ejus necessitatem praevenit, sed valde est difficile discernere cum in ipso esu necessario se occulta subjungit. Nam quia praeeuntem naturae appetitum sequitur, quasi a tergo veniens tardius videtur. Eo enim tempore quo necessitati debitum solvitur, quia per esum voluptas necessitati miscetur, quid necessitas petat, et quid, sicut dictum est, voluptas suppetat, ignoratur. Saepe vero et discernimus; et quia utramque sibi conjunctam novimus, in hoc quod extra metas rapimur, libet ut sciendo fallamur; et dum sibi mens ex necessitate blanditur, ex voluptate decipitur. Scriptum quippe est: Carnis curam ne feceritis in desideriis (Rom. XIII, 14). Quae igitur fieri in desiderio prohibetur, in necessitate conceditur.

63. Carnis desideria, non caro occidenda. Cavendum ne, dum hostem insequimur, civem quem diligimus, trucidemus. ---Sed saepe dum incaute necessitati condescendimus, desideriis deservimus. Nonnunquam vero dum desideriis immoderatius obviare nitimur, necessitatis miserias augemus. Sic enim necesse est ut arcem quisque continentiae teneat, quatenus non carnem, sed vitia carnis occidat. Nam plerumque dum plus justo caro restringitur, etiam ab exercitatione boni operis enervatur, ut ad orationem quoque vel praedicationem non sufficiat, dum incentiva vitiorum in se funditus suffocare festinat. Adjutorem quippe habemus intentionis internae hunc hominem quem exterius gestamus, et ipsi insunt motus lasciviae, ipsi effectus suppetunt operationis bonae. Saepe vero dum in illo hostem insequimur, etiam civem quem diligimus trucidamus; et saepe dum quasi concivi parcimus, ad praelium hostem nutrimus. Eisdem namque alimentis vitia superbiunt, quibus nutritae virtutes vivunt. Et cum virtus alitur, plerumque vires vitiis augentur. Cum vero immensa continentia vitiorum vires extenuat, etiam virtus deficiens anhelat. Unde necesse est ut interior homo noster aequus quidam arbiter praesideat inter se, et eum quem exterius gestat, quatenus ei homo suus exterior et semper ad debitum ministerium servire sufficiat, et nunquam superbe libera cervice contradicat; nec moveat si quid suggerendo submurmurat, dummodo eum semper superposita calce dominationis premat. Sicque fit ut dum repressa vitia reniti quidem nobis patimur, et tamen haec nobiscum congredi ex aequo prohibemus, nec vitia contra virtutem praevaleant, nec rursum virtus cum vitiorum 985 omnimoda exstinctione succumbat.

Es fácil, empero, deprehender cuando la voluptuosidad previene su necesidad, pero es muy difícil discernir cuando en el mismo comer necesario se añade oculta. Pues porque sigue al apetito de la naturaleza que precede, viniendo como por la espalda se ve más tarde. Pues en aquel tiempo en que se paga la deuda a la necesidad, porque por el comer se mezcla la voluptuosidad a la necesidad, se ignora qué pida la necesidad, y qué, como se ha dicho, suministre la voluptuosidad. A menudo verdaderamente incluso discernimos; y porque sabemos que ambas están conjuntas entre sí, en esto que somos arrebatados fuera de las metas, nos agrada engañarnos sabiendo; y mientras la mente se lisonjea a sí misma por la necesidad, es engañada por la voluptuosidad. Pues está escrito: No hagáis el cuidado de la carne en los deseos (Rom 13, 14). Lo que, por tanto, se prohíbe hacer en el deseo, se concede en la necesidad.

63. Se han de matar los deseos de la carne, no la carne. Se ha de precaver que, mientras perseguimos al enemigo, no trucidemos al ciudadano que amamos. ---Pero a menudo, mientras condescendemos incautamente a la necesidad, servimos a los deseos. A veces verdaderamente, mientras intentamos oponernos inmoderadamente a los deseos, aumentamos las miserias de la necesidad. Así pues, es necesario que cada uno mantenga el alcázar de la continencia, de tal modo que mate no la carne, sino los vicios de la carne. Pues frecuentemente, mientras la carne es restringida más de lo justo, también se enerva del ejercicio de la buena obra, de modo que tampoco sea suficiente para la oración o la predicación, mientras se apresura a sofocar fundadamente en sí los incentivos de los vicios. Tenemos ciertamente como ayudante de la intención interna a este hombre que gestamos exteriormente, y en él mismo están los movimientos de la lascivia, y en él mismo suministran los efectos de la buena operación. A menudo verdaderamente, mientras perseguimos en él al enemigo, trucidamos también al ciudadano que amamos; y a menudo, mientras perdonamos como a un conciudadano, nutrimos al enemigo para la batalla. Pues con los mismos alimentos se ensoberbecen los vicios con los que viven las virtudes nutridas. Y cuando la virtud es nutrida, frecuentemente se aumentan las fuerzas a los vicios. Cuando verdaderamente la inmensa continencia extenúa las fuerzas de los vicios, también la virtud deficiente anhela. De donde es necesario que nuestro hombre interior, como un cierto árbitro equitativo, presida entre sí y aquel que gesta exteriormente, a fin de que su hombre exterior tanto sea suficiente para servir siempre al debido ministerio, como nunca contradiga soberbiamente con el cuello libre; ni mueva si algo murmura sugiriendo, con tal que siempre lo oprima con el calcañar de la dominación superpuesto. And así se hace que, mientras permitimos que los vicios reprimidos ciertamente nos resistan, y sin embargo prohibimos que estos luchen con nosotros de igual a igual, ni los vicios prevalezcan contra la virtud, ni de nuevo la virtud sucumba con la extinción omnímoda de los vicios.

Qua in re sola elatio funditus exstinguitur, quia quamvis victoriae serviat, ad edomandam tamen cogitationum superbiam continua nobis pugna servatur. Unde bene hic, quia unusquisque vir continens et debitae necessitati congruit, et violentae voluptati contradicit, voce dominica dicitur: Clamorem exactoris non audit. Quia autem discretus vir eo ad intelligenda superiora se elevat, quo in se carnis incentiva castigat, recte post contemptum exactoris clamorem subditur.

Caput XIX

[Rec. XV].

VERS. 8.---Circumspicit montes pascuae suae.

64. Ad intelligenda sublimia valet ascendere, qui carnis incentiva castigavit. --- Montes pascuae sunt altae contemplationes internae refectionis. Sancti enim viri quanto magis se exterius despiciendo dejiciunt, tanto amplius interius revelationum contemplatione pascuntur. Unde scriptum est: Ascensus in corde ejus disposuit in convalle lacrymarum (Psal. LXXXIII, 6, 7), quia quos exterius in fletu continet convallis humilitatis, eos interius sublevat ascensus contemplationis. [Vet. XXIX.] Montes etiam pascuae sunt sublimes virtutes angelorum. Quae idcirco hic nos ministrando et adjuvando reficiunt, quia illic interno contemplationis rore pinguescunt. Quae quia largiente Deo in omni nos certamine protegunt, recte circumspici dicuntur. Undique enim nobis adesse circumspicimus, quorum defensione contra adversarios ex omni latere munimur. Possunt adhuc montes pascuae accipi altae sententiae Scripturae sacrae, de quibus per Psalmistam dicitur: Montes excelsi cervis (Psal. CIII, 18), quia hi qui jam dare contemplationis saltus noverunt, altos sententiarum divinarum vertices quasi cacumina montium ascendunt, ad quae profecto cacumina quia infirmi pervenire non valent, recte illic subditur: Petra refugium erinaciis (Ibid.), quia videlicet invalidos non sublimiter intelligentia exercet, sed sola in Christo fides humiliter continet. Sequitur:

CAPUT XX.

IBID.---Virentia quaeque perquirit.

En la cual cosa sola la elación es extinguida fundadamente, porque aunque sirva a la victoria, sin embargo para domar la soberbia de los pensamientos se nos reserva una continua lucha. De donde bien aquí, porque cada varón continente tanto conviene a la debida necesidad como contradice a la violenta voluptuosidad, se dice por la voz dominica: El clamor del exactor no oye. Porque como el varón discreto tanto se eleva a entender lo superior cuanto castiga en sí los incentivos de la carne, rectamente después del desprecio del clamor del exactor se añade:

Capítulo XIX

[Rec. XV].

VERS. 8.---Circunspeta los montes de su pasto.

64. Vale para ascender a entender lo sublime quien castigó los incentivos de la carne. ---Los montes del pasto son las altas contemplaciones de la refección interna. Pues los varones santos, cuanto más se abaten exteriormente despreciándose, tanto más ampliamente se apacientan interiormente por la contemplación de las revelaciones. De donde está escrito: Dispuso ascensiones en su corazón en el valle de las lágrimas (Sal 83, 6. 7), porque a los que exteriormente contiene en el llanto el valle de la humildad, a esos los eleva interiormente la ascensión de la contemplación. [Vet. XXIX.] Los montes del pasto son también las sublimes virtudes de los ángeles. Las cuales por eso nos rehacen aquí ministrando y ayudando, porque allí se engruesan con el rocío interno de la contemplación. Las cuales, porque por largueza de Dios nos protegen en todo certamen, rectamente se dicen ser circunspectas. Pues por todas partes circunspectamos que nos asisten aquellos con cuya defensa somos protegidos contra los adversarios por todo flanco. Pueden además los montes del pasto ser tomados como las altas sentencias de la sagrada Escritura, de las cuales se dice por el Salmista: Los montes excelsos para las ciervas (Sal 103, 18), porque estos que ya han aprendido a dar los saltos de la contemplación, ascienden a los altos vértices de las sentencias divinas como a las cumbres de los montes, a las cuales cumbres, por cuanto los flacos no pueden llegar, rectamente allí se añade: La piedra refugio para los erizos (Ibíd.), porque a saber, a los inválidos no los ejercita la inteligencia sublimemente, sino que la sola fe en Cristo los contiene humildemente. Sigue:

CAPÍTULO XX.

IBÍD.---Busca todo lo que está verde.

65. Despectis transitoriis, in aeternum mansura desiderantur. ---Arentia quippe sunt omnia quae temporaliter condita venturo fine a jucunditate vitae praesentis quasi aestivo sole siccantur. Virentia autem sunt vocata, quae nulla temporalitate marcescunt. Huic ergo onagro virentia perquirere, est sancto unicuique viro, despectis rebus transitoriis, in aeternum mansura desiderare.

Cuncta vero haec quae de onagro dicta sunt intelligi etiam et aliter possunt. Quae repetito superiori versu exponimus, ut lectoris judicio quod eligendum crediderit relinquamus. Igitur postquam praedicatorum dispensatio sub cervarum praetextu descripta est, ut ostenderetur per quem haec eadem virtus praedicationis datur, illico commemoratio de dominica incarnatione subnectitur, ut dicatur:

CAPUT XXI.

VERS. 5.---Quis dimisit onagrum liberum?

ALLEGORICUS SENSUS.---66. Christus onagro merito comparatur. ---Nec indignum quis judicet per tale animal incarnatum Dominum posse figurari, dum constat omnibus quia per significationem quamdam in Scriptura sacra et vermis et scarabaeus ponatur, sicut scriptum est: Ego autem sum vermis, et non homo (Psal. XXI, 7). Et sicut apud Septuaginta interpretes per 986 prophetam dicitur: Scarabaeus de ligno clamavit (Habac. II, 2). Cum ergo nominatis rebus tam abjectis et vilibus figuratur, quid de illo contumeliose dicitur, de quo constat quod proprie nihil dicatur? Vocatur etenim agnus, sed propter innocentiam. Vocatur leo, sed propter potentiam. Aliquando etiam serpenti comparatur, sed propter mortem vel sapientiam. Atque ideo per haec omnia dici figuraliter potest, quia de his omnibus credi aliquid essentialiter non potest. Si enim unum horum quodlibet essentialiter existeret, alterum jam dici non posset. Nam si agnus proprie diceretur, leo jam vocari non poterat. Si leo proprie diceretur, per serpentem signari non posset. Sed haec in illo omnia dicimus tanto latius in figura, quanto longius ab essentia. Potest ergo onager incarnatum Dominum designare.

65. Despreciadas las cosas transitorias, se desean las que han de permanecer para siempre. ---Pues están secas todas las cosas que, creadas temporalmente, por el fin venidero se secan de la jovialidad de la vida presente como por el sol estival. Pero son llamadas verdes las que no se marchitan por ninguna temporalidad. Buscar, pues, este onagro lo verde, es para cada varón santo, despreciadas las cosas transitorias, desear las que han de permanecer para siempre.

Pero todas estas cosas que se han dicho del onagro pueden entenderse también de otro modo. Las cuales exponemos repitiendo el verso anterior, para que dejemos al juicio del lector lo que creyere que debe ser elegido. Por tanto, después de que la dispensación de los predicadores ha sido descrita bajo el pretexto de las ciervas, para que se mostrase por quién se da esta misma virtud de la predicación, al punto se añade la conmemoración de la encarnación dominica, para que se diga:

CAPÍTULO XXI.

VERS. 5.---¿Quién dejó libre al onagro?

SENTIDO ALEGÓRICO.---66. Cristo es comparado merecidamente al onagro. ---Ni juzgue nadie indigno que por tal animal pueda ser figurado el Señor encarnado, siendo evidente para todos que por cierta significación en la sagrada Escritura se pongan tanto el gusano como el escarabajo, según está escrito: Pero yo soy gusano, y no hombre (Sal 21, 7). Y como se dice por el profeta en los Setenta intérpretes: El escarabajo clamó desde el madero (Habac 2, 2). Cuando, pues, es figurado por cosas nombradas tan abyectas y viles, ¿qué se dice de Él contumeliosamente, de quien consta que propiamente nada se dice? Pues es llamado cordero, pero por la inocencia. Es llamado león, pero por la potencia. Alguna vez también es comparado a la serpiente, pero por la muerte o la sabiduría. Y por tanto, por todas estas cosas puede decirse figuralmente, porque de todas estas cosas nada puede creerse esencialmente. Pues si uno cualquiera de estos existiera esencialmente, ya no podría decirse el otro. Porque si se dijera propiamente cordero, ya no podría ser llamado león. Si se dijera propiamente león, no podría ser signado por la serpiente. Pero decimos todas estas cosas en Él tanto más ampliamente en la figura, cuanto más lejos están de la esencia. Puede, pues, el onagro designar al Señor encarnado.

Agreste quippe animal est onager. Et quia incarnatus Dominus gentilitati magis, quam Judaeae profuit, animale corpus assumens, quasi non in domum, sed potius in agrum venit. De quo agro gentilitatis per Psalmistam dicitur: Species agri mecum est (Ps. XLIX, 11). Incarnatus itaque Dominus qui in forma Dei aequalis est Patri, in forma servi minor est Patre, qua minor est etiam seipso (Philip. II). [Vet. XXX.] Dicatur ergo a Patre de Filio secundum formam servi: Quis dimisit onagrum liberum, et vincula ejus quis solvit? Omnis quippe qui peccat, servus est peccati (Joan. VIII, 35). Et quia incarnatus Dominus particeps nostrae factus est naturae, non culpae, liber dimissus dicitur, quia sub peccati dominio non tenetur. De quo alias scriptum est: Inter mortuos liber (Psal. XXXVII, 5). Liber dimissus dicitur, quia naturam nostram suscipiens, iniquitatis jugo nullo modo tenetur. Quem quamvis macula culpae nostrae non attigit, passio tamen nostrae mortalitatis astrinxit. Unde et postquam liber dimissus dicitur, recte de illo adjungitur:

CAPUT XXII.

IBID.---Et vincula ejus quis solvit?

67. Hujus onagri vincula soluta sunt, cum infirmitates passionis, in resurrectionis gloriam sunt commutatae. ---Vincula quippe ejus tunc soluta sunt cum infirmitates passionis illius in resurrectionis sunt gloriam commutatae. Quasi quaedam vincula Dominus habuit ea quae nos nequitiae merito patimur, nostrae mortalitatis infirma, quibus et usque ad mortem sponte ligari se voluit, et quae per resurrectionem mirabiliter solvit. Esurire enim, sitire, lassescere, teneri, flagellari, crucifigi, nostrae mortalitatis vinculum fuit. Sed cum expleta morte velum templi rumperetur, scinderentur petrae, monumenta panderentur, inferni claustra patescerent; quid aliud tot argumentis tantae virtutis ostenditur, nisi quod illa infirmitatis nostrae vincula solvebantur, ut is qui ad suscipiendam servi formam venerat, in ipsa servi forma ab inferni vinculis absolutus, ad coelum etiam cum membris liber rediret? De quibus ejus vinculis Petrus apostolus attestatur dicens: Quem Deus suscitavit solutis doloribus inferni, juxta quod impossibile erat illum teneri ab eo (Act. II, 24). Et quia post mortem suam atque resurrectionem ad gratiam fidei gentilitatem vocare dignatus est, postquam dicta sunt soluta ejus vincula, apte subjungitur:

CAPUT XXIII.

987 VERS. 6.---Cui dedi in solitudine domum, et tabernaculum ejus in terra salsuginis.

Pues el onagro es un animal agreste. Y porque el Señor encarnado aprovechó más a la gentilidad que a Judea, asumiendo un cuerpo animal, vino como no a una casa, sino más bien a un campo. De cuyo campo de la gentilidad se dice por el Salmista: La especie del campo está conmigo (Sal 49, 11). El Señor encarnado, pues, que en forma de Dios es igual al Padre, en forma de siervo es menor que el Padre, por la cual es menor incluso que sí mismo (Filip 2). [Vet. XXX.] Dígase, pues, por el Padre acerca del Hijo según la forma de siervo: ¿Quién dejó libre al onagro, y sus vínculos quién los soltó? Pues todo el que peca, es siervo del pecado (Jn 8, 35). Y porque el Señor encarnado fue hecho partícipe de nuestra naturaleza, no de la culpa, se dice dejado libre, porque no es tenido bajo el dominio del pecado. De quien en otro lugar está escrito: Libre entre los muertos (Sal 37, 5). Se dice dejado libre porque, recibiendo nuestra naturaleza, de ningún modo es tenido por el yugo de la iniquidad. Al cual, aunque la mancha de nuestra culpa no lo tocó, sin embargo la pasión de nuestra mortalidad lo estrechó. De donde también, después de que se dice dejado libre, rectamente se añade acerca de Él:

CAPÍTULO XXII.

IBÍD.---¿Y sus vínculos quién los soltó?

67. Los vínculos de este onagro fueron soltados cuando las enfermedades de la pasión fueron conmutadas en la gloria de la resurrección. ---Pues sus vínculos entonces fueron soltados cuando las enfermedades de su pasión fueron conmutadas en la gloria de la resurrección. Como ciertos vínculos tuvo el Señor aquellos que nosotros por mérito de la iniquidad padecemos, las enfermedades de nuestra mortalidad, con las cuales quiso ser ligado espontáneamente hasta la muerte, y las cuales por la resurrección maravillosamente soltó. Pues tener hambre, tener sed, cansarse, ser tenido, ser azotado, ser crucificado, fue el vínculo de nuestra mortalidad. Pero cuando, cumplida la muerte, se rompió el velo del templo, se rasgaron las piedras, se abrieron los monumentos, se patentizaron los claustros del infierno; ¿qué otra cosa se muestra por tantos argumentos de tan gran virtud, sino que aquellos vínculos de nuestra enfermedad se soltaban, para que aquel que había venido a recibir la forma de siervo, en la misma forma de siervo absuelto de los vínculos del infierno, volviese libre al cielo incluso con sus miembros? De cuyos vínculos de Él el apóstol Pedro atestigua diciendo: A quien Dios resucitó soltados los dolores del infierno, conforme a lo cual era imposible que Él fuera tenido por él (Hech 2, 24). Y porque después de su muerte y resurrección se dignó llamar a la gentilidad a la gracia de la fe, después de que se dijeron soltados sus vínculos, aptamente se añade:

CAPÍTULO XXIII.

VERS. 6.---A quien di casa en la soledad, y su tabernáculo en tierra de salsugo.

68. Cui datus in solitudine locus et in terra salsuginis, cum gentilitas eum recepit. ---In gentilitate enim in qua patriarcha non fuit, propheta non fuit; ad intelligendum Deum, qui ratione uteretur, homo pene non fuit. De hac solitudine per Isaiam dicitur: Laetabitur deserta et invia, et exsultabit solitudo, et florebit quasi lilium (Isai. XXXV, 1). Et rursum de Ecclesia dicitur: Ponet desertum ejus quasi delicias, et solitudinem ejus quasi hortum Domini (Isai. LI, 3). Terra vero salsuginis haec eadem solitudo repetita est, quae priusquam veram Dei sapientiam cognosceret, salsuginem protulerat, quia nullam viriditatem boni intellectus proferens, perversa sapiebat. Domum ergo in solitudine et tabernaculum in terra salsuginis accepit, quia incarnatus pro hominibus Deus, derelicta Judaea, gentilitatis corda possedit. Unde ei Patris voce per prophetam dicitur: Postula a me, et dabo tibi gentes haereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terrae (Psal. II, 8). Qui juxta hoc quod Deus est, cum Patre dat omnia, juxta hoc vero quod homo est, a Patre accipit inter omnia, sicut scriptum est: Potestatem dedit ei et judicium facere, quia filius hominis est (Joan. V, 27). Et rursum scriptum est: Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus (Joan. XIII, 1). Vel sicut ipse dicit: Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet (Joan. VI, 37). Jam vero si quaeritur quid inter domum ac tabernaculum distet, domus in habitatione est, tabernaculum in itinere. Corda itaque gentilium quasi quaedam tabernacula habuit veniendo. sed ea per justitiam firmans, domum fecit habitando. Et quia eorum vitam ad quos venerat imitari despexit, recte subjungitur:

CAPUT XXIV.

VERS. 7.---Contemnit multitudinem civitatis.

69. Multitudinis exempla non est secutus, sed sua sequenda proposuit. Vita praesens non propter se amanda est, sed propter futuram toleranda.---Id est, mores despicit humanae conversationis. Homo quippe inter homines factus, usum tenere hominum noluit. Idcirco namque inter nos homo factus est, ut non solum nos sanguine fuso redimeret, sed etiam ostenso exemplo commutaret. In conversatione igitur nostra et veniendo alia invenit, et vivendo alia docuit. Studebant enim omnes superba Adam stirpe progeniti, prospera vitae praesentis appetere, adversa devitare, opprobria fugere, gloriam sequi.

68. A quien fue dado lugar en la soledad y en tierra de salsugo, cuando la gentilidad lo recibió. ---Pues en la gentilidad en la cual no hubo patriarca, no hubo profeta; para entender a Dios, quien usase de la razón, casi no hubo hombre. De esta soledad se dice por Isaías: Se alegrará la desierta e invía, y exultará la soledad, y florecerá como el lirio (Is 35, 1). Y de nuevo se dice de la Iglesia: Pondrá su desierto como delicias, y su soledad como huerto del Señor (Is 51, 3). Pero la tierra de salsugo es esta misma soledad repetida, la cual antes de que conociese la verdadera sabiduría de Dios, había producido salsugo, porque no produciendo ningún verdor de buen entendimiento, sabía cosas perversas. Recibió, pues, casa en la soledad y tabernáculo en tierra de salsugo, porque Dios encarnado por los hombres, dejada Judea, poseyó los corazones de la gentilidad. De donde se le dice por la voz del Padre por el profeta: Pídeme, y te daré las gentes por tu heredad, y por tu posesión los términos de la tierra (Sal 2, 8). El cual conforme a esto que es Dios, con el Padre da todas las cosas, pero conforme a esto que es hombre, del Padre recibe entre todas las cosas, según está escrito: Le dio potestad también de hacer juicio, porque es hijo del hombre (Jn 5, 27). Y de nuevo está escrito: Sabiendo que todas las cosas le había dado el Padre en las manos (Jn 13, 3). O como Él mismo dice: Todo lo que me da el Padre, vendrá a mí (Jn 6, 37). Ya pues si se pregunta qué dista entre casa y tabernáculo, la casa está en la habitación, el tabernáculo en el camino. Los corazones, pues, de los gentiles como ciertos tabernáculos tuvo viniendo, pero confirmándolos por la justicia, los hizo casa habitando. Y porque despreció imitar la vida de aquellos a quienes había venido, rectamente se añade:

CAPÍTULO XXIV.

VERS. 7.---Desprecia la multitud de la ciudad.

69. No siguió los ejemplos de la multitud, sino que propuso los suyos para ser seguidos. La vida presente no ha de ser amada por sí misma, sino que ha de ser tolerada por la futura.---Es decir, desprecia las costumbres de la conversación humana. Pues hecho hombre entre los hombres, no quiso mantener el uso de los hombres. Pues para esto fue hecho hombre entre nosotros, para que no solo nos redimiese con su sangre derramada, sino que también nos conmutase por el ejemplo mostrado. En nuestra conversación, pues, viniendo encontró unas cosas, y viviendo enseñó otras. Pues todos los engendrados de la soberbia estirpe de Adán estudiaban apetecer las cosas prósperas de la vida presente, evitar las adversas, huir de los oprobios, seguir la gloria.

Venit inter eos Dominus incarnatus adversa appetens, prospera spernens, opprobria amplectens, gloriam fugiens. Nam cum Judaei illum regem sibi constituere voluissent, fieri rex refugit (Joan. VI, 15). Cum vero eum interficere molirentur, sponte ad crucis patibulum venit (Ibid., XVIII, 4). Fugit ergo quod omnes appetunt, appetiit quod omnes fugiunt. Sed cum fugit quod omnes appetunt, appetiit quod omnes fugiunt, fecit quod omnes mirarentur, ut et mortuus ipse resurgeret, et morte sua alios de morte resuscitaret.

[Vet. XXXI.] Duae quippe vitae sunt hominis in corpore consistentis, una ante mortem, alia post resurrectionem: quarum unam omnes agendo noverant, alteram nesciebant; et humanum genus soli huic quam noverat intendebat. Venit per carnem Dominus, et dum suscepit unam; alteram demonstravit. Dum hanc nobis cognitam suscepit, illam quae nobis est incognita ostendit. Moriendo quippe vitam exercuit quam tenemus, resurgendo aperuit quam quaeramus, 988 exemplo suo nos docens quod haec vita quam ante mortem ducimus non propter se amanda sit, sed propter alteram toleranda. Quia ergo nova conversatione usus inter homines, mores Babyloniae secutus non est, bene de eo scriptum est: Contemnit multitudinem civitatis.

70. Christus multitudinem per spatiosa vagantem deseruit.---Vel certe quod multos per spatiosam viam vagantes deseruit, et per angusta gradientes paucos elegit. Multitudinem namque civitatis contemnere est humani generis partem quae latam viam ingreditur (Matth. VII, 13), quae et pro abundantia iniquitatis multa est, a regni sui sorte reprobare. Sequitur:

CAPUT XXV.

IBID.---Clamorem exactoris non audit.

71. Exactoris, scilicet diaboli clamorem non audivit.---Sicut supra dictum est, quis hoc loco exactor accipi nisi diabolus potest? Qui male suadendo spem contulit immortalitatis, sed decipiendo exigit tributum mortis; qui suadendo intulit culpam, saeviendo exigit poenam. Hujus exactoris sermo est ante mortem hominis astuta persuasio, clamor vero ejus est violenta jam rapina post mortem. Quos enim ante mortem latenter intercipit, hos ad supplicii sui consortium post mortem violenter rapit. Sed quia ad mortem veniens Dominus, hujus exactoris violentos impetus non expavit, sicut ipse ait: Venit enim princeps hujus mundi et in me non habet quidquam (Joan. XIV, 30), bene dicitur: Clamorem exactoris non audit. Venit quippe ad eum exactor humani generis, quia illum hominem vidit. Sed quem infirmitate despectum hominem credidit, virtute supra hominem sensit.

Vino entre ellos el Señor encarnado apeteciendo las cosas adversas, despreciando las prósperas, abrazando los oprobios, huyendo de la gloria. Pues cuando los judíos habían querido constituirlo rey para sí, rehusó ser hecho rey (Jn 6, 15). Pero cuando se esforzaban por matarlo, espontáneamente vino al patíbulo de la cruz (Ibíd., 18, 4). Huyó, pues, de lo que todos apetecen, apeteció lo que todos huyen. Pero como huyó de lo que todos apetecen, y apeteció lo que todos huyen, hizo lo que todos se maravillasen, para que muerto Él mismo resurgiese, y con su muerte resucitase a otros de la muerte.

[Vet. XXXI.] Dos vidas hay ciertamente del hombre que consiste en el cuerpo, una antes de la muerte, otra después de la resurrección: de las cuales todos conocían una obrando, la otra no la conocían; y el género humano solo a esta que conocía atendía. Vino por la carne el Señor, y mientras recibió la una, demostró la otra. Mientras recibió esta conocida para nosotros, mostró aquella que es para nosotros incógnita. Pues muriendo ejercitó la vida que tenemos, resurgiendo abrió la que busquemos, enseñándonos con su ejemplo que esta vida que llevamos antes de la muerte no ha de ser amada por sí misma, sino que ha de ser tolerada por la otra. Porque pues usó de una nueva conversación entre los hombres, no siguió las costumbres de Babilonia, bien de Él está escrito: Desprecia la multitud de la ciudad.

70. Cristo desamparó a la multitud que vaga por lo espacioso.---O ciertamente que desamparó a muchos que vagan por la vía espaciosa, y eligió a unos pocos que caminan por lo angosto. Pues despreciar la multitud de la ciudad es reprobar de la suerte de su reino a la parte del género humano que ingresa por la vía ancha (Mt 7, 13), la cual incluso por la abundancia de la iniquidad es mucha. Sigue:

CAPÍTULO XXV.

IBÍD.---No oye el clamor del exactor.

71. No oyó el clamor del exactor, a saber, del diablo.---Como se ha dicho arriba, ¿quién puede ser tomado en este lugar por el exactor sino el diablo? Quien persuadiendo mal trajo la esperanza de la inmortalidad, pero engañando exige el tributo de la muerte; quien persuadiendo introdujo la culpa, y ensañándose exige la pena. El habla de este exactor es la astuta persuasión antes de la muerte del hombre, pero su clamor es ya la violenta rapiña después de la muerte. Pues a los que antes de la muerte intercepta latentemente, a estos los rapta violentamente después de la muerte para el consorcio de su suplicio. Pero porque el Señor, viniendo a la muerte, no temió los ímpetus violentos de este exactor, como Él mismo dice: Pues viene el príncipe de este mundo, y en mí no tiene nada (Jn 14, 30), bien se dice: No oye el clamor del exactor. Vino ciertamente a Él el exactor del género humano, porque vio a aquel hombre. Pero a quien creyó hombre despreciado en la enfermedad, lo sintió Dios sobre el hombre por la virtud.

[Rec. XVI.] 72. Hujus exactoris typus, Laban; Christi, Jacob; Ecclesiae, Rachel fuit.---Hujus nimirum exactoris typum Laban tenuit, quando cum furore veniens sua apud Jacob idola requisivit (Genes. XXXI, 1, seq.). Laban quippe interpretatur dealbatio. Dealbatio autem non inconvenienter diabolus accipitur; qui cum sit tenebrosus ex merito, transfigurat se in angelum lucis (II Cor. XI, 14). Huic servivit Jacob, id est ex parte reproborum Judaicus populus, cujus ex carne incarnatus Dominus venit. Potest etiam per Laban mundus hic exprimi, qui cum furore Jacob persequitur, quia electos quosque qui Redemptoris nostri membra sunt, persequendo opprimere conatur. Hujus filiam, id est sive mundi, sive diaboli, Jacob abstulit, cum sibi Christus Ecclesiam ex gentilitate conjunxit. Quam et de domo patris abstrahit, quia ei per Prophetam dicit: Obliviscere populum tuum, et domum patris tui (Psal. XLIV, 11). Quid vero in idolis, nisi avaritia designatur? Unde per Paulum dicitur: Et avaritia, quae est idolorum servitus (Coloss. III, 5). Laban ergo veniens apud Jacob idola non invenit, quia ostensis mundi thesauris, diabolus in Redemptore nostro vestigia concupiscentiae terrenae non reperit. Sed quae Jacob non habuit, ea Rachel sedendo cooperuit. Per Rachel quippe, quae et ovis dicitur, Ecclesia figuratur. Sedere autem, est humilitatem poenitentiae appetere, sicut scriptum est: Surgite postquam sederitis (Psal. CXXVI, 2). Rachel ergo idola sedendo operuit, quia sancta Ecclesia Christum sequens terrenae concupiscentiae vitia poenitendo texit. De hac coopertione vitiorum per Psalmistam dicitur: Beati quorum remissae sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata (Psal. XXXI, 1). Nos igitur Rachel illa 989 signavit, qui idola sedendo premimus, si culpas avaritiae poenitendo damnamus. Quae utique avaritia illis non solet evenire, qui in via Domini viriliter currunt, quibus dicitur: Viriliter agite, et confortetur cor vestrum (Psal. XXX, 25), sed his maxime qui quasi effeminato gressu gradientes per blandimenta saeculi resolvuntur. Unde et illic ejusdem Rachelis haec verba sunt: Juxta consuetudinem feminarum nunc accidit mihi (Genes. XXXI, 35). Apud Jacob ergo idola Laban non reperit, quia exactor callidus quid in Redemptore nostro reprehenderet, non invenit. De quo exactore Redemptori nostro gentilitatem ab ejus dominio liberanti per prophetam dicitur: Jugum enim oneris ejus, et virgam humeri ejus, et sceptrum exactoris ejus superasti, sicut in die Madian (Isai. IX, 4). Eripiens quippe gentilitatem Dominus, superavit jugum oneris ejus, cum eam adventu suo ab illa daemoniacae tyrannidis servitute liberavit. Superavit virgam humeri ejus, cum percussionem illius, quae ex perverso opere graviter deprimebat, ab humano genere redempto compescuit. Superavit sceptrum exactoris ejus, cum regnum ejusdem diaboli, qui pro pestifera perpetratione vitiorum exigere consueverat debita tributa poenarum, de fidelium corde destruxit.

[Rec. XVI.] 72. De este exactor fue tipo Labán, de Cristo Jacob, de la Iglesia Raquel.---Sin duda de este exactor tuvo el tipo Labán, cuando viniendo con furor buscó sus ídolos en casa de Jacob (Gén 31, 1, sig.). Pues Labán se interpreta "blanqueo". Y el diablo no inconvenientemente es tomado por blanqueo; quien, siendo tenebroso por mérito, se transfigura en ángel de luz (2 Cor 11, 14). A este sirvió Jacob, esto es, por parte de los réprobos el pueblo judaico, de cuya carne vino el Señor encarnado. Puede también por Labán expresarse este mundo, que con furor persigue a Jacob, porque a todos los electos que son miembros de nuestro Redentor, persiguiéndolos intenta oprimirlos. A la hija de este, esto es, sea del mundo sea del diablo, Jacob la quitó, cuando Cristo se unió para sí la Iglesia de la gentilidad. A la cual también abstrae de la casa del padre, porque le dice por el Profeta: Olvida tu pueblo y la casa de tu padre (Sal 44, 11). Pero ¿qué se designa en los ídolos sino la avaricia? De donde se dice por Pablo: Y la avaricia, que es servidumbre de ídolos (Col 3, 5). Labán, pues, viniendo no encontró los ídolos en casa de Jacob, porque mostrados los tesoros del mundo, el diablo no halló en nuestro Redentor vestigios de concupiscencia terrena. Pero lo que Jacob no tuvo, eso lo cubrió Raquel sentándose. Pues por Raquel, que también se dice oveja, se figura la Iglesia. Pero sentarse es apetecer la humildad de la penitencia, según está escrito: Levantaos después de que os hayáis sentado (Sal 126, 2). Raquel, pues, cubrió los ídolos sentándose, porque la santa Iglesia siguiendo a Cristo cubrió los vicios de la concupiscencia terrena haciendo penitencia. De esta cobertura de los vicios se dice por el Salmista: Bienaventurados aquellos a quienes han sido remitidas sus iniquidades, y cuyos pecados han sido cubiertos (Sal 31, 1). A nosotros, por tanto, aquella Raquel nos significó, los cuales oprimimos los ídolos sentándonos, si condenamos las culpas de la avaricia haciendo penitencia. La cual avaricia por cierto no suele acontecer a aquellos que corren varonilmente en la vía del Señor, a los cuales se dice: Obrar varonilmente, y confórtese vuestro corazón (Sal 30, 25), sino a estos máximamente que como caminando con paso afeminado se disuelven por los halagos del siglo. De donde también allí son estas palabras de la misma Raquel: Según la costumbre de las mujeres me sucede ahora (Gén 31, 35). En casa de Jacob, pues, los ídolos Labán no los halló, porque el exactor cauteloso no encontró qué reprender en nuestro Redentor. De cuyo exactor se dice a nuestro Redentor librando a la gentilidad de su dominio por el profeta: Pues el yugo de su carga, y la vara de su hombro, y el cetro de su exactor los superaste, como en el día de Madián (Is 9, 4). Pues arrebatando el Señor a la gentilidad, superó el yugo de su carga, cuando con su venida la libró de aquella servidumbre de la tiranía demoníaca. Superó la vara de su hombro, cuando la percusión de aquel, que por la obra perversa gravemente deprimía, la contuvo del género humano redimido. Superó el cetro de su exactor, cuando el reino del mismo diablo, que por la pestífera perpetración de los vicios había acostumbrado exigir los debidos tributos de las penas, lo destruyó del corazón de los fieles.

[Vet. XXXII, Rec. XVII.] 73. Gedeonis contra Madianitas insolens pugna, Christi certamen praesignavit.---Sed quomodo haec acta sunt audiamus. Subjunctum est illico: Sicut in die Madian. Non abs re arbitror si hoc Madianitarum bellum quod in comparatione adventus Dominici a propheta vigilanter illatum est aliquando latius disseramus. In libro quippe Judicum (Judic. VII, 1 seq.), Gedeon contra Madianitas dimicasse describitur. Is cum exercitus multitudinem ad bella produceret, divina illi admonitione praeceptum est ut ad fluvium veniens, omnes quos flexis genibus aquas haurire conspiceret, a bellorum conflictu removeret. Actumque est ut trecenti viri tantummodo, qui stantes manibus aquas hauserant, remanerent. Cum his ad praelium pergit, eosque non armis, sed tubis, lampadibus et lagenis armavit (Ibid., 19, seq.). Nam, sicut illic scriptum est, accensas lampades miserunt intra lagunculas, et tubas in dextra, lagenas autem in sinistra tenuerunt; et ad hostes suos cominus venientes, cecinerunt tubis, confregerunt lagunculas, lampades apparuerunt; et hinc tubarum sonitu, illinc lampadum coruscatione territi hostes, sunt in fugam conversi.

Quid hoc est, quod tale bellum per prophetam ad medium adducitur, et adventui Redemptoris nostri istius pugnae victoria comparatur? An indicare propheta nobis studuit, quod adventum Redemptoris nostri contra diabolum illa sub Gedeon duce pugnae victoria designavit? Talia illic nimirum acta sunt, quae quanto magis usum pugnandi transeunt, tanto amplius a prophetandi mysterio non recedunt. Quis enim unquam cum lagenis et lampadibus ad praelium venit? Quia contra arma veniens, arma deseruit? Ridicula nobis haec profecto fuerant, si terribilia hostibus non fuissent. Sed victoria ipsa testante didicimus, ne parvi haec quae facta sunt perpendamus. Gedeon itaque ad praelium veniens, Redemptoris nostri signat adventum, 990 de quo scriptum est: Tollite portas principes vestras, et elevamini portae aeternales, et introibit rex gloriae. Quis est iste rex gloriae? Dominus fortis et potens, Dominus potens in praelio (Psal. XXIII, 7). Hic Redemptorem nostrum non solum opere, sed etiam nomine prophetavit. Gedeon namque interpretatur, circumiens in utero. Dominus enim noster per majestatis potentiam omnia complectitur, et tamen per dispensationis gratiam intra uterum Virginis humanitatem sumens venit. Quis est ergo circumiens in utero, nisi omnipotens Deus sua dispensatione nos redimens, divinitate cuncta complectens, et humanitatem intra uterum sumens? In quo utero et incarnatus est, et clausus non est, quia et intra uterum fuit per infirmitatis substantiam, et extra mundum per potentiam majestatis. Madian vero interpretatur, de judicio.

[Vet. XXXII, Rec. XVII.] 73. La insolente lucha de Gedeón contra los madianitas presignificó el certamen de Cristo.---Pero oigamos cómo se hicieron estas cosas. Se añadió al punto: Como en el día de Madián. No juzgo fuera de lugar si este bellum de los madianitas, que por el profeta fue vigilante traído en comparación del advenimiento dominico, lo disertamos alguna vez más ampliamente. Pues en el libro de los Jueces (Jue 7, 1 sig.), se describe que Gedeón luchó contra los madianitas. Él, cuando producía una multitud de ejército para las guerras, le fue preceptuado por divina amonestación que viniendo al río, removiera del conflicto de las guerras a todos los que viera que con las rodillas dobladas tomaban agua. Y se hizo que trescientos varones solamente, que estando de pie con las manos habían tomado agua, remanecieran. Con estos marcha al combate, y los armó no con armas, sino con trompetas, lámparas y cántaros (Ibíd., 19, sig.). Pues, como allí está escrito, metieron lámparas encendidas dentro de los cantarillos, y tuvieron las trompetas en la diestra, pero los cántaros en la siniestra; y viniendo de cerca a sus hostes, tocaron las trompetas, rompieron los cantarillos, aparecieron las lámparas; y de aquí por el sonido de las trompetas, de allí por la coruscación de las lámparas, aterrados los hostes, fueron convertidos en fuga.

¿Qué es esto, que tal guerra sea traída al medio por el profeta, y se compare la victoria de aquella lucha al advenimiento de nuestro Redentor? ¿Acaso el profeta estudió indicarnos que aquella victoria de la lucha bajo el duque Gedeón designó el advenimiento de nuestro Redentor contra el diablo? Tales cosas allí sin duda se hicieron, las cuales cuanto más trascienden el uso de luchar, tanto más no se apartan del misterio de profetizar. ¿Quién alguna vez con cántaros y lámparas vino al combate? ¿Porque viniendo contra las armas, desertó las armas? Ridículas nos habrían sido estas cosas por cierto, si no hubieran sido terribles para los hostes. Pero por el testimonio de la victoria misma aprendimos que no sopesemos como pequeñas estas cosas que se hicieron. Gedeón, pues, viniendo al combate, signa el advenimiento de nuestro Redentor, de quien está escrito: Alzad vuestras puertas, oh príncipes, y alzaos puertas eternales, e ingresará el rey de la gloria. ¿Quién es este rey de la gloria? El Señor fuerte y potente, el Señor potente en la lucha (Sal 23, 7). Este profetizó a nuestro Redentor no solo por la obra, sino también por el nombre. Pues Gedeón se interpreta "circuyendo en el útero". Pues nuestro Señor por la potencia de la majestad lo abraza todo, y sin embargo por la gracia de la dispensación vino tomando la humanidad dentro del útero de la Virgen. ¿Quién es, pues, el "circuyendo en el útero", sino el Dios omnipotente redimiéndonos con su dispensación, abrazándolo todo con la divinidad, y tomando la humanidad dentro del útero? En cuyo útero fue encarnado y no fue cerrado, porque estuvo tanto dentro del útero por la substancia de la enfermedad, como fuera del mundo por la potencia de la majestad. Madián, en cambio, se interpreta "del juicio".

Ut enim hostes ejus repellendi destruendique essent, non de vitio repellentis, sed de judicio juste judicantis fuit. Et idcirco de judicio vocantur, quia alieni a gratia Redemptoris, justae damnationis meritum etiam in vocabulo nominis trahunt.

[Vet. XXXIII.]. 74. Quid significent trecenti milites cum Gedeone pugnantes.--- Contra hos Gedeon cum trecentis pergit ad praelium. Solet in centenario numero plenitudo perfectionis intelligi. Quid ergo per ter ductum centenarium numerum designatur, nisi perfecta cognitio Trinitatis? Cum his quippe Dominus noster adversarios fidei destruit, cum his ad praedicationis bella descendit, qui possunt divina cognoscere, qui sciunt de Trinitate, quae Deus est, perfecta sentire.

Notandum vero est quia iste trecentorum numerus in tau littera continetur, quae crucis speciem tenet. Cui si super transversam lineam id quod in cruce eminet adderetur, non jam crucis species, sed ipsa crux esset. Quia ergo iste trecentorum numerus in tau littera continetur, et per tau litteram, sicut diximus, species crucis ostenditur, non immerito in his trecentis Gedeonem sequentibus illi designati sunt, quibus dictum est: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me (Luc. IX, 23). Qui sequentes Dominum tanto verius crucem tollunt, quanto acrius et se edomant, et erga proximos suos charitatis compassione cruciantur. Unde et per Ezechielem prophetam dicitur: Signa tau super frontes virorum gementium et dolentium (Ezech. IX, 4). Vel certe in his trecentis, qui in tau littera continentur, hoc exprimitur, quod ferrum hostium crucis ligno superetur. Ductique sunt ad fluvium, ut aquas biberent, et quicunque aquas flexis genibus hauserunt, a bellica intentione remoti sunt. Aquis namque, doctrina sapientiae; stante autem genu, recta operatio designatur. Qui ergo dum aquas bibunt, genuflexisse perhibentur, a bellorum certamine prohibiti recesserunt, quia cum illis Christus contra hostes fidei pergit ad praelium, qui cum doctrinae fluenta hauriunt, rectitudinem operum non inflectunt. Omnes quippe tunc bibisse aquam, sed non omnes recto genu stetisse narrati sunt. Reprobatique sunt, qui genua, dum aquas biberent, inflexerunt; quia attestante Apostolo: Non auditores legis justi sunt apud Deum, sed 991 factores legis justificabuntur (Rom. II, 13).

Pues para que sus hostes hubieran de ser repelidos y destruidos, no fue por vicio del repelente, sino por el juicio del que justamente juzga. Y por eso son llamados "del juicio", porque ajenos de la gracia del Redentor, atraen el mérito de la justa condenación incluso en el vocablo del nombre.

[Vet. XXXIII.] 74. Qué signifiquen los trescientos soldados que luchan con Gedeón.---Contra estos marcha Gedeón al combate con trescientos. Suele entenderse en el número centenario la plenitud de la perfección. ¿Qué se designa, pues, por el número centenario traído tres veces, sino el perfecto conocimiento de la Trinidad? Pues con estos nuestro Señor destruye a los adversarios de la fe, con estos desciende a las guerras de la predicación, los cuales pueden conocer las cosas divinas, los cuales saben sentir perfectamente sobre la Trinidad, que es Dios.

Pero ha de notarse que este número de trescientos se contiene en la letra Tau, que tiene la especie de la cruz. A la cual si sobre la línea transversa se añadiera aquello que en la cruz sobresale, ya no sería especie de cruz, sino la cruz misma. Porque, pues, este número de trescientos se contiene en la letra Tau, y por la letra Tau, como dijimos, se muestra la especie de la cruz, no sin mérito en estos trescientos que siguen a Gedeón fueron designados aquellos a quienes se dijo: Si alguno quiere venir en pos de mí, niéguese a sí mismo, y tome su cruz, y sígame (Lc 9, 23). Los cuales siguiendo al Señor tanto más verdaderamente toman la cruz, cuanto más acérrimamente tanto se edoman a sí mismos, como se crucifican por la compasión de la caridad hacia sus prójimos. De donde también se dice por el profeta Ezequiel: Signa Tau sobre las frentes de los varones que gimen y que duelen (Ez 9, 4). O ciertamente en estos trescientos, que se contienen en la letra Tau, se expresa esto: que el hierro de los hostes sea superado por el leño de la cruz. Y fueron llevados al río para que bebiesen agua, y quienesquiera que tomaron agua con las rodillas dobladas, fueron removidos de la intención bélica. Pues por las aguas se designa la doctrina de la sabiduría; pero por la rodilla estante, la recta operación. Aquellos, pues, que mientras beben agua se refiere haber doblado la rodilla, se retiraron prohibidos del certamen de las guerras, porque Cristo marcha al combate contra los hostes de la fe con aquellos que, mientras agotan los fluentes de la doctrina, no inclinan la rectitud de las obras. Pues todos se narró entonces haber bebido agua, pero no todos haber estado con la rodilla recta. Y fueron reprobados los que doblaron las rodillas mientras bebían las aguas; porque, atestiguando el Apóstol: No los oidores de la ley son justos ante Dios, sino los factores de la ley serán justificados (Rom 2, 13).

Quia enim, ut diximus, dissolutio operum in ipsa genuum incurvatione signatur, recte rursum per Paulum dicitur: Remissas manus et dissoluta genua erigite, et gressus rectos facite pedibus vestris (Hebr. XII, 12). Hi ergo Christo duce ad bellum procedunt, qui hoc quod ore annuntiant opere ostendunt, qui fluenta doctrinae spiritualiter hauriunt, nec tamen in pravis operibus inflectuntur carnaliter, quia sicut scriptum est: Non est speciosa laus in ore peccatoris (Eccli. XV, 9).

75. Quid tubae, lampades et lagenae, cum quibus ad praelium perrexerunt, et hostes debellarunt.---Itum ergo est ad praelium cum tubis, cum lampadibus, cum lagenis. Inusitatus iste, ut diximus, fuit ordo praeliandi. Cecinerunt tubis, et sinistris lagenae tenebantur: intra lagenas autem sunt missae lampades; confractis vero lagenis lampades ostensae sunt, quarum coruscante luce, hostes territi in fugam vertuntur. Designatur itaque in tubis clamor praedicantium, in lampadibus, claritas miraculorum, in lagenis fragilitas corporum. Tales quippe secum dux noster ad praedicationis praelium duxit, qui despecta salute corporum, hostes suos moriendo prosternerent, eorumque gladios non armis, non gladiis, sed patientia superarent. Armati enim venerunt sub duce suo ad praelium martyres nostri; sed tubis, sed lagenis, sed lampadibus. Qui sonuerunt tubis, dum praedicant; confregerunt lagenas, dum solvenda in passione sua corpora hostilibus gladiis opponunt; resplenduerunt lampadibus, dum post solutionem corporum miraculis coruscaverunt. Moxque hostes in fugam conversi sunt; quia dum mortuorum martyrum corpora miraculis coruscare conspiciunt, luce veritatis fracti, quod impugnaverunt, crediderunt. Cecinerunt ergo tubis, ut lagenae frangerentur; lagenae fractae sunt, ut lampades apparerent; apparuerunt lampades, ut hostes in fugam verterentur; id est, praedicaverunt martyres, donec eorum corpora in morte solverentur; corpora eorum in morte soluta sunt, ut miraculis coruscarent; coruscaverunt miraculis, ut hostes suos ex divina luce prosternerent, quatenus nequaquam Deo erecti resisterent, sed eum subditi formidarent.

76. Fidei praedicatores plus morte sua, quam praedicatione profecerunt.---Et notandum quod steterunt hostes ante lagenas, fugerunt ante lampades, quia nimirum persecutores sanctae Ecclesiae, fidei praedicatoribus adhuc in corpore positis restiterunt; post solutionem vero corporum apparentibus miraculis in fugam versi sunt, quia, pavore conterriti, a persecutione fidelium cessaverunt. Praedicatione scilicet tubarum, fractis lagenis corporum, visis timuerunt lampadibus miraculorum.

Pues porque, como dijimos, la disolución de las obras se signa en la misma encorvadura de las rodillas, rectamente de nuevo se dice por Pablo: Erigid las manos remisas y las rodillas disueltas, y haced pasos rectos con vuestros pies (Heb 12, 12). Estos, pues, con Cristo duque proceden a la guerra, los cuales muestran con la obra lo que anuncian con la boca, los cuales agotan los fluentes de la doctrina espiritualmente, y sin embargo no se inclinan carnalmente en las obras pravas, porque según está escrito: No es hermosa la alabanza en la boca del pecador (Eclo 15, 9).

75. Qué las trompetas, las lámparas y los cántaros, con los que marcharon al combate y debelaron a los hostes.---Se fue, pues, al combate con trompetas, con lámparas, con cántaros. Inusitado fue este, como dijimos, orden de luchar. Tocaron las trompetas, y en las siniestras se tenían los cántaros: dentro de los cántaros en cambio se metieron lámparas; rotos en cambio los cántaros se mostraron las lámparas, por cuya coruscante luz, aterrados los hostes se vuelven en fuga. Se designa por tanto en las trompetas el clamor de los que predican, en las lámparas la claridad de los milagros, en los cántaros la fragilidad de los cuerpos. Tales por cierto llevó consigo nuestro duque al combate de la predicación, que despreciada la salud de los cuerpos, postraran a sus hostes muriendo, y superaran sus espadas no con armas, no con espadas, sino por la paciencia. Armados vinieron bajo su duque al combate nuestros mártires; pero con trompetas, pero con cántaros, pero con lámparas. Los cuales sonaron con las trompetas mientras predican; rompieron los cántaros mientras oponen sus cuerpos que han de ser disueltos en su pasión a las espadas hostiles; resplandecieron con las lámparas mientras después de la disolución de los cuerpos coruscaron con milagros. Y pronto los hostes fueron convertidos en fuga; porque mientras ven que los cuerpos de los mártires muertos coruscan con milagros, rotos por la luz de la verdad, creyeron lo que impugnaron. Tocaron, pues, las trompetas para que se rompieran los cántaros; los cántaros fueron rotos para que aparecieran las lámparas; aparecieron las lámparas para que los hostes fuesen convertidos en fuga; esto es, predicaron los mártires hasta que sus cuerpos fuesen disueltos en la muerte; sus cuerpos fueron disueltos en la muerte para que coruscaran con milagros; coruscaron con milagros para que postraran a sus hostes por la divina luz, a fin de que de ningún modo se resistieran a Dios erguidos, sino que lo temieran sujetos.

76. Los predicadores de la fe más con su muerte que con su predicación aprovecharon.---Y ha de notarse que estuvieron de pie los hostes ante los cántaros, huyeron ante las lámparas, porque sin duda los perseguidores de la santa Iglesia resistieron a los predicadores de la fe todavía puestos en el cuerpo; en cambio después de la disolución de los cuerpos apareciendo los milagros fueron convertidos en fuga, porque, aterrados por el pavor, cesaron de la persecución de los fieles. Temieron a saber la predicación de las trompetas, los rotos cántaros de los cuerpos, las vistas lámparas de los milagros.

[Vet. XXXIV.] 77. Cui major est cura corporis quam praedicationis, metuenda reprobatio.---Intuendum est etiam id quod illic scriptum est, quia in dextera tubas, lagenas autem in sinistra tenuerunt. Pro dextero enim habere dicimur quidquid pro magno pensamus; pro sinistro vero quod pro nihilo ducimus. Bene ergo illic scriptum est quod in dextera tubas, lagenas autem in sinistra tenuerunt, quia Christi martyres pro magno habent praedicationis gratiam, corporum vero utilitatem pro minimo. Quisquis enim plus facit utilitatem corporis, quam gratiam praedicationis, in sinistra tubam, atque in dextera lagenam tenet. Si enim priori loco gratia praedicationis attenditur, 992 et posteriori utilitas corporis, certum est quia in dextris tubae, et sinistris lagenae teneantur. Hinc Dominus in Evangelio ait: Neque accendunt lucernam, et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum (Matth. V, 15). In modio enim commodum temporale, in lucerna autem lux praedicationis accipitur. Lucernam ergo sub modio ponere est propter temporale commodum, gratiam praedicationis abscondere, quod nemo utique electorum facit. Et bene illic additur: Sed super candelabrum. In candelabro enim status corporis designatur, cui lucerna superponitur, dum eidem corpori cura praedicationis antefertur. Bene itaque per Prophetam dictum est: Sceptrum exactoris ejus superasti, sicut in die Madian (Isai. IX, 4). Sed quia exponendi prophetici testimonii gratia longe digressi sumus, ad operis nostri ordinem revertamur. Igitur postquam dictum est: Clamorem exactoris non audiit, quia videlicet antiqui hostis insidias Dominus in carne manifestatus despexit, quid etiam de electis suis fecerit recte subjungit, dicens:

CAPUT XXVI.

VERS. 8.---Circumspicit montes pascuae suae.

78. Etiam superbos in sua membra transformavit Christus. Convertit eos quos aspicit. ---Montes accipimus omnes elatos hujus saeculi, qui in corde suo altitudine terrena tumuerunt. Sed quia etiam tales Dominus Ecclesiae suae corpori conversos inviscerat, eosque a priori elatione commutans, in sua membra transformat, isti montes pascuae ejus sunt, quia nimirum de conversione errantium, et de superborum humilitate satiatur, sicut ipse ait: Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus qui me misit (Joan. IV, 34).

[Vet. XXXIV.] 77. A quien mayor es el cuidado del cuerpo que de la predicación, ha de temerse la reprobación.---Ha de intuirse también eso que allí está escrito, que en la diestra tuvieron las trompetas, pero los cántaros en la siniestra. Pues por diestro se dice que tenemos lo que por grande pesamos; por siniestro en cambio lo que por nada reputamos. Bien, pues, allí está escrito que en la diestra tuvieron las trompetas, pero los cántaros en la siniestra, porque los mártires de Cristo por grande tienen la gracia de la predicación, pero por mínima la utilidad de los cuerpos. Pues quienquiera que hace más la utilidad del cuerpo que la gracia de la predicación, en la siniestra tiene la trompeta y en la diestra el cántaro. Pues si en el primer lugar se atiende la gracia de la predicación, y en el posterior la utilidad del cuerpo, cierto es que en las diestras se tengan las trompetas y en las siniestras los cántaros. De aquí dice el Señor en el Evangelio: Ni encienden una lámpara y la ponen bajo el almud, sino sobre el candelero (Mt 5, 15). Pues en el almud se toma el cómodo temporal, en cambio en la lámpara la luz de la predicación. Poner, pues, la lámpara bajo el almud es por el cómodo temporal esconder la gracia de la predicación, lo cual nadie por cierto de los electos hace. Y bien se añade allí: Sino sobre el candelero. Pues en el candelero se designa el estado del cuerpo, al cual se superpone la lámpara, mientras al mismo cuerpo se antepone el cuidado de la predicación. Bien por tanto se dijo por el Profeta: Superaste el cetro de su exactor, como en el día de Madián (Is 9, 4). Pero porque por gracia de exponer el testimonio profético nos hemos desviado largamente, volvamos al orden de nuestra obra. Por tanto, después de que se dijo: No oyó el clamor del exactor, porque a saber las insidias del antiguo enemigo el Señor manifestado en la carne las despreció, qué también haya hecho de sus electos rectamente añade, diciendo:

CAPÍTULO XXVI.

VERS. 8.---Circunspeta los montes de su pasto.

78. También a los soberbios transformó Cristo en sus miembros. Convierte a los que mira. ---Por los montes entendemos a todos los elados de este siglo, que en su corazón se hincharon con altitud terrena. Pero porque también a tales el Señor los invisceró convertidos al cuerpo de su Iglesia, y conmutándolos de su elación anterior, los transforma en sus miembros, estos montes son de su pasto, porque sin duda de la conversión de los errantes, y de la humildad de los soberbios se sacia, como Él mismo dice: Mi comida es que haga la voluntad de aquel que me envió (Jn 4, 34).

Et sicut apostolis ad praedicationis missis praecepit, dicens: Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam (Joan. VI, 27). De his montibus per Prophetam dicitur: Non repellet Dominus plebem suam, quoniam in manu ejus sunt omnes fines terrae, et altitudines montium ipse conspicit (Psal. XCXIV, 4). Altitudines enim montium elationes sunt utique superborum. Quas Dominus conspicere dicitur, id est ab iniquitate sua in melius commutare. Convertit namque Dominus eum quem conspicit. Unde scriptum est: Conversus Dominus respexit Petrum, et recordatus est Petrus verbi Domini sicut dixerat: Quia priusquam gallus cantet, ter me negabis; et egressus foras flevit amare (Luc. XXII, 61). Et sicut Salomon ait: Rex qui sedet in solio judicii, dissipat omne malum intuitu suo (Prov. XX, 8). De hoc respectu montium rursum per prophetam dicitur: Montes sicut cera fluxerunt a facie Domini (Psal. XCXVI, 5), quia post perversitatis suae duritiam, divina formidine liquefacti, ab illo prius rigido tumore substrati sunt.

79. Bonis operibus conversorum pascitur. Magnum Christo convivium fecit Matthaeus, imo fuit. ---Intuendum etiam quod non ait inspicit, sed circumspicit montes pascuae suae. In Judaea quippe incarnatus est Dominus, quae posita in medio gentium fuit. Atque ideo circumspexit montes, quia elatos hujus saeculi circumquaque positos ex gentilitate universitate collegit. In his itaque montibus pascitur, quia bonis operibus conversorum quasi herbis virentibus satiatur. Hinc est quod ei sponsae voce in Canticis canticorum dicitur: Indica mihi ubi pascas, ubi cubes in meridie (Cant. I, 6). Pascitur quippe Dominus, cum bonis nostris actibus delectatur. Cubat vero in meridie, cum ex desideriis carnalibus ardenti corde reproborum apud 993 electorum suorum pectora refrigerium invenit cogitationis bonae. Mons enim quidam Matthaeus fuerat, quando in telonii lucris tumebat; de quo et scriptum est quia postquam credidit, invitato in domum suam Domino, convivium magnum fecit (Luc. V, 29). Mons itaque iste huic onagro virentis pascuae herbas protulit, quia et foris eum convivio, et intus epulis virtutum pavit. Quod adhuc plenissime expletur, cum subditur:

CAPUT XXVII.

IBID.---Virentia quaeque perquirit.

Y como preceptuó a los apóstoles enviados a la predicación, diciendo: Obrad no la comida que perece, sino la que permanece para la vida eterna (Jn 6, 27). De estos montes se dice por el Profeta: No repelará el Señor a su plebe, por cuanto en su mano están todos los fines de la tierra, y Él mismo conspeta las altitudes de los montes (Sal 94, 4). Pues las altitudes de los montes son ciertamente las elaciones de los soberbios. Las cuales se dice que el Señor conspeta, esto es, las conmuta de su iniquidad a mejor. Pues el Señor convierte a aquel a quien conspeta. De donde está escrito: Convertido el Señor miró a Pedro, y se acordó Pedro del verbo del Señor como había dicho: Que antes que el gallo cante, tres veces me negarás; y habiendo salido fuera lloró amargamente (Lc 22, 61). Y como dice Salomón: El rey que se sienta en el solio del juicio, disipa todo mal con su intuito (Prov 20, 8). De este respeto de los montes se dice de nuevo por el profeta: Los montes como cera fluyeron ante la faz del Señor (Sal 96, 5), porque después de la dureza de su perversidad, licuados por el temor divino, fueron abatidos de aquel tumor antes rígido.

79. Se apacienta con las buenas obras de los conversos. Un gran convite hizo Mateo a Cristo, más aún, lo fue. ---Ha de intuirse también que no dice "inspeta", sino "circunspeta" los montes de su pasto. Pues en Judea fue encarnado el Señor, la cual estuvo puesta en medio de las gentes. Y por eso circunspetó los montes, porque a los elados de este siglo puestos en derredor los colectó de la universidad de la gentilidad. En estos montes, por tanto, se apacienta, porque con las buenas obras de los conversos como con hierbas verdes se sacia. De aquí es que se le dice por la voz de la esposa en los Cantares de los cantares: Indícame dónde apacientas, dónde te recuestas al mediodía (Cant 1, 6). Pues el Señor se apacienta cuando se deleita con nuestros buenos actos. En cambio se recuesta al mediodía cuando, de los deseos carnales con ardiente corazón de los réprobos, halla refrigerio de buen pensamiento en los pechos de sus electos. Pues un monte había sido cierto Mateo, cuando se hinchaba en los lucros del telonio; de quien también está escrito que después que creyó, invitado el Señor a su casa, hizo un gran convite (Lc 5, 29). Este monte, por tanto, produjo a este onagro hierbas de verde pasto, porque tanto fuera lo apacentó con el convite, como dentro con los banquetes de las virtudes. Lo cual todavía se completa plenísimamente, cuando se añade:

CAPÍTULO XXVII

IBÍD. --- Busca todo lo que es verde.

80. Arentia corda Christus deserit; fide ac spe virentia requirit. Arentia enim deserit, et virentia quaeque perquirit. Arentia namque corda sunt hominum, quae in hujus saeculi spe peritura plantata, aeternitatis fiduciam non habent. Virent autem quae illi haereditati inhaerent, de qua Petrus apostolus dicit: In haereditatem incorruptibilem, et incontaminatam, et immarcescibilem (I Pet. I, 4). Tanto enim verius quique virentes sunt, quanto in haereditatis immarcescibilis sorte cogitationis radicem figunt. Quisquis itaque intrinsecus arere formidat, arentia extrinsecus mundi hujus desideria fugiat. Quisquis a Domino perquiri desiderat, aeternam patriam appetens, in interna cordis plantatione viridescat.

81. S. Gregorii modestia et humilitas. Haec autem de onagro exposita sub duplici intellectu sufficiant. Lectoris vero judicio relinquendum est quid magis duxerit eligendum. Et si utriusque expositionis intelligentiam fortasse despexerit, libenter ipse lectorem meum subtilius veriusque sentientem, velut magistrum discipulus sequar, quia mihi proprie donatum credo, quidquid illum me melius sentire cognosco. Omnes enim qui fide pleni de Deo aliquid sonare nitimur, organa veritatis sumus; et in ejusdem veritatis potestate est, utrum per me sonet alteri, an per alterum mihi. Ipsa quippe in medio nostri, etiam non aeque viventibus omnibus aequa est, et saepe alium tangit, ut bene audiat quod per alium ipsa sonuerit; saepe vero alium tangit, ut bene quod ab aliis audiatur sonet.

82. Saepe doctori verbum aut propter auditoris meritum tribuitur, aut propter cuipam subtrahitur. Saepe doctori verbum pro gratia tribuitur auditoris, et saepe propter auditoris culpam subtrahitur sermo doctori. In his ergo quae ubertim praedicat doctor, nulla elatione se efferat, ne fortasse non pro sua, sed pro auditoris gratia ejus repleatur lingua; et in his quae doctor steriliter dicit, auditor non succenseat, ne fortasse doctoris lingua non pro sua, sed pro auditoris reprobatione torpescat. Pro auditoris namque gratia boni, datur etiam malis sermo doctoribus, sicut potuerunt Pharisaeis suppetere verba praedicationis, de quibus scriptum est: Omnia ergo quaecunque dixerint vobis, servate et facite; secundum vero opera eorum nolite facere (Matth. XXIII, 3). Propter auditorum vero reprobationem bonis etiam doctoribus sermo subtrahitur, sicut ad Ezechielem contra Israel dicitur: Linguam tuam adhaerere faciam palato tuo, et eris mutus, nec quasi vir objurgans, quia domus exasperans est (Ezech. III, 26).

80. Cristo abandona los corazones marchitos; busca a los que florecen en la fe y la esperanza. Pues abandona lo marchito, y busca todo lo que es verde. Porque los corazones marchitos son de aquellos hombres que, plantados en la esperanza perecedera de este siglo, no tienen confianza en la eternidad. Pero florecen los que se adhieren a aquella herencia de la que dice el apóstol Pedro: A una herencia incorruptible, incontaminada e inmarcesible (1 Pe 1, 4). Porque cada uno es tanto más verdaderamente verde, cuanto más fija la raíz de su pensamiento en la suerte de la herencia inmarcesible. Quienquiera que, por tanto, tema marchitarse por dentro, huya de los marchitos deseos de este mundo por fuera. Quienquiera que desee ser buscado por el Señor, anhelando la patria eterna, verdezca en la plantación interna del corazón.

81. Modestia y humildad de San Gregorio. Baste lo expuesto sobre el onagro bajo un doble entendimiento. Se ha de dejar al juicio del lector lo que prefiera elegir. Y si por ventura despreciara el entendimiento de ambas exposiciones, yo mismo seguiré gustoso a mi lector que sienta más sutil y verdaderamente, como un discípulo a su maestro, porque creo que me es propiamente dado aquello que reconozco que él siente mejor que yo. Pues todos los que, llenos de fe, nos esforzamos en sonar algo acerca de Dios, somos órganos de la verdad; y en el poder de la misma verdad está el que suene por mí a otro, o por otro a mí. Pues ella misma, en medio de nosotros, es igual incluso para los que no viven todos igualmente, y a menudo toca a uno, para que oiga bien lo que ella misma ha sonado por medio de otro; pero a menudo toca a otro, para que suene bien lo que ha de ser oído por los demás.

82. A menudo la palabra se da al doctor ya sea por el mérito del oyente, o se le retira por su culpa. A menudo la palabra se da al doctor por la gracia del oyente, y a menudo por la culpa del oyente se retira el sermón al doctor. En aquello, pues, que el doctor predica con abundancia, no se eleve con elación alguna, no sea que por ventura su lengua sea llenada no por su causa, sino por la gracia del oyente; y en aquello que el doctor dice con esterilidad, el oyente no se indigne, no sea que por ventura la lengua del doctor se entorpezca no por su causa, sino por la reprobación del oyente. Pues por la gracia del oyente bueno, se da el sermón incluso a los malos doctores, como pudieron suministrarse a los fariseos las palabras de la predicación, de quienes está escrito: Así que, todo lo que os digan, guardadlo y hacedlo; pero no hagáis según sus obras (Mt 23, 3). Pero por la reprobación de los oyentes, se retira el sermón incluso a los buenos doctores, como se dice a Ezequiel contra Israel: Haré que tu lengua se pegue a tu paladar, y estarás mudo, y no serás como varón que reprende, porque es una casa rebelde (Ez 3, 26).

83. Aliquando pro doctoris et auditorum merito vel culpa, datur aut negatur. De accepto nemo extollatur. Spem comitetur timor. Aliquando autem sermo praedicationis propter utrosque datur, aliquando propter utrosque subtrahitur. Propter utrosque enim datur, sicut divina voce Paulo apud Corinthios dicitur: Noli timere, sed loquere (Act. XVIII, 9). Et paulo post: Quia populus multus est mihi in hac civitate (Ibid. 10). Propter utrosque vero subtrahitur, sicut Heli sacerdos et pravam filiorum cognovit actionem, et dignam increpationis non exercuit vocem; cum profecto futurum esset ut in mortis supplicio et istos reatus flagitii, et illum silentii poena multaret (I Reg. III, 12, seq.). Inter haec igitur cum vel pro quo sermo detur, vel propter quem subtrahatur, ignoramus, unum est salubre remedium, nec de his quae aliis magis accepimus, nosmetipsos extollere, nec de eo alterum quod minus acceperit irridere; sed fixo humilitatis pede, graviter et constanter incedere, quia in hac vita tanto veracius docti sumus, quanto doctrinam nobis a nobismetipsis suppetere non posse cognoscimus. Cur ergo quilibet de doctrina superbiat, qui occulto judicio vel cui quando detur, vel quando cui subtrahatur ignorat? Quamvis enim securitati timor semper longe videatur abesse, nobis tamen nihil est securius quam sub spe semper timere, ne incauta mens aut desperando se in vitiis dejiciat, aut extollendo de donis ruat. Ante districti enim ac pii judicis oculos quanto de se sub spe humilius trepidat, tanto in illo robustius stat.

83. A veces por el mérito o culpa de ambos, doctor y oyentes, se da o se niega. Nadie se enorgullezca de lo recibido. Que el temor acompañe a la esperanza. A veces, pues, el sermón de la predicación se da por causa de ambos, a veces se retira por causa de ambos. Pues por causa de ambos se da, como se dice por la voz divina a Pablo ante los corintios: No temas, sino habla (Hch 18, 9). Y poco después: Porque yo tengo mucho pueblo en esta ciudad (Ibíd. 10). Pero por causa de ambos se retira, como el sacerdote Helí conoció la mala acción de sus hijos, y no ejerció una voz digna de reprensión; cuando por cierto había de suceder que en el suplicio de la muerte castigaría tanto a aquellos por el reato de su crimen, como a él con la pena del silencio (1 Sa 3, 12, ss.). Entre estas cosas, pues, cuando no sabemos ni por quién se da el sermón, ni por causa de quién se retira, hay un único remedio saludable: ni ensalzarnos a nosotros mismos por aquello que hemos recibido más que otros, ni burlarnos del otro por lo que ha recibido menos; sino con el pie de la humildad fijo, caminar con gravedad y constancia, porque en esta vida somos tanto más verdaderamente enseñados, cuanto más reconocemos que la doctrina no nos puede ser suministrada por nosotros mismos. ¿Por qué, pues, se enorgullecería cualquiera de la doctrina, si ignora por juicio oculto a quién se le da cuándo, o cuándo se le retira a quién? Pues aunque el temor siempre parezca estar lejos de la seguridad, nada es para nosotros más seguro que temer siempre bajo la esperanza, no sea que la mente incauta, o desesperando se arroje a los vicios, o ensalzándose caiga de los dones. Pues ante los ojos del juez estricto y piadoso, cuanto más humildemente trepida de sí bajo la esperanza, tanto más robustamente permanece en Él.

LIBER TRIGESIMUS PRIMUS.

Explicatur versus nonus cum reliquis capitis XXXIX, omissis tantum tribus ultimis; et divinae gratiae, in Evangelii praedicatione peccatorumque conversione, efficacia praesertim demonstratur.

CAPUT PRIMUM.

995 1. Inflictum homini a superbo diabolo vulnus, Dei humilitate sanatum---In paradiso sano homini diabolus invidens superbiae vulnus inflixit, ut qui mortem non acceperat conditus, mereretur elatus (Genes. III). Sed quia divinae potentiae suppetit, non solum bona de nihilo facere, sed ea etiam ex malis quae diabolus perpetraverat, reformare, contra hoc inflictum vulnus superbientis diaboli medicina apparuit inter homines humilitas Dei, ut auctoris exemplo humiliati surgerent, qui imitatione hostis elati ceciderant. Contra ergo superbientem diabolus apparuit inter homines homo factus humilis Deus. Hunc potentes hujus saeculi, id est membra diaboli superbientis, eo despicabilem crediderunt, quo humilem conspexerunt. Vulnus enim cordis eorum quanto magis tumuit, tanto amplius medicamentum mite despexit. Repulsa igitur a vulnere superborum medicina nostra pervenit ad vulnus humilium: Infirma quippe mundi elegit Deus, ut confundat fortia (I Cor. I, 27); actumque est cum pauperibus quod post etiam divites erati mirarentur. Nam dum novas in illis virtutes aspiciunt, eorum quorum prius contempsere vitam postmodum obstupuere miracula. Unde mox pavidi ad sua corda redeuntes, extimuerunt sanctitatem in miraculis, quam despexerant in praeceptis. Per infirma ergo confusa sunt fortia, quia dum in veneratione vita surgit humilium, elatio cecidit superborum. Igitur quia beatus Job sanctae Ecclesiae typum tenet, et omnipotens Deus praevidit quod in primordiis nascentis Ecclesiae, potentes hujus saeculi leve ejus jugum suscipere crassa cordis cervice recusarent, dicat:

CAPUT IX.

CAP. XXXIX, vers. 9.---Numquid volet rhinoceros servire tibi?

LIBRO TRIGÉSIMO PRIMERO

Se explica el versículo noveno con los demás del capítulo XXXIX, omitiendo solo los tres últimos; y se demuestra especialmente la eficacia de la divina gracia en la predicación del Evangelio y en la conversión de los pecadores.

CAPÍTULO I

995 1. La herida infligida al hombre por el soberbio diablo, sanada por la humildad de Dios. --- En el paraíso, el diablo, envidiando al hombre sano, le infligió la herida de la soberbia, para que quien no había recibido la muerte al ser creado, la mereciera al elevarse (Gén 3). Pero porque a la divina potencia le compete no solo hacer los bienes de la nada, sino también reformar aquellas cosas incluso de los males que el diablo había perpetrado, contra esta herida infligida del soberbio diablo apareció entre los hombres la humildad de Dios como medicina, para que por el ejemplo del Autor resurgieran humillados los que por la imitación del enemigo habían caído elevados. Contra el soberbio diablo, por tanto, apareció entre los hombres Dios hecho hombre humilde. A Él los poderosos de este siglo, esto es, los miembros del soberbio diablo, lo creyeron tanto más despreciable cuanto más humilde lo contemplaron. Pues cuanto más se hinchó la herida de su corazón, tanto más despreció el suave medicamento. Rechazada, pues, de la herida de los soberbios, nuestra medicina llegó a la herida de los humildes: Pues lo débil del mundo eligió Dios para confundir a lo fuerte (1 Cor 1, 27); y sucedió con los pobres lo que después incluso los ricos admirarían. Pues mientras ven en ellos nuevas virtudes, quedaron después estupefactos ante los milagros de aquellos cuya vida antes despreciaron. Por lo cual, volviendo pronto temerosos a sus corazones, temieron la santidad en los milagros, que habían despreciado en los preceptos. Por lo débil, pues, fue confundido lo fuerte, porque mientras la vida de los humildes surge en veneración, la elación de los soberbios ha caído. Por lo tanto, porque el bienaventurado Job tiene el tipo de la santa Iglesia, y el Dios omnipotente previó que en los primordios de la naciente Iglesia, los poderosos de este siglo rechazarían recibir su suave yugo con la crasa cerviz del corazón, diga:

CAPÍTULO IX

JOB 39, vers. 9. --- ¿Querrá el rinoceronte servirte?

2. Per rhinocerotem intelligendi elati et potentes a Christo domiti, et Ecclesiae servire coacti. Eorum superbiam miraculis fregit.---Rhinoceros enim indomitae omnino naturae est; ita ut si quando captus fuerit, teneri nullatenus possit. Impatiens quippe, ut fertur, illico moritur. Ejus vero nomen Latina lingua interpretatum sonat, in nare cornu. Et quid aliud in nare nisi fatuitas, quid in cornu nisi elatio designatur? Nam quia in nare fatuitas solet intelligi, Salomone attestante didicimus, qui ait: Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra et fatua (Prov. XI, 22). Haereticam namque doctrinam nitore vidit eloquii resplendere, nec tamen sapientiae apto intellectu congruere, et ait: Circulus aureus in naribus suis, id est pulchra et circumflexa locutio in sensibus mentis stultae, cui ex eloquio aurum pendet, sed tamen ex terrenae intentionis pondere, more suis, ad superiora non respicit. Quod secutus exposuit, dicens: Mulier pulchra et fatua; id est, doctrina haeretica: pulchra per verbum, fatua per intellectum. In cornu vero, quia elatio frequenter accipitur, 996 Propheta attestante didicimus, qui ait: Dixi iniquis, nolite inique agere, et delinquentibus, nolite exaltare cornu (Psal. LXXIV, 5). Quid ergo in rhinocerote hoc nisi potentes hujus saeculi designantur, vel ipsae in eo summae principatuum potestates, qui typho fatuae jactationis elati, dum falsis exterius inflantur honoribus, veris miseriis intus inanescunt? Quibus bene dicitur: Quid superbis, terra et cinis (Eccli. X, 9)? In ipsis vero initiis nascentis Ecclesiae, dum contra illam divitum se potestas extolleret, atque in ejus necem immensitate tantae crudelitatis anhelaret, dum tot cruciatibus anxia, tot persecutionibus pressa succumberet, quis tunc credere potuit quod illa recta et aspera superborum colla sibi subjiceret, et jugo sancti timoris edomita, mitibus fidei loris ligaret? Diu quippe in exordiis suis rhinocerotis hujus cornu ventilata, et quasi funditus interimenda percussa est. Sed divina gratia dispensante, et illa moriendo vivificata convaluit, et cornu suum rhinoceros iste feriendo lassatus inclinavit; quodque impossibile hominibus fuit, Deo difficile non fuit, qui potestates hujus mundi rigidas non verbis, sed miraculis fregit. Ecce enim quotidie servire rhinocerotes agnoscimus, dum potentes mundi hujus, qui in viribus suis fatua dudum fuerant elatione confisi, Deo subditos jam videmus. Quasi de quodam indomito rhinocerote Dominus loquebatur, cum diceret: Dives difficile intrabit in regnum coelorum (Matth. XIX, 23).

2. Por el rinoceronte se ha de entender a los elados y poderosos domados por Cristo, y obligados a servir a la Iglesia. Su soberbia la quebrantó con milagros. --- Pues el rinoceronte es de una naturaleza totalmente indómita; de tal modo que si alguna vez fuera capturado, no podría ser retenido de ninguna manera. Impaciente, según se cuenta, muere al instante. Su nombre, interpretado en lengua latina, suena como "cuerno en la nariz". ¿Y qué otra cosa se designa en la nariz sino la fatuidad, qué en el cuerno sino la elación? Pues porque en la nariz suele entenderse la fatuidad, lo aprendimos por el testimonio de Salomón, quien dice: Zarcillo de oro en las narices de un cerdo, es la mujer hermosa y fatua (Prov 11, 22). Pues vio la doctrina herética resplandecer con el brillo de la elocuencia, pero no concordar con un entendimiento apto de la sabiduría, y dijo: Zarcillo de oro en sus narices, esto es, una locución hermosa y circunfleja en los sentidos de una mente necia, de cuya elocuencia cuelga el oro, pero sin embargo, por el peso de la intención terrena, al modo de un cerdo, no mira hacia lo superior. Lo cual siguió y expuso, diciendo: Mujer hermosa y fatua; esto es, la doctrina herética: hermosa por la palabra, fatua por el entendimiento. En el cuerno, por su parte, porque frecuentemente se toma por la elación, 996 lo aprendimos por el testimonio del Profeta, quien dice: Dije a los inicuos: No obréis inicuamente, y a los que delinquen: No exaltéis el cuerno (Sal 75, 4). ¿Qué se designa, pues, en este rinoceronte sino los poderosos de este siglo, o las mismas supremas potestades de los principados, que elevados por el tufo de la jactancia fatua, mientras se hinchan exteriormente con falsos honores, se desvanecen interiormente en verdaderas miserias? A quienes bien se les dice: ¿Por qué te ensoberbeces, tierra y ceniza? (Ecli 10, 9). En los mismos inicios de la naciente Iglesia, mientras la potestad de los ricos se ensalzaba contra ella, y anhelaba su muerte con la inmensidad de tanta crueldad, mientras ella, ansiosa por tantos tormentos, oprimida por tantas persecuciones, sucumbía, ¿quién podía entonces creer que ella sometería a sí aquellos cuellos rectos y ásperos de los soberbios, y domados con el yugo del santo temor, los ligaría con las suaves correas de la fe? Durante mucho tiempo, en sus comienzos, fue venteada por el cuerno de este rinoceronte, y herida como para ser destruida desde los cimientos. Pero por la dispensa de la divina gracia, ella convaleció vivificada al morir, y este rinoceronte, cansado de herir, inclinó su cuerno; y lo que fue imposible para los hombres, no fue difícil para Dios, quien quebrantó las rígidas potestades de este mundo no con palabras, sino con milagros. Pues he aquí que diariamente reconocemos que los rinocerontes sirven, mientras vemos ya súbditos de Dios a los poderosos de este mundo, que antes habían confiado en la elación fatua de sus fuerzas. El Señor hablaba como de cierto rinoceronte indómito, cuando decía: Difícilmente entrará un rico en el reino de los cielos (Mt 19, 23).

Cui cum responsum esset: Et quis poterit salvus fieri? Illico adjunxit: Apud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia possibilia sunt (Ibid., 26). Ac si diceret: Rhinoceros iste humanis viribus mansuescere non potest, sed tamen divinis subdi miraculis potest. Unde hic quoque apte beato Job sanctae Ecclesiae typum tenenti dicitur: Nunquid volet rhinoceros servire tibi? [Rec. II.] Subaudis: Ut mihi, qui eum praedicamentis quidem hominum diu resistere pertuli, sed tamen repente, cum volui, miraculis stravi. Ac si apertius dicat: Nunquid hi qui fatua elatione superbiunt sine meis adjutoriis tuae praedicationi subduntur? Per quem itaque praevaleas considera, et in omne quod praevales elationis sensum inclina. Vel certe ad beati Job notitiam pro humilianda ejus virtute deducitur, quam mira quandoque per apostolos agantur, qui mundum Deo subjiciunt, eique edomitam potentum hujus saeculi superbiam flectunt, ut tanto de se beatus Job minus aestimet, quanto aggregari Deo tam difficiles animas per alios videt. Dicat ergo: Nunquid volet rhinoceros tibi? Subaudis: Sicut per eos quos misero serviet mihi. Sequitur:

Caput III

[Vet. II].

997 IBID.---Aut morabitur ad praesepe tuum?

3. Scripturae sanctae pabulo Christus hos rhinocerotes nutrit.---Praesepe hoc loco ipsa Scriptura sacra non inconvenienter accipitur, in qua verbi pabulo animalia sancta satiantur, de quibus per Prophetam dicitur: Animalia tua habitabunt in ea (Psal. LXVII, 11). Hinc etiam natus Dominus a pastoribus in praesepi reperitur (Luc. II, 16), quia ejus incarnatio, in ea quae nos reficit Prophetarum scriptura cognoscitur. Rhinoceros itaque iste, videlicet omnis elatus in primordiis nascentis Ecclesiae, cum patriarcharum dicta, cum prophetarum mysteria, cum Evangelii arcana audiret, irridebat, quia tanto in praedicatorum praesepi claudi satiarique contempserat, quanto in voluptatibus propriis dimissus, desperationis suae campum tenebat. Quem superborum campum bene Paulus insinuat, dicens: Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiae in operationem immunditiae omnis, in avaritiam (Ephes. IV, 19). Tanto enim se quisque in malis praesentibus latius relaxat, quanto post hanc vitas se assequi bona aeterna desperat. Sed omnipotens Deus diu quidem rhinocerotem hunc per pravae voluptatis campum vagantem pertulit, et tamen cum volui, repente ad suum praesepe religavit, ut vitae pabulum bene clausus accipiat, ne vitam funditus male liber amittat.

A quien, habiéndosele respondido: ¿Y quién podrá salvarse? Inmediatamente añadió: Para los hombres esto es imposible, pero para Dios todas las cosas son posibles (Ibíd. 26). Como si dijera: Este rinoceronte no puede amansarse con fuerzas humanas, pero puede someterse con milagros divinos. Por lo cual aquí también se dice aptamente al bienaventurado Job, que tiene el tipo de la santa Iglesia: ¿Querrá el rinoceronte servirte? [Rec. II.] Se sobreentiende: Como a mí, que permití que resistiera durante mucho tiempo las predicaciones de los hombres, pero que de repente, cuando quise, lo postré con milagros. Como si dijera más claramente: ¿Acaso estos que se ensoberbecen con elación fatua se someten a tu predicación sin mis auxilios? Considera, por tanto, por quién prevaleces, e inclina hacia todo lo que prevaleces el sentido de la elación. O ciertamente se deduce para el conocimiento del bienaventurado Job, para la humillación de su virtud, cuán maravillosas cosas se hacen a veces por los apóstoles, que someten el mundo a Dios, e inclinan hacia Él la domada soberbia de los poderosos de este siglo, para que tanto menos estime de sí el bienaventurado Job, cuanto ve unirse a Dios almas tan difíciles por medio de otros. Diga, pues: ¿Querrá el rinoceronte para ti? Se sobreentiende: Como a través de aquellos que enviaré me servirá a mí. Sigue:

CAPÍTULO III

997 IBÍD. --- ¿O morará en tu pesebre?

3. Cristo nutre a estos rinocerontes con el pasto de la Sagrada Escritura. --- El pesebre en este lugar no inconvenientemente se toma por la misma Sagrada Escritura, en la cual los animales santos se sacian con el pasto de la palabra, de los cuales se dice por el Profeta: Tus animales habitarán en ella (Sal 67, 11). De aquí también el Señor nacido es hallado por los pastores en un pesebre (Lc 2, 16), porque su encarnación se reconoce en aquella escritura de los Profetas que nos refresca. Este rinoceronte, por tanto, a saber, todo elado en los primordios de la naciente Iglesia, cuando oía los dichos de los patriarcas, cuando los misterios de los profetas, cuando los arcanos del Evangelio, se burlaba, porque tanto había despreciado ser encerrado y saciado en el pesebre de los predicadores cuanto, dejado en sus propios placeres, ocupaba el campo de su propia desesperación. El cual campo de los soberbios bien insinúa Pablo, diciendo: Quienes desesperados, se entregaron a sí mismos a la lascivia para la operación de toda inmundicia, para la avaricia (Ef 4, 19). Pues tanto más ampliamente se relaja cada uno en los males presentes cuanto más desespera de alcanzar los bienes eternos tras esta vida. Pero el Dios omnipotente permitió ciertamente a este rinoceronte vagar por mucho tiempo por el campo del placer perverso, y sin embargo, cuando quiso, de repente lo ató a su pesebre, para que bien encerrado reciba el pasto de la vida, no sea que siendo malamente libre pierda la vida por completo.

Ecce enim jam cernimus quod potentes hujus saeculi, ejusque principes praedicamenta dominica libenter audiunt, constanter legunt, passimque a praesepi non exeunt, quia praecepta Dei, quae aut legendo, aut audiendo cogoscunt, nequaquam vivendo transcendunt; sed ad verbi pabulum quasi clausi stare aequanimiter tolerant, ut edendo et permanendo pinguescant. Quod cum Deo agente conspicimus, quid aliud quam rhinocerotem hunc ad praesepe morantem videmus? Quia vero post acceptum pabulum praedicationis rhinoceros iste fructum debet ostendere operis, recte subjungitur:

Caput IV

[Vet. et Rec. III].

VERS. 10.---Nunquid alligabis rhinocerotem ad arandum loro tuo?

4. Saeculi principes divina praecepta quibus alligantur, praedicant et servari curant.---Lora sunt Ecclesiae praecepta disciplinae. Arare vero est per praedicationis studium humani pectoris terram vomere linguae proscindere. Hic igitur rhinoceros quondam superbus ac rigidus jam nunc loris fidei tenetur ligatus; atque a praesepi ad arandum ducitur, quia eam praedicationem qua ipse refectus est innotescere. et aliis conatur. Scimus enim rhinoceros iste, terrenus videlicet princeps, quanta prius contra Dominum crudelitate saevierit, et nunc agente Domino cernimus quanta se ei humilitate substernit. Hic rhinoceros non solum ligatus, sed etiam ad arandum ligatus est, quia videlicet disciplinae loris astrictus, non solum se a pravis operibus retinet, sed etiam in sanctae fidei praedicationibus exercet. Ecce enim, sicut superius dictum est, ipsos humanarum rerum rectores ac principes dum metuere Deum in suis actionibus cernimus, quid aliud quam loris ligatos videmus? Cum vero eam fidem, quam dudum persequendo impugnaverant, nunc prolatis legibus praedicare non cessant, quid aliud faciunt, nisi aratri laboribus insudant?

30. Ex Judaeis ferox, Saulus a Christo domitus.---Ac si apertius dicatur: Nunquid illum populum, quem superbire in nece fidelium stulta sua elatione consideras, sub jure tuae praedicationis inclinas? subaudis ut ego, qui et contra me illum singulari cornu extolli conspicio, et tamen mihi cum voluero protinus subdo. Sed hoc melius ostendimus, si de genere ad speciem transeamus. Ille ergo ex hoc populo et prius in superbia, et postmodum praecipuus testis in humilitate nobis ad medium Paulus ducatur, qui dum contra Deum se quasi de custodia legis nesciens extulit, cornu in nare gestavit. Unde et hoc ipsum naris cornu per humilitatem postmodum inclinans, dicit: Qui prius fui blasphemus, et persecutor, et contumeliosus; sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci (I Tim. I, 13). In nare cornu gestabat, qui placiturum se Deo de crudelitate confidebat, sicut ipse postmodum semetipsum redarguens dicit: Et proficiebam in Judaismo supra multos coaetaneos meos in genere meo, abundantius aemulator existens paternarum mearum traditionum (Galat. I, 14). Hujus autem rhinocerotis fortitudinem omnis venator extimuit, quia Saulis saevitiam unusquisque praedicator expavit. Scriptum namque est: Saulus adhuc spirans minarum et caedis in discipulos Domini, accessit ad principem sacerdotum, et petiit ab eo epistolas in Damascum ad synagogas, ut si quos invenisset hujus viae viros ac mulieres, vinctos perduceret in Jerusalem (Act. IX, 1). Cum flatus nare reddendus trahitur, spiratio vocatur, et illud saepe per odorem nare deprehendimus, quod oculis non videmus. Rhinoceros ergo iste nare gestabat cornu quo percuteret, quia minarum et caedis in Domini discipulos spirans, postquam praesentes interfecerat, absentes quaerebat. Sed ecce omnis ante illum venator absconditur, id est omnis homo rationale sapiens opinione timoris ejus effugatur. Ut ergo hunc rhinocerotem capiat, sinum suum virgo, id est secretum suum ipsa per se inviolata in carne Dei sapientia expandat. Scriptum quippe est quod cum Damascum pergeret; subito circumfulsit illum die media lux de coelo, et vox facta est, dicens: Saule, Saule, quid me persequeris? Qui prostratus in terra respondit: Quis es, Lord? Cui illico dicitur: Ego sum Jesus Nazarenus, quem tu persequeris (Act. IX, 4, 5, seq.).

Por lo cual el Señor, pronunciando su pasión por el canto del Profeta, dice: Líbrame de la boca del león, y de los cuernos de los unicornios mi humildad (Salm. XXI, 22). Pues tantos unicornios, o ciertamente rinocerontes existieron en aquella gente, que confiaron con singular y fatua elación contra los predicamentos de la verdad sobre las obras de la ley. Al Bienaventurado Job, pues, que tiene el tipo de la santa Iglesia, se le dice:

CAPÍTULO XVI.

CAP. XXXIX, VERS. 9.---¿Acaso querrá el rinoceronte servirte?

30. Saulo, feroz entre los judíos, domado por Cristo.---Como si se dijera más claramente: ¿Acaso inclinas bajo el derecho de tu predicación a aquel pueblo que consideras ensoberbecido en la muerte de los fieles por su necia elación? se entiende: como yo, que lo veo elevarse contra mí con su cuerno singular, y sin embargo lo someto a mí al punto cuando quiero. Pero esto lo mostramos mejor si pasamos del género a la especie. Que se traiga, pues, al medio, de este pueblo, a Pablo, primero en soberbia y después principal testigo en humildad, el cual, mientras se elevó ignorante contra Dios como por la custodia de la ley, llevó un cuerno en la nariz. Por lo cual, inclinando después por la humildad este mismo cuerno de la nariz, dice: Que antes fui blasfemo, y perseguidor, e injurioso; mas alcancé misericordia, porque lo hice por ignorancia (I Tim. I, 13). Llevaba cuerno en la nariz quien confiaba que agradaría a Dios por su crueldad, como él mismo dice después redarguyéndose a sí mismo: Y aprovechaba en el judaísmo sobre muchos de mis iguales en mi nación, siendo abundantemente celador de las tradiciones de mis padres (Gálat. I, 14). Pero todo cazador temió la fortaleza de este rinoceronte, porque cada predicador se espantó de la saña de Saulo. Pues está escrito: Saulo, respirando aún amenazas y muerte contra los discípulos del Señor, fue al príncipe de los sacerdotes, y le pidió cartas para Damasco a las sinagogas, para que si hallase algunos hombres y mujeres de esta vía, los trajese presos a Jerusalén (Hech. IX, 1). Cuando el aliento que debe ser devuelto por la nariz es atraído, se llama respiración, y a menudo por el olor de la nariz percibimos lo que no vemos con los ojos. Este rinoceronte, pues, llevaba en la nariz el cuerno con que herir, porque respirando amenazas y muerte contra los discípulos del Señor, después de haber matado a los presentes, buscaba a los ausentes. Pero he aquí que ante él se esconde todo cazador, esto es, todo hombre de razón sabia huye por la opinión de su temor. Para capturar, pues, a este rinoceronte, que la virgen, esto es, la sabiduría de Dios misma inviolata en la carne, expanda su seno, esto es, su secreto. Pues está escrito que cuando iba a Damasco, de repente le cercó de resplandor al mediodía una luz del cielo, y se hizo una voz que decía: Saulo, Saulo, ¿por qué me persigues? El cual, postrado en tierra, respondió: ¿Quién eres, Señor? A quien al punto se le dice: Yo soy Jesús Nazareno, a quien tú persigues (Hech. IX, 4, 5, sig.).

Virgo nimirum rhinoceroti sinum suum aperuit, cum Saulo incorrupta Dei sapientia incarnationis suae mysterium de coelo loquendo patefecit; et fortitudinem suam rhinoceros perdidit, quia prostratus humi, omne quod superbum tumebat amisit. Qui dum, sublato oculorum lumine, manu ad Ananiam ducitur, patet jam rhinoceros iste, quibus Dei loris astringitur, quia videlicet uno in tempore caecitate, praedicatione, baptismate ligatur. Qui etiam ad Dei praesaepe moratus est, quia ruminare verba Evangelii dedignatus non est. Ait enim: Ascendi Jerosolymam cum Barnaba, assumpto et Tito. Ascendi autem secundum revelationem, et contuli cum illis Evangelium (Galat. II, 1, 2). Et qui prius jejunus audierat: Durum est tibi contra stimulum calcitrare (Act. IX, 9, 5): mira postmodum virtute praesidentis pressus, ex verbi pabulo vires obtinuit, et calcem superbiae amisit.

31. Iste rhinoceros ad agrum dominicum arandum ligatus---Loris quoque Dei non tantum a feritate restringitur, sed quod magis sit mirabile, ad arandum ligatur, ut non solum homines crudelitatis cornu non impetat, sed eorum etiam refectioni serviens, aratrum praedicationis trahat. Ipse quippe de evangelizantibus quasi de arantibus dicit: Debet enim in spe qui arat arare; et qui triturat, in spe fructus percipiendi (I Cor. IX, 10). Qui igitur tormenta prius fidelibus irrogaverat, et pro fide postmodum flagella libenter portat, qui scriptis etiam epistolis humilis ac despectus praedicat, quod dudum terribilis impugnabat; profecto bene ligatus sub aratro desudat ad segetem, qui vivebat in campo male liber a timore. De quo recte dicitur:

Caput XVII

[Vet. XIV].

VERS. 10.---Aut confringet glebas vallium post te?

32. Glebas hoc est mentium duritiam fregit.---Jam scilicet Dominus quorumdam mentes intraverat, qui illum veraciter humani generis redemptorem credebant. Qui tamen cum nequaquam a pristina observatione recederent, cum dura litterae praedicamenta custodirent, eis praedicator egregius dicit: Si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit (Gal. V, 2). Qui ergo in humili mente fidelium legis duritiam redarguendo contrivit, quid aliud quam in valle post Dominum glebas fregit? ne videlicet grana seminum quae excisus aratro fidei sulcus cordis exciperet per custodiam litterae pressa deperirent. De quo bene adhuc subditur:

CAPUT XVIII.

VERS. 11. Nunquid fiduciam habebis in magna fortitudine ejus, et derelinques ei labores tuos?

Sin duda la virgen abrió su seno al rinoceronte cuando la incorrupta sabiduría de Dios le manifestó el misterio de su encarnación hablando desde el cielo; y el rinoceronte perdió su fortaleza, porque postrado en tierra, perdió todo lo que se hinchaba soberbio. Quien mientras, quitada la luz de los ojos, es llevado por la mano a Ananías, se hace patente ya con qué correas de Dios es atado este rinoceronte, porque a saber, en un mismo tiempo es ligado por la ceguera, la predicación y el bautismo. El cual también se detuvo ante el pesebre de Dios, porque no se dignó despreciar el rumiar las palabras del Evangelio. Pues dice: Subí a Jerusalén con Bernabé, tomando también a Tito. Mas subí según revelación, y comuniqué con ellos el Evangelio (Gálat. II, 1, 2). Y quien antes en ayunas había oído: Duro es para ti dar coces contra el aguijón (Hech. IX, 9, 5): oprimido después por la maravillosa virtud del que lo preside, obtuvo fuerzas del pasto de la palabra y perdió el talón de la soberbia.

31. Este rinoceronte ligado para arar el campo dominical.---Por las correas de Dios no solo es restringido de su ferocidad, sino que, lo que es más admirable, es ligado para arar, de modo que no solo no ataque a los hombres con el cuerno de su crueldad, sino que, sirviendo también a su refección, tire del arado de la predicación. Él mismo dice de los que evangelizan como de los que aran: Porque debe en esperanza el que ara arar; y el que trilla, en esperanza de percibir el fruto (I Cor. IX, 10). Aquel, pues, que primero había irrogado tormentos a los fieles, y después porta con gusto los azotes por la fe, que predica humilde y despreciado con cartas escritas lo que poco antes impugnababa terrible; ciertamente suda bien ligado bajo el arado para la cosecha quien vivía en el campo mal libre del temor. De quien rectamente se dice:

Capítulo XVII

[Vet. XIV].

VERS. 10.---¿O quebrará los terrones de los valles en pos de ti?

32. Quebró los terrones, esto es, la dureza de las mentes.---Ya ciertamente el Señor había entrado en las mentes de algunos, que creían que Él era verdaderamente el redentor del género humano. Los cuales, sin embargo, como no retrocedieran en modo alguno de su antigua observancia, como custodiaran los duros predicamentos de la letra, les dice el egregio predicador: Si os circuncidáis, Cristo no os aprovechará de nada (Gál. V, 2). Aquel, pues, que en la mente humilde de los fieles contritos redarguyó la dureza de la ley, ¿qué otra cosa hizo sino quebrar los terrones en el valle en pos del Señor? para que, a saber, los granos de las semillas, que el surco del corazón abierto por el arado de la fe recibiera, no perecieran oprimidos por la custodia de la letra. De lo cual bien todavía se subañade:

CAPÍTULO XVIII.

¿Acaso tendrás confianza en su gran fortaleza, y le dejarás a él tus trabajos?

33. In ejus fortitudine quam Deus fiduciam habuerit.---In rhinocerotis hujus fortitudine fiduciam Deus habuit, quia quanto illum crudelius sibi dura inferentem pertulit, tanto pro se constantius tolerantem adversa praescivit. Cui labores etiam quos ipse in carne pertulerat dereliquit, quia conversum illum usque ad imitationem propriae passionis traxit. Unde et per eumdem rhinocerotem dicitur: Suppleo ea quae desunt passionum Christi in carne mea (Coloss. I, 24). De quo adhuc subditur:

CAPUT XIX.

VERS. 12.---Nunquid credes illi quod reddat sementem tibi, et aream tuam congreget?

34. Arcam Dei prius ventilavit, postea congregavit.---Consideremus Saulum quis fuerit, cum ab ipsa adolescentia lapidantium adjutor existeret, cum alia Ecclesiae loca vastaret, et acceptis epistolis vastanda alia peteret, cum mors ei fidelium nulla sufficeret, sed semper ad aliorum interitum aliis exstinctis anhelaret (Act. VII); et profecto cognoscimus quia nullus tunc fidelium crederet, quod ad jugum Deus suae formidinis vim tantae elationis inclinaret. Unde et Ananias voce dominica hunc et postquam conversum audivit, extimuit, dicens: Domine, audivi a multis de viro hoc quanta mala sanctis tuis fecerit in Jerusalem (Act. IX, 13). Qui tamen repente commutatus, ab hoste praedicator efficitur, et in cunctis mundi partibus Redemptoris sui nomen insinuat, supplicia pro veritate tolerat, pati se quae irrogaverat exsultat; alios blandimentis vocat, alios ad fidem terroribus revocat. Istis regnum pollicetur coelestis patriae, illis minatur ignem gehennae. Hos per auctoritatem corrigit, illos ad viam rectitudinis per humilitatem trahit, atque in omni latere ad manum se sui rectoris inclinat, et tanta arte Dei aream congregat, quanta illam prius elatione ventilabat.

[Vet. XV] 35. Paulus abstinentia corpus castigans, ventri deditos ferit.---Sed neque hoc abhorret a Paulo, quod rhinoceros buxei coloris dicitur, et elephantorum ventres cornu ferire perhibetur. Quia enim vivere sub rigore legis assuevit, arctius caeteris in illo custodia uniuscujusque virtutis inolevit Quid enim per colorem buxeum, nisi abstinentiae pallor exprimitur? Cui ipse se tenaciter adhaerere testatur, dicens: Castigo corpus meum, et servituti subjicio, ne forte aliis praedicans ipse reprobus efficiar (I Cor. IX, 27).

33. Qué confianza tuvo Dios en su fortaleza.---En la fortaleza de este rinoceronte tuvo Dios confianza, porque cuanto más cruelmente lo toleró infiriéndole cosas duras a Sí mismo, tanto más lo previó tolerando constantemente las adversidades por Él. A quien también dejó los trabajos que Él mismo había tolerado en la carne, porque lo atrajo convertido hasta la imitación de su propia pasión. Por lo cual también por el mismo rinoceronte se dice: Suplo lo que falta de las pasiones de Cristo en mi carne (Coloss. I, 24). De lo cual todavía se subañade:

CAPÍTULO XIX.

VERS. 12.---¿Acaso le creerás que te ha de devolver la semilla, y que congregará tu era?

34. Primero ventiló la era de Dios, después la congregó.---Consideremos quién fue Saulo, cuando desde su misma adolescencia era ayudador de los que apedreaban, cuando asolaba otros lugares de la Iglesia, y recibidas cartas buscaba otros para asolar, cuando ninguna muerte de los fieles le era suficiente, sino que siempre anhelaba el exterminio de otros habiendo extinguido a algunos (Hech. VII); y ciertamente conocemos que ninguno de los fieles creería entonces que Dios inclinaría al yugo de su temor la fuerza de tanta elación. Por lo cual también Ananías, al oír por la voz del Señor que este se había convertido, temió, diciendo: Señor, he oído de muchos de este varón cuántos males ha hecho a tus santos en Jerusalén (Hech. IX, 13). Quien, sin embargo, repentinamente mudado, de enemigo se convierte en predicador, e insinúa en todas las partes del mundo el nombre de su Redentor, tolera suplicios por la verdad, se exulta de padecer lo que él había irrogado; llama a unos con halagos, revoca a otros a la fe con terrores. A estos les promete el reino de la patria celestial, a aquellos les amenaza con el fuego de la gehena. A estos los corrige por la autoridad, a aquellos los atrae al camino de la rectitud por la humildad, y en todo lado se inclina a la mano de su rector, y con tanta arte congrega la era de Dios, con cuanta elación antes la ventilaba.

[Vet. XV] 35. Pablo castigando el cuerpo con abstinencia, hiere a los entregados al vientre.---Pero ni esto desdice de Pablo, que el rinoceronte sea dicho de color de boj, y se refiera que hiere con el cuerno los vientres de los elefantes. Pues porque se acostumbró a vivir bajo el rigor de la ley, más estrechamente que a los demás se le arraigó la custodia de cada virtud. ¿Qué se expresa, pues, por el color de boj, sino el palidez de la abstinencia? A la cual él mismo atestigua adherirse tenazmente, diciendo: Castigo mi cuerpo y lo sujeto a servidumbre, no sea que habiendo predicado a otros, yo mismo sea hecho réprobo (I Cor. IX, 27).

Qui divinae legis eruditione praeditus, dum aliorum ingluviem redarguit, cornu elephantes in ventrem ferit. In ventrem quippe elephantes percusserat, cum dicebat: Multi ambulant, quos saepe dicebam vobis; nunc autem et flens dico, inimicos crucis Christi, quorum finis interitus, quorum deus venter est, et gloria in confusione ipsorum (Philip. III, 18). Et rursum: Hujusmodi Christo Domino non serviunt, sed suo ventri (Rom. XVI, 18). Cornu suo igitur rhinoceros iste non jam homines, sed bestias percutit, quando illa Paulus doctrinae suae fortitudine nequaquam perimendos humiles impetit, sed superbos ventris cultores occidit. Quae ergo in Paulo scripta cognovimus, superest ut facta et in aliis credamus. Multi quippe ad humilitatis gratiam ex illius populi elatione conversi sunt, quorum saevitiam Dominus dum sub jugo inspirati timoris edomuit, nimirum rhinocerotis sibi fortitudinem subegit. Sed quia mira Dei potentia quid de electis egerit audivimus, nunc mira ejus patientia in his quos reprobat quid toleraverit audiamus:

CAPUT XX.

VERS. 13.---Penna struthionis similis est pennis herodii et accipitris.

36. Synagoga struthioni similis, alas habens humi repit.---Quid struthionis nomine, nisi synagoga signatur? quae alas Legis habuit, sed corde in infimis repens, nunquam se a terra sublevavit. Quid vero per herodium et accipitrem, nisi antiqui patres exprimuntur, qui ad ea quae potuerunt intelligendo perspicere, valuerunt etiam vivendo pervolare? Penna igitur struthionis, herodii et accipitris pennis est similis, quia Synagogae vox priorum doctrinam loquendo tenuit, sed vivendo nescivit. Unde et ejusdem Synagogae populos de Pharisaeis atque Scribis Veritas admonet, dicens: Super cathedram Moysi sederunt Scribae et Pharisaei. Omnia ergo quaecunque dixerint vobis, servate et facite, secundum opera vero eorum nolite facere (Matth. XXIII, 2). Multa autem dicere de herodii vita potuimus; sed quia penna ejus tantummodo ad memoriam deducitur, de vita loqui prohibemur.

Caput XXI

[Vet. XVI].

VERS. 14.--- Quando derelinquit in terra ova sua, tu forsitan in pulvere calefacies ea?

Quien dotado de la erudición de la ley divina, mientras redarguye la glotonería de los otros, hiere con el cuerno a los elefantes en el vientre. Pues en el vientre había herido a los elefantes cuando decía: Muchos andan, de los cuales a menudo os decía; mas ahora también lo digo llorando, enemigos de la cruz de Cristo, cuyo fin es la perdición, cuyo dios es el vientre, y su gloria en su confusión (Filip. III, 18). Y de nuevo: Los tales no sirven a Cristo el Señor, sino a su propio vientre (Rom. XVI, 18). Con su cuerno, pues, este rinoceronte ya no hiere a hombres, sino a bestias, cuando aquel Pablo con la fortaleza de su doctrina no ataca de ningún modo a los humildes que no han de ser perecidos, sino que mata a los soberbios cultores del vientre. Así pues, lo que conocimos escrito en Pablo, resta que lo creamos hecho también en otros. Pues muchos se convirtieron a la gracia de la humildad desde la elación de aquel pueblo, cuya saña el Señor, mientras la domó bajo el yugo del temor inspirado, sin duda sometió a Sí la fortaleza del rinoceronte. Pero porque hemos oído qué hizo la maravillosa potencia de Dios de los elegidos, ahora oigamos qué ha tolerado su maravillosa paciencia en los que reprueba:

CAPÍTULO XX.

VERS. 13.---La pluma del avestruz es semejante a las plumas de la garza y del gavilán.

36. La Sinagoga semejante al avestruz, teniendo alas repta por el suelo.---¿Qué se significa por el nombre del avestruz, sino la sinagoga? la cual tuvo las alas de la Ley, pero reptando con el corazón en lo más ínfimo, nunca se elevó de la tierra. ¿Y qué se expresa por la garza y el gavilán, sino los antiguos padres, que a aquellas cosas que pudieron alcanzar entendiendo, valieron también volar viviendo? La pluma, pues, del avestruz es semejante a las plumas de la garza y del gavilán, porque la voz de la Sinagoga retuvo la doctrina de los primeros hablando, pero no la conoció viviendo. Por lo cual también la Verdad amonesta a los pueblos de la misma Sinagoga sobre los fariseos y escribas, diciendo: Sobre la cátedra de Moisés se sentaron los escribas y fariseos. Por tanto, todo lo que os dijeren, guardadlo y hacedlo, pero no hagáis según sus obras (Mat. XXIII, 2). Muchas cosas habríamos podido decir de la vida de la garza; pero porque solo su pluma se trae a la memoria, se nos prohíbe hablar de su vida.

Capítulo XXI

[Vet. XVI].

VERS. 14.--- Cuando desampara sus huevos en la tierra, ¿tú tal vez los calentarás en el polvo?

37. Quos genuit apostolos dereliquit, Christi gratia postea vivificatos.---In ovis aliud est quod cernitur, aliud quod speratur; et videri spes non potest, Paulo attestante qui ait: Quod enim videt quis, quid sperat (Rom. VIII, 24)? Quid ergo per struthionis ova nisi de Synagogae carne editi apostoli designantur, qui dum se in mundo despectos atque humiles exhibent, sperare gloriam in supernis docent? Abjecti namque et quasi nullius momenti apud elatos habiti, in terra velut ova jacuerunt; sed intus in eis latebat unde viverent, et sublevati spei pennis ad coelestia volarent. Quae ova struthio in terra derelinquit, quia eos quos carne genuerat Synagoga apostolos audire contemnens, vocandae gentilitati deseruit. Mira autem potentia Dominus haec eadem in pulvere ova calefacit, quia vivos apostolorum fetus in illa abjecta dudum gentilitate suscitavit; et quos synagoga velut insensatos invivificatosque despexerat, ipsi nunc in veneratione gentium per doctrinae magisterium viventes volant. Ova sua struthio in pulvere derelinquit, quia omnes quos praedicando Synagoga genuit, a terrenis desideriis minime suspendit. Quae nimirum desideria quia antiquus hostis concepta in corde invenit, obsessas mentes etiam in scelera rapit. Unde et subditur:

CAPUT XXII.

VERS. 15.---Obliviscitur quod pes conculcet ea, et bestia agri conterat.

38. Humana corda, dum terrena cogitant et appetunt, diabolo conterenda se sternunt.---Tunc ova pes calcat, et bestia agri conterit, cum in terra deseruntur, quia videlicet humana corda dum semper terrena cogitare, semper quae ima sunt agere appetunt, ad conterendum se agri bestiae, id est diabolo, sternunt. ut cum diu in infima cogitatione abjecta sunt, quandoque etiam majorum criminum perpetratione frangantur. Synagoga ergo ova quae genuit, a terra suspendere bene vivendo neglexit. Sed omnipotens Deus multos ejus filios, quamvis in terrenis desideriis mortuos ac frigidos reperit, calore tamen sui amoris animavit. Sed vitam, quam filiis synagoga non dedit, hanc postmodum invidit, dum moliretur persequendo exstinguere quos se ad bona opera non meminerat fovendo genuisse. Unde et apte de hoc struthione subditur:

VERS. 16.---Duratur ad filios suos quasi non sint sui.

37. Desamparó a los apóstoles que engendró, los cuales después fueron vivificados por la gracia de Cristo.---En los huevos una cosa es lo que se ve, otra lo que se espera; y la esperanza no puede ser vista, según atestigua Pablo que dice: Pues lo que uno ve, ¿por qué lo espera? (Rom. VIII, 24). ¿Qué se designa, pues, por los huevos del avestruz sino los apóstoles nacidos de la carne de la Sinagoga, los cuales, mientras se muestran despreciados y humildes en el mundo, enseñan a esperar la gloria en lo alto? Pues arrojados y tenidos como de ningún momento ante los elados, yacieron en la tierra como huevos; pero dentro de ellos latía de dónde vivieran, y elevados por las alas de la esperanza volaran a lo celestial. El avestruz desampara estos huevos en la tierra, porque la Sinagoga, despreciando escuchar a los apóstoles que había engendrado según la carne, los abandonó a la gentilidad que había de ser llamada. Mas con maravillosa potencia el Señor calienta estos mismos huevos en el polvo, porque suscitó los fetos vivos de los apóstoles en aquella gentilidad poco antes arrojada; y a los que la sinagoga había despreciado como insensatos y no vivificados, ellos mismos vuelan ahora viviendo en la veneración de las gentes por el magisterio de la doctrina. El avestruz desampara sus huevos en el polvo, porque a todos los que la Sinagoga engendró predicando, de ningún modo los suspendió de los deseos terrenos. Los cuales deseos, porque el antiguo enemigo los halla concebidos en el corazón, arrebata las mentes obsesas incluso hacia los crímenes. Por lo cual también se subañade:

CAPÍTULO XXII.

VERS. 15.---Olvida que el pie los ha de hollar, y que la bestia del campo los ha de quebrantar.

38. Los corazones humanos, mientras piensan y apetecen lo terreno, se postran para ser quebrantados por el diablo.---Entonces el pie pisa los huevos, y la bestia del campo los quebranta, cuando son abandonados en la tierra, porque a saber, los corazones humanos, mientras apetecen pensar siempre lo terreno y obrar siempre lo que es ínfimo, se postran para ser quebrantados por la bestia del campo, esto es, por el diablo. Para que, habiendo estado mucho tiempo arrojados en ínfimo pensamiento, alguna vez también sean rotos por la perpetración de mayores crímenes. La Sinagoga, pues, descuidó suspender de la tierra, viviendo bien, los huevos que engendró. Pero el Dios omnipotente, aunque halló a muchos de sus hijos muertos y fríos en los deseos terrenos, sin embargo los animó con el calor de su amor. Mas la vida que la sinagoga no dio a sus hijos, después se la envidió, mientras se esforzaba por extinguir persiguiendo a los que no recordaba haber engendrado fomentándolos para las buenas obras. Por lo cual también aptamente se subañade sobre este avestruz:

VERS. 16.---Se endurece contra sus hijos como si no fuesen suyos.

39. Synagogae in filios crudelitas.---Quasi non suos despicit quos aliter vivere quam docuit ipsa deprehendit, et durescente saevitia terrores admovet, seque in eorum cruciatibus exercet, atque invidiae facibus inflammata, in quibus non laboravit ut possint vivere, laborat ut debeant interire; et cum Domini membra persequitur, placere se per hoc Domino suspicatur. Unde et eisdem struthionis ovis Veritas dicit: Venit hora ut omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se praesture Deo (Joan. XVI, 2). Quia ergo dum crudelitate ad persequendum Synagoga cogitur, hoc se agere impulsu divini timoris arbitratur, recte subjungitur:

IBID.---Frustra laboravit, nullo timore cogente.

40. Sic saeviens obsequium praestare Deo credit.---In labore quippe illam persecutionis anhelare non timor, sed crudelitas coegit. Sed quia plerumque vitia, colore virtutum tincta, tanto nequiora sunt, quanto et esse vitia minime cognoscuntur, eo in persecutione synagoga durior exstitit, quo religiosiorem se fieri fidelium mortibus aestimavit; et idcirco quae ageret discernere omnino non potuit, quia lumen sibi intelligentiae per superbiae objectionem clausit. Unde et bene subditur:

Caput XXIII

[Vet. XVII].

VERS. 18.---Cum tempus fuerit, in altum alas erigit; deridet equitem et ascensorem ejus.

42. Synagoga prius contra Deum clam, postea palam erecta.---In altum struthio alas erigit, quando suo conditori Synagoga non ut antea formidando, sed aperte jam repugnando contradicit. In membra quippe diaboli transiens, et mendacii hominem Deum credens, contra fideles tanto in altum extollitur, quanto et Dei corpus se esse gloriatur. Quae quia non solum humanitatem Domini, sed ipsam etiam divinitatem despicit, non tantum equitem, sed ascensorem etiam equitis irridet. Nam custodita unitate personae valet intelligi, quia Verbum Dei tunc equitem ascendit, quando animatam carnem sibi intra uterum Virginis condidit. Tunc equitem ascendit, quando humanam animam propriae carni praesidentem, divino cultui semetipsum creando subjugavit. Carnem quippe divinitas anima mediante suscepit, et per hoc totum simul equitem tenuit, quia in semetipso non solum illam quae regebatur, sed hanc etiam quae regebat astrinxit. Judaea igitur, per adventum superbientis Antichristi laqueo seductionis capta, quia Redemptorem nostrum humilem fuisse inter homines despicit, deridet equitem, quia vero ejus in omnibus divinitati contradicit, deridet nihilominus et ascensorem.

39. Crueldad de la Sinagoga hacia sus hijos.---Desprecia como si no fuesen suyos a los que descubre viviendo de otro modo que ella enseñó, y endureciéndose su saña les aplica terrores, y se ejercita en sus crueldades, e inflamada con las hachas de la envidia, en los que no trabajó para que puedan vivir, trabaja para que deban perecer; y cuando persigue a los miembros del Señor, sospecha que por esto agrada al Señor. Por lo cual también la Verdad dice a los mismos huevos del avestruz: Viene la hora en que todo el que os mate piense que presta un obsequio a Dios (Juan XVI, 2). Porque, pues, mientras la Sinagoga es llevada por la crueldad a perseguir, piensa que hace esto por el impulso del temor divino, rectamente se subañade:

IBID.---En vano trabajó, no obligándola ningún temor.

40. Así ensañada, cree prestar obsequio a Dios.---En efecto, en el trabajo de aquel anhelar la persecución no la obligó el temor, sino la crueldad. Pero porque la mayoría de las veces los vicios, teñidos con el color de las virtudes, son tanto más inicuos cuanto menos se conocen como vicios, por ello en la persecución la sinagoga existió más dura, cuanto más religiosa estimó hacerse con las muertes de los fieles; y por ello no pudo en modo alguno discernir qué hacía, porque cerró para sí la luz de la inteligencia por la objeción de la soberbia. Por lo cual también bien se subañade:

Capítulo XXIII

[Vet. XVII].

VERS. 18.---Cuando sea el tiempo, eleva sus alas en alto; se burla del jinete y de su caballero.

42. La Sinagoga, primero oculta contra Dios, después erguida públicamente.---El avestruz eleva sus alas a lo alto cuando la Sinagoga contradice a su creador, no ya temiendo como antes, sino ya repugnando abiertamente. Pues pasando a los miembros del diablo, y creyendo Dios al hombre de la mentira, tanto se ensalza en alto contra los fieles, cuanto se gloria de ser ella misma el cuerpo de Dios. La cual, porque desprecia no solo la humanidad del Señor, sino también su misma divinidad, no solo se burla del jinete, sino también del caballero del jinete. Pues custodiada la unidad de la persona, vale entenderse que el Verbo de Dios subió entonces al jinete cuando se creó para sí la carne animada dentro del útero de la Virgen. Entonces subió al jinete cuando subyugó al culto divino, creándose a Sí mismo, el alma humana que presidía su propia carne. Pues la divinidad recibió la carne por medio del alma, y por esto sostuvo a todo el jinete a la vez, porque en Sí mismo no solo estrechó a aquella que era regida, sino también a esta que regía. Judea, pues, captada por el lazo de la seducción por el advenimiento del soberbio Anticristo, porque desprecia que nuestro Redentor haya sido humilde entre los hombres, se burla del jinete; y porque contradice su divinidad en todas las cosas, se burla no menos del caballero.

Sed Redemptor noster unus idemque et eques, et equitis est ascensor; et cum in mundum venit, fortes contra mundum praedicatores exhibuit; et cum in mundi termino Antichristi fallaciam tolerat, virtutem pro se certantibus subministrat; ut cum antiquus hostis in illa sua citius finienda libertate laxatur, fideles nostri tanto majores vires accipiant, quanto contra adversarium solutum pugnant. Unde hic cum struthio alas elevare, ascensorem et equitem deridere describitur, illico fortium praedicatorum memoria subrogatur, et dicitur:

Caput XXIV

[Vet XVIII].

VERS. 19.---Nunquid praebebis equo fortitudinem, aut circumdabis collo ejus hinnitum?

43. Equi nomine multa in Scriptura sacra significantur: lubrici; dignitas temporalis; praesens saeculum, cujus extrema premit coluber Antichristus. Praeparatio rectae intentionis; sancti praedicatores.---In Scriptura sacra equi nomine aliquando lubrica vita pravorum, aliquando dignitas temporalis, aliquando hoc ipsum praesens saeculum, aliquando praeparatio rectae intentionis, aliquando sanctus praedicator exprimitur.

Equi enim nomine lubrica pravorum vita signatur, sicut scriptum est: Nolite fieri sicut equus et mulus (Psal. XXXI, 9). Et sicut per prophetam alium dicitur: Equi amatores, et emissarii facti sunt, unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat (Jerem. V, 8).

Equi nomine dignitas temporalis accipitur, Salomone attestante, qui ait: Vidi servos in equis, et principes ambulantes quasi servos super terram (Eccle. X, 7). Omnis quippe qui peccat servus est peccati, et servi in equis sunt cum peccatores praesentis vitae dignitatibus efferuntur. Principes vero quasi servi ambulant, cum multos dignitate virtutum plenos nullus honor erigit, sed summa hic adversitas velut indignos deorsum premit. Hinc rursum dicitur: Dormitaverunt qui ascenderunt equos (Psal. LXXV, 7); id est, in morte animae mentis oculos a veritatis luce clauserunt, qui in praesentis vitae honore confisi sunt.

Equi nomine hoc ipsum praesens saeculum designatur, sicut Jacob voce dicitur: Fiat Dan coluber in via cerastes in semita, mordens ungulas equi, ut cadat ascensor ejus retro (Genes. XLIX, 17). Quo in testimonio quid equus significet melius ostendimus, si et ea quae circumstant paulo subtilius exponamus. Nonnulli enim de tribu Dan venire Antichristum ferunt, pro eo quod hoc loco Dan et coluber asseritur et mordens.

Pero nuestro Redentor es uno mismo y el mismo tanto jinete como caballero del jinete; y cuando vino al mundo, exhibió predicadores fuertes contra el mundo; y cuando en el término del mundo tolera la falacia del Anticristo, suministra virtud a los que luchan por Él; para que cuando el antiguo enemigo sea soltado en aquella su libertad que ha de acabar pronto, nuestros fieles reciban tanto mayores fuerzas cuanto luchan contra un adversario suelto. Por lo cual aquí, cuando se describe que el avestruz eleva las alas, y se burla del caballero y del jinete, al punto se subroga la memoria de los fuertes predicadores, y se dice:

Capítulo XXIV

[Vet XVIII].

VERS. 19.---¿Acaso darás al caballo fortaleza, o rodearás su cuello de relincho?

43. Por el nombre de caballo se significan muchas cosas en la sagrada Escritura: lo lúbrico; la dignidad temporal; el presente siglo, cuyas extremidades oprime la serpiente Anticristo. La preparación de la recta intención; los santos predicadores.--- En la sagrada Escritura, por el nombre de caballo se expresa a veces la vida lúbrica de los malvados, a veces la dignidad temporal, a veces este mismo siglo presente, a veces la preparación de la recta intención, a veces el santo predicador.

Pues por el nombre de caballo se señala la vida lúbrica de los malvados, como está escrito: No queráis ser como el caballo y el mulo (Sal. XXXI, 9). Y como se dice por otro profeta: Se hicieron caballos amantes y emisarios, cada uno relinchaba tras la mujer de su prójimo (Jerem. V, 8).

Por el nombre de caballo se acepta la dignidad temporal, atestiguándolo Salomón, quien dice: Vi a siervos sobre caballos, y a príncipes caminando como siervos sobre la tierra (Ecl. X, 7). Pues todo el que peca es siervo del pecado, y los siervos están sobre caballos cuando los pecadores son ensalzados con las dignidades de la vida presente. Pero los príncipes caminan como siervos cuando a muchos llenos de la dignidad de las virtudes ningún honor los levanta, sino que la suma adversidad aquí los oprime hacia abajo como a indignos. De aquí rursum se dice: Durmieron los que subieron a los caballos (Sal. LXXV, 7); es decir, en la muerte del alma cerraron los ojos de la mente a la luz de la verdad, quienes confiaron en el honor de la vida presente.

Por el nombre de caballo se designa este mismo siglo presente, como se dice por la voz de Jacob: Sea Dan serpiente en el camino, cerasta en la senda, mordiendo los talones del caballo, para que caiga su jinete atrás (Gén. XLIX, 17). En cuyo testimonio mostramos mejor qué significa el caballo, si exponemos también lo que le rodea un poco más sutilmente. Pues algunos dicen que el Anticristo ha de venir de la tribu de Dan, por el hecho de que en este lugar se afirma que Dan es tanto serpiente como mordedor.

Unde et non immerito dum Israeliticus populus terras in castrorum partitione susciperet, primus Dan ad Aquilonem castrametatus est (Num. II, 25); illum scilicet signans, qui in corde suo dixerat: Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis; ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo (Isai. XIV, 13). De quo et per prophetam dicitur: A Dan auditus est fremitus equorum ejus (Jerem. VIII, 16). Qui non solum coluber, sed etiam cerastes vocatur. Κέρατα enim Graece cornua Latine dicuntur, serpensque hic cornutus esse perhibetur, per quem digne Antichristi adventus asseritur, quia contra fidelium vitam cum morsu pestiferae praedicationis armatur etiam cornibus potestatis. Quis autem nesciat semitam angustiorem esse quam viam? Fit ergo Dan coluber in via, quia in praesentis vitae latitudine eos ambulare provocat, quibus quasi parcendo blanditur; sed in via mordet, quia eos quibus libertatem tribuit, erroris sui veneno consumit. Fit cerastes in semita, quia quos fideles reperit, et sese ad praecepti coelestis angusta itinera constringentes, non solum nequitia callidae persuasionis impetit, sed etiam terrore potestatis premit, et in persecutionis angore, post beneficia fictae dulcedinis, exercet cornua potestatis. Quo in loco equus hunc mundum insinuat, qui per elationem suam in cursu labentium temporum spumat. And quia Antichristus extrema mundi apprehendere nititur, cerastes iste equi ungulas mordere perhibetur. Ungulas quippe equi mordere est extrema saeculi feriendo contingere. Ut cadat ascensor ejus retro (Genes. XLIX, 17). Ascensor equi est quisquis extollitur in dignitatibus mundi. Qui retro cadere dicitur, et non in faciem, sicut Saulus cecidisse memoratur (Act. IX, 4). In faciem enim cadere est in hac vita suas unumquemque culpas agnoscere, easque poenitendo deflere. Retro vero quo non videtur, cadere, est ex hac vita repente decedere, et ad quae supplicia ducatur ignorare. Et quia Judaea erroris sui laqueis capta, pro Christo Antichristum expectat, bene Jacob eodem loco repente in electorum voce conversus est, dicens: Salutare tuum exspectabo, Domine (Genes. XLIX, 18); id est, non sicut infideles Antichristum, sed eum qui in redemptionem nostram venturus est, verum credo fideliter Christum.

Equi nomine praeparatio rectae intentionis accipitur, sicut scriptum est: Equus paratur in diem belli, sed Dominus salutem tribuit (Prov. XXI, 31), quia contra tentationem quidem se animus praeparat, sed nisi adjuvetur, salubriter non decertat.

Por lo cual también, no sin razón, mientras el pueblo israelita recibía tierras en la partición de los campamentos, primero acampó Dan al Aquilón (Núm. II, 25); señalando ciertamente a aquel que había dicho en su corazón: Me sentaré en el monte del testamento, en los lados del Aquilón; subiré sobre la altura de las nubes, seré semejante al Altísimo (Isa. XIV, 13). De quien también se dice por el profeta: Desde Dan se oyó el estrépito de sus caballos (Jerem. VIII, 16). Quien no solo es llamado serpiente, sino también cerasta. Pues Kerata en griego se dicen cuernos en latín, y se dice que esta serpiente es cornuda, por quien dignamente se afirma el advenimiento del Anticristo, porque se arma contra la vida de los fieles con el mordisco de la predicación pestífera y también con los cuernos del poder. ¿Pero quién no sabe que la senda es más estrecha que el camino? Se hace, pues, Dan serpiente en el camino, porque en la latitud de la presente vida provoca a caminar a aquellos a quienes halaga como perdonándolos; pero muerde en el camino, porque a aquellos a quienes dio libertad, los consume con el veneno de su error. Se hace cerasta en la senda, porque a los que encuentra fieles, y que se estrechan a los angostos itinerarios del precepto celestial, no solo los acomete con la malicia de la persuasión astuta, sino que también los oprime con el terror del poder, y en la angustia de la persecución, tras los beneficios de la fingida dulzura, ejerce los cuernos del poder. En cuyo lugar el caballo insinúa este mundo, que por su elación espuma en el curso de los tiempos que se deslizan. Y porque el Anticristo se esfuerza por aprehender las extremidades del mundo, se dice que esta cerasta muerde los talones del caballo. Pues morder los talones del caballo es alcanzar las extremidades del siglo hiriendo. Para que caiga su jinete atrás (Gén. XLIX, 17). El jinete del caballo es cualquiera que es ensalzado en las dignidades del mundo. Quien se dice que cae atrás, y no de cara, como se recuerda que cayó Saulo (Hech. IX, 4). Pues caer de cara es reconocer cada uno en esta vida sus culpas, y llorarlas arrepintiéndose. Pero caer atrás, hacia donde no se ve, es fallecer de repente de esta vida, e ignorar a qué suplicios es llevado. Y porque Judea, captada por los lazos de su error, espera al Anticristo en lugar de a Cristo, bien se convirtió Jacob en el mismo lugar de repente en la voz de los electos, diciendo: Tu salvación esperaré, Señor (Gén. XLIX, 18); es decir, no como los infieles esperan al Anticristo, sino que a aquel que ha de venir para nuestra redención, lo creo fielmente el verdadero Cristo.

Por el nombre de caballo se acepta la preparación de la recta intención, como está escrito: El caballo se prepara para el día de la guerra, pero el Señor da la salvación (Prov. XXI, 31), porque el alma ciertamente se prepara contra la tentación, pero si no es ayudada, no lucha saludablemente.

Equi nomine sanctus quisque praedicator accipitur, propheta attestante, qui ait: Misisti in mare equos tuos, turbantes aquas multas (Habac. III, 15). Quietae quippe aquae jacuerunt, quia humanae mentes diu vitiorum suorum torpore sopitae sunt. Sed equis Dei mare turbatum est, quia missis sanctis praedicatoribus, omne cor quod pestifera securitate torpuit, impulsu salutiferi timoris expavit. Hoc itaque loco equi nomine sanctus praedicator accipitur, cum beato Job dicitur: [Vet. XIX, Rec. XI.] Nunquid praebebis equo fortitudinem, aut circumdabis collo ejus hinnitum?

44. Praedicator tanquam equus habeat a Deo fortitudinem, ut recte agat; et hinnitum, ut optime doceat.---Sed quid est quod huic equo Dominus se prius dare fortitudinem, et postmodum collo ejus hinnitum circumdare asserit? Hinnitu enim vox praedicationis exprimitur. Verus autem quisque praedicator ante fortitudinem, et postmodum hinnitum accipit, quia cum in se prius vitia exstinxerit, tunc pro erundiendis aliis ad vocem praedicationis venit. Equus iste habet fortitudinem, quia adversa constanter tolerat. Habet hinnitum, quia ad superna blandiens vocat. Huic equo Dominus et fortitudinem et hinnitum se dare testatur, quia in praedicatore ejus nisi et vita et sermo convenerint, nequaquam virtus perfectionis apparebit. Non enim multum prodest si sublimis vitae operatione suffultus sit, si tamen loquendo non valet ad hoc alios excitare quod sentit. Vel quid prodest bene loquendo alios accendere, si semetipsum indicat male vivendo torpuisse? Quia ergo in praedicatore necesse est ut ad perfectionem utraque conveniant, equo suo Dominus et cum actionis fortitudine hinnitum vocis et cum hinnitu vocis fortitudinem ministrat actionis. Et notandum cur hinnitus, qui interius nimirum per guttur ducitur, equi collo circumdari, id est quasi per gyrum trahi exterius, dicatur, quia videlicet praedicationis vox de internis emanat, sed extra circumdat. Nam quo alios ad bene vivendum suscitat, eo ad bene agendum et opera praedicantis ligat, ne extra sermonem actio transeat, ne voci vita contradicat. Collo ergo equi hinnitus circumducitur, quia ne ad perversa opera prodeat, suis vocibus etiam vita praedicantis obsidetur. Hinc est enim quod potenter dimicantibus in munere torques datur, ut quia signa virtutum gestant, majora semper exerceant, et debilitatis crimen incurrere metuant, dum in semetipsis jam fortitudinis est praemium, quod ostentant. Unde recte in laude sapientiae auditori cuilibet per Salomonem dicitur: Coronam gratiarum accipies capiti tuo, et torquem auream collo tuo (Prov. I, 9). Sequitur:

Por el nombre de caballo se acepta cada santo predicador, atestiguándolo el profeta, quien dice: Enviaste tus caballos al mar, turbando muchas aguas (Habac. III, 15). Pues las aguas yacieron quietas, porque las mentes humanas estuvieron mucho tiempo adormecidas en el torpor de sus vicios. Pero por los caballos de Dios el mar fue turbado, porque enviados los santos predicadores, todo corazón que se adormeció con pestífera seguridad, se espantó por el impulso del temor saludable. En este lugar, pues, por el nombre de caballo se acepta el santo predicador, cuando se dice al bienaventurado Job: [Vet. XIX, Rec. XI.] ¿Acaso darás al caballo fortaleza, o rodearás su cuello de relincho?

44. Tenga el predicador, como el caballo, fortaleza de Dios, para que obre rectamente; y relincho, para que enseñe óptimamente.---¿Pero qué es esto de que el Señor afirme que da primero fortaleza a este caballo, y después rodea su cuello de relincho? Pues por el relincho se expresa la voz de la predicación. Pero cada verdadero predicador recibe antes la fortaleza, y después el relincho, porque cuando primero haya extinguido en sí los vicios, entonces viene a la voz de la predicación para la instrucción de los demás. Este caballo tiene fortaleza, porque tolera constantemente las adversidades. Tiene relincho, porque llama halagadoramente a las cosas celestiales. A este caballo el Señor atestigua que le da tanto fortaleza como relincho, porque si en su predicador no convienen tanto la vida como la palabra, de ningún modo aparecerá la virtud de la perfección. Pues no aprovecha mucho si está apoyado por la operación de una vida sublime, si sin embargo hablando no vale para excitar a otros a esto que siente. ¿O qué aprovecha encender a otros hablando bien, si él mismo indica que ha estado adormecido viviendo mal? Porque, por lo tanto, es necesario que en el predicador convengan ambas cosas para la perfección, el Señor suministra a su caballo tanto el relincho de la voz con la fortaleza de la acción, como la fortaleza de la acción con el relincho de la voz. Y se ha de notar por qué el relincho, que sin duda se lleva interiormente por la garganta, se dice que rodea el cuello del caballo, esto es, como si se arrastrara por fuera en círculo, porque a saber, la voz de la predicación emana de lo interno, pero rodea por fuera. Pues en lo que suscita a otros a vivir bien, en eso liga también las obras del que predica a obrar bien, para que la acción no pase fuera del sermón, para que la vida no contradiga a la voz. Por el cuello del caballo, pues, se rodea el relincho, porque para que no salga a obras perversas, también la vida del que predica es sitiada por sus propias voces. De aquí es, pues, que a los que luchan poderosamente se les da un collar como don, para que, porque llevan los signos de las virtudes, ejerzan siempre cosas mayores, y teman incurrir en el crimen de la debilidad, mientras hay ya en sí mismos el premio de la fortaleza que muestran. Por lo cual rectamente en la alabanza de la sabiduría se dice a cualquier oyente por Salomón: Recibirás una corona de gracias para tu cabeza, y un collar de oro para tu cuello (Prov. I, 9). Sigue:

Caput XXV

[Rec. XII].

VERS. 20.---Nunquid suscitabis eum quasi locustas?

45. Per locustas quae debeant intelligi. Judaicus populus. Saltus quosdam dedit, et in terram statim cecidit.---Locustarum nomine aliquando Judaicus populus, aliquando conversa gentilitas, aliquando adulantium lingua, aliquando vero per comparationem resurrectio dominica, vel praedicatorum vita signatur.

Quia enim Judaeorum populum locustae exprimant, vita Joannis signat, de quo scriptum est: Locustas et mel silvestre edebat (Matth. III, 4). Joannes quippe eum quem prophetiae auctoritate pronuntiat, etiam specie ciborum clamat. In semetipso enim designavit Dominum, quem praevenit. Qui nimirum in redemptionem nostram veniens, quia infructuosae gentilitatis dulcedinem sumpsit, mel silvestre edit. Quia vero Judaeorum plebem in suo corpore ex parte convertit, in cibo locustas accepit. Ipsos namque locustae significant subitos saltus dantes, sed protinus ad terram cadentes. Saltus enim dabant cum praecepta Domini se implere promitterent; sed citius ad terram cadebant, cum per prava opera haec se audisse denegarent. Videamus in eis quasi quemdam locustarum saltum: Omnia verba quae locutus est Dominus, et faciemus et audiemus (Exod. XXIV, 3). Videamus autem quomodo citius ad terram ruunt: Utinam mortui essemus in Aegypto, et non in hac vasta solitudine. Utinam pereamus, et non inducat nos Dominus in terram istam (Num. XIV, 3). Locustae ergo erant, quia habebant saltum per vocem, et casum per actionem.

[Vet. XX.] 46. Gentiles locustis significati, et adulantium linguae quae bonorum operum fructus devastant.---Locustarum quoque nomine gentilitas designatur, Salomone attestante, qui ait: Florebit amygdalus, impinguabitur locusta, dissipabitur capparis (Eccle. XII, 5). Amygdalus quippe florem prius cunctis arboribus ostendit. Et quid in flore amygdali nisi sanctae Ecclesiae primordia designantur? quae in praedicatoribus suis primitivos virtutum flores aperuit, et ad inferenda poma bonorum operum, venturos sanctos, quasi arbusta sequentia praevenit. In qua mox locusta impinguata est, quia sicca gentilitatis sterilitas pinguedine est gratiae coelestis infusa. Capparis dissipatur, quia cum gratiam fidei vocata gentilitas attigit, Judaea, in sua sterilitate remanens, bene vivendi ordinem amisit. Hinc rursum per eumdem Salomonem dicitur: Regem locusta non habet, et egreditur universa per turmas suas (Prov. XXX, 27), quia videlicet derelicta gentilitas aliena dudum a divino regimine exstitit, sed tamen ordinata postmodum contra adversantes spiritus ad fidei bellum processit.

Capítulo XXV

[Rec. XII].

VERS. 20.---¿Acaso lo suscitarás como a las langostas?

59. Debemos cuidar de no huir por temor más bien que por una cauta dispensación. En este asunto se debe considerar que declina laudablemente ciertos trabajos por el juicio de la dispensación aquel que por Dios tolera valientemente otros mayores. Pues a menudo el temor débil es llamado por los hombres cauta dispensación; y afirman que han declinado prudentemente el ímpetu, cuando huyendo vergonzosamente son heridos por la espalda. De donde es necesario que en la causa de Dios, cuando se trata de una cuestión de dispensación, el miedo del corazón sea pesado con sutilísima balanza, no sea que por la enfermedad se introduzca el temor y se finja una razón bajo la imagen de la dispensación, para que la culpa no se llame a sí misma prudencia; y ya no vuelva el ánimo a la penitencia, cuando llama virtud a esto mismo que comete inicuamente. Resta, pues, que cada cual sorprendido en dudas, cuando le amenaza cualquier adversidad, luche primero dentro de sí mismo contra el pavor y la precipitación, a fin de que ni se retire temerosamente, ni se oponga precipitadamente. Pues es muy precipitado el que siempre se arroja a las adversidades, y muy pávido el que siempre se esconde.

60. El jefe perito ni siempre mueve el ejército contra el enemigo, ni siempre lo retira. Pero estas cosas las aprendemos mejor en las guerras espirituales si tomamos la forma del ejercicio de las guerras corporales. Pues no es sabio aquel jefe que siempre mueve el ejército precipitadamente contra los escuadrones hostiles; ni es fuerte aquel jefe que siempre lo retira de la presencia del enemigo por precaución. Pues el jefe debe saber ora retirar cautamente el ejército del ímpetu hostil, ora estrechar al enemigo con las alas circundantes.

Quod nimirum sollicite perfecti praedicatores exhibent, cum modo persecutionis rabiem declinantes, noverunt sapienter sed non enerviter cedere; modo autem persecutionis impetum contemnentes, noverunt ei fortiter, sed non praecipitanter obviare. Quia autem sanctus vir, cum congruum cernit, ictibus pectus objicit, et venientia jacula vel moriens retundit, recte dicitur: In occursum pergit armatis. De quo adhuc bene subditur:

CAPUT XXIX.

VERS. 22.---Contemnit pavorem, nec cedit gladio.

1025 61. Paulus pavorem omnem, omnem hostilem impetum despexit. Videamus quomodo pavorem despiciat, qui ipsos adversariorum gladios enumerans calcat. Ait enim: Quis nos separabit a charitate Dei? tribulatio an angustia, an fames, an persecutio (Rom. VIII, 35)? In pavore autem ventura poena metuitur, in gladio vero jam dolor de praesenti percussione sentitur. Quia ergo vir sanctus ventura adversa non metuit, pavorem despicit; quia vero nec superveniente percussione vincitur, nequaquam gladiis cedit. Contra hunc itaque equum tot sunt gladii hostium, quot genera persecutionum; quae cuncta obvians superat, quia amore vitae sese ad interitum parat. Sed quia tam robustissimum pectus quomodo se jaculis opponat audivimus, nunc quid ab adversariis agatur audiamus. Sequitur:

CAPUT XXX.

VERS. 23.---Super ipsum sonabit pharetra.

62. Victi hostes ad dolos, sed incassum confugiunt. In Scriptura sacra pharetrae nomine aliquando justum Dei occultumque consilium, aliquando vero clandestina pravorum machinatio designatur. Per pharetram justum Dei occultumque consilium exprimitur, sicut idem beatus Job superiore parte testatur, dicens: Pharetram enim suam aperuit, et afflixit me (Job. XXX, 11). Id est, occultum suum consilium detexit, et publica me percussione vulneravit. Sicut enim in pharetra sagittae, sic in occulto Dei consilio latent sententiae; et quasi ex pharetra sagitta educitur, quando ex occulto consilio apertam Deus sententiam jaculatur. Pharetrae quoque nomine pravorum machinatio designatur, sicut per prophetam dicitur: Paraverunt sagittas suas in pharetra, ut sagittent in obscuro rectos corde (Psal. X, 3).

Lo cual sin duda muestran solícitamente los predicadores perfectos cuando, declinando a veces la rabia de la persecución, saben ceder sabiamente pero no con debilidad; y a veces, despreciando el ímpetu de la persecución, saben oponérsele valientemente, pero no precipitadamente. Porque el varón santo, cuando lo ve conveniente, ofrece el pecho a los golpes y, aun muriendo, embota los dardos que vienen, rectamente se dice: Va al encuentro de los armados. De lo cual todavía se añade bien:

CAPÍTULO XXIX.

VERS. 22.---Desprecia el temor, y no cede a la espada.

1025 61. Pablo despreció todo temor, todo ímpetu hostil. Veamos cómo desprecia el temor quien, enumerando las mismas espadas de los adversarios, las pisotea. Pues dice: ¿Quién nos separará de la caridad de Dios? ¿la tribulación, o la angustia, o el hambre, o la persecución? (Rom. VIII, 35). En el temor se teme la pena venidera, pero en la espada ya se siente el dolor por la percusión presente. Porque, pues, el varón santo no teme las adversidades venideras, desprecia el temor; pero porque ni siquiera es vencido por la percusión que sobreviene, de ningún modo cede a las espadas. Contra este caballo, por tanto, hay tantas espadas de enemigos cuantos géneros de persecuciones; a todas las cuales, saliendo al encuentro, las supera, porque por el amor de la vida se prepara para la muerte. Pero porque ya hemos oído cómo un pecho tan robusto se opone a los dardos, oigamos ahora qué hacen los adversarios. Sigue:

CAPÍTULO XXX.

VERS. 23.---Sobre él sonará el carcaj.

62. Los enemigos vencidos recurren a engaños, pero en vano. En la sagrada Escritura, con el nombre de carcaj se designa a veces el justo y oculto consejo de Dios, y a veces la clandestina maquinación de los malvados. Por el carcaj se expresa el justo y oculto consejo de Dios, como el mismo bienaventurado Job atestigua en una parte superior diciendo: Pues abrió su carcaj y me afligió (Job XXX, 11). Es decir, descubrió su oculto consejo y me hirió con una percusión pública. Pues como las saetas están en el carcaj, así en el oculto consejo de Dios se esconden las sentencias; y la saeta es como sacada del carcaj cuando Dios arroja una sentencia abierta desde su oculto consejo. También con el nombre de carcaj se designa la maquinación de los malvados, como se dice por el profeta: Prepararon sus saetas en el carcaj, para asaetear en la oscuridad a los rectos de corazón (Sal. X, 3).

Iniqui enim cum dolos quos bonis excogitant secretis machinationibus occultant, quasi in pharetra sagittas parant, et in hac praesentis vitae caligine, velut in obscuro, rectos corde feriunt, quia malitiosa eorum jacula et sentiri per vulnus possunt, et tamen venientia deprehendi non possunt. Igitur quia equus Dei nulla adversitate terretur, eique quo magis obviatur, eo vi intentionis suae super armatos hostes ferventior ducitur, persecutores ejus, qui se etiam ferientes vinci sentiunt, turbati ad consilium revertuntur, dolos praeparant, et velut ex longinquo mittendo vulnera occultant. Unde nunc recte dicitur: Super ipsum sonabit pharetra; ut eum ex absconsa machinatione longe feriant, cui apertis congressionibus inaniter appropinquant. Haec tunc super equum Dei pharetra sonuerat, cum quadraginta viri qui in ejus mortem conjuraverant educi de carcere Paulum quaerebant (Act. XXIII, 16), ut consiliorum suorum ictibus quasi clam sagittarum dolo interficerent quem congressione persecutionis publicae superare nequaquam possent. Pharetra ergo sonuit, quia occultae machinationis ad Paulum causa pervenit.

63. Artes suas aliquando occultant, aliquando, ut incutiant terrorem, ostentant.--- Quamvis si vigilanter quaerimus, adhuc in pharetrae sonitu aliquid subtilius invenimus. Saepe enim adversarii consilia contra bonos ineunt, pravis inventionibus innituntur, ad excogitandos dolos se conferunt, sed tamen qui eosdem dolos prodere bonis debeant, ipsi instituunt, latenter ipsi transmittunt, ut credulis suppliciorum praeparatio dum quasi furtim innotescitur, amplius timeatur, et audientis animum plus suspecta vulnera quam percepta perturbent. In pharetra enim sagittae 1026 dum latent et sonant mortem etiam non visae denuntiant. Pharetra ergo contra equum sonitum reddit, cum contra praedicatorem sanctum occulta pravorum machinatio consilium suum, quod fraudulenter operit, fraudulentius innotescit, ut praemissis minis quasi ex sonitu pharetrae terreat, cum praedicator Dei apertas contumelias velut cominus ferientia jacula non formidat. Cum vero eisdem minis minime terretur, mox persecutorum crudelitas ad supplicia manifesta perducitur. Unde bene postquam dictum est: Super ipsum sonabit pharetra, illico additur:

CAPUT XXXI.

IBID.--- Vibrabit hasta.

Pues los inicuos, cuando ocultan con secretas maquinaciones los engaños que idean contra los buenos, preparan como saetas en el carcaj, y en esta tiniebla de la vida presente, como en la oscuridad, hieren a los rectos de corazón, porque sus maliciosos dardos pueden ser sentidos por la herida y, sin embargo, no pueden ser descubiertos al venir. Por tanto, porque el caballo de Dios no se aterroriza por ninguna adversidad, y cuanto más se le opone, tanto más ferviente es llevado por la fuerza de su intención sobre los enemigos armados, sus perseguidores, que se sienten vencidos incluso hiriendo, vuelven turbados al consejo, preparan engaños y, como desde lejos, ocultan las heridas enviándolas. De donde ahora se dice rectamente: Sobre él sonará el carcaj; para herirlo desde una maquinación escondida desde lejos, a quien en vano se acercan con encuentros abiertos. Este carcaj había sonado entonces sobre el caballo de Dios cuando los cuarenta hombres que habían conjurado para su muerte pedían que Pablo fuera sacado de la cárcel (Hechos XXIII, 12-21), para matarlo con los golpes de sus consejos como por el engaño de saetas ocultas, a quien de ningún modo podían superar en un encuentro de persecución pública. El carcaj, pues, sonó, porque la causa de la secreta maquinación llegó a Pablo.

63. A veces ocultan sus artes, a veces, para infundir terror, las ostentan. Aunque si buscamos vigilantemente, todavía encontramos algo más sutil en el sonido del carcaj. Pues a menudo los adversarios inician consejos contra los buenos, se apoyan en malvadas invenciones, se entregan a idear engaños, pero sin embargo ellos mismos instituyen a quienes deban revelar esos mismos engaños a los buenos, ellos mismos los transmiten latente mente, para que la preparación de los suplicios, mientras se da a conocer como a hurtadillas, sea más temida por los crédulos, y perturben más al ánimo del que oye las heridas sospechadas que las recibidas. Pues las saetas en el carcaj 1026 mientras están ocultas y suenan, denuncian la muerte incluso no vistas. El carcaj, pues, emite un sonido contra el caballo cuando contra el santo predicador la secreta maquinación de los malvados da a conocer su consejo, que fraudulentamente encubre, más fraudulentamente, para que con las amenazas previas aterrorice como por el sonido del carcaj, mientras que el predicador de Dios no teme las contumelias abiertas como dardos que hieren de cerca. Pero cuando de ningún modo se aterroriza con esas mismas amenazas, pronto la crueldad de los perseguidores es llevada a suplicios manifiestos. De donde bien, después de haber dicho: Sobre él sonará el carcaj, se añade allí mismo:

CAPÍTULO XXXI.

IBÍD.---Vibrará la lanza.

64. A minis ad aperta supplicia prorumpunt. Contra praedicatorem Dei post pharetrae sonitum hasta vibratur, quando post terrores exhibitos e vicino jam feriens aperta poena producitur. Praedicatores autem sancti, cum pro defensione fidei supplicia subeunt, ad eamdem fidem, quos valent, rapere et inter verbera non desistunt; et cum patienter vulnera suscipiunt, prudenter contra corda infidelium sagittas praedicationis reddunt. Unde nonnunquam agitur ut ipsi qui in persecutionis saeviunt non tam doleant quod cor praedicatoris non emolliunt quam quod per ejus verba etiam alios amittant. Quia igitur eum feriendo non superant, ne fortasse et alii qui illum audiunt se derelinquant, mox contra loquentis verba scutum responsionis parant. Unde cum diceret: Vibrabit hasta, recte subjungit:

IBID.---Et clypeus.

65. Rationes quas opponant, etiam quaerunt.---Persecutor saeviens postquam praedicatoris corpus supplicio percutit, auditorum cor quasi clypeo verbis suae disputationis munit. Vir igitur sanctus ut feriri debeat, hasta vibratur; sed ne audiri possit, clypeus opponitur. Habent namque defensores Dei in praelio sagittas suas quas eo citius in auditorum corda injiciunt, quo illas de spiritali arcu, id est de intima cordis tensione distringunt. His quippe se in bello fidei Paulus armaverat, cum dicebat: Laboro usque ad vincula quasi male operans, sed verbum Dei non est alligatum (II Tim. II, 9). Ac si diceret: Hasta quidem suppliciorum ferior, sed tamen verborum sagittas emittere non desisto. Vulnera crudelitatis accipio, sed cor infidelium vera loquendo transfigo. Dicatur ergo: Super ipsum sonabit pharetra, vibrabit hasta et clypeus. Contra equum quippe Dei, quia pravorum consilia perstrepunt, pharetra sonat, quia aperta poena exquiritur, hasta vibratur; quia vero ei etiam disputatione resistitur, clypeus antefertur. Sed nunquid a fervore suo per ista compescitur? Vir enim sanctus quo majore persecutione premitur, eo ad praedicandam veritatem acrius instigatur; et cum patienter persecutores tolerat, ardenter ad se auditores trahere festinat. Unde et bene adhuc de equo Dei subditur:

CAPUT XXXII.

VERS. 24.---Fervens et fremens sorbet terram, nec reputat tubae sonare clangorem.

64. De las amenazas prorrumpen a los suplicios abiertos. Contra el predicador de Dios, tras el sonido del carcaj, se vibra la lanza cuando, tras los terrores mostrados, se produce ya de cerca la pena abierta que hiere. Pero los santos predicadores, cuando sufren suplicios por la defensa de la fe, no desisten de atraer a esa misma fe a cuantos pueden, aun entre los azotes; y mientras reciben pacientemente las heridas, devuelven prudentemente contra los corazones de los infieles las saetas de la predicación. De donde a veces sucede que los mismos que se ensañan en la persecución no se duelen tanto de no ablandar el corazón del predicador cuanto de que, por sus palabras, pierden incluso a otros. Porque, por tanto, no lo superan hiriéndolo, para que no ocurra que otros que lo oyen los abandonen, preparan pronto contra las palabras del que habla el escudo de la respuesta. De donde, habiendo dicho: Vibrará la lanza, añade rectamente:

IBÍD.---Y el escudo.

65. Buscan también razones que oponer. Pues el perseguidor ensañado, después de herir con el suplicio el cuerpo del predicador, protege el corazón de los oyentes como con un escudo con las palabras de su disputa. El varón santo, pues, para que deba ser herido, se vibra la lanza; pero para que no pueda ser oído, se opone el escudo. Pues tienen los defensores de Dios en la batalla sus saetas, que lanzan tanto más pronto a los corazones de los oyentes cuanto más las disparan desde el arco espiritual, esto es, desde la íntima tensión del corazón. Con estas se había armado Pablo en la guerra de la fe cuando decía: Trabajo hasta las cadenas como malhechor, pero la palabra de Dios no está encadenada (2 Tim. II, 9). Como si dijera: Ciertamente soy herido por la lanza de los suplicios, pero no desisto de emitir las saetas de las palabras. Recibo las heridas de la crueldad, pero traspaso el corazón de los infieles hablando la verdad. Dígase, pues: Sobre él sonará el carcaj, vibrará la lanza y el escudo. Pues contra el caballo de Dios, porque resuenan los consejos de los malvados, suena el carcaj; porque se busca la pena abierta, se vibra la lanza; pero porque también se le resiste con la disputa, se antepone el escudo. ¿Pero acaso es refrenado en su fervor por estas cosas? Pues el varón santo, cuanto con mayor persecución es oprimido, tanto más acerbamente es instigado a predicar la verdad; y mientras tolera pacientemente a los perseguidores, ardientemente se apresura a atraer hacia sí a los oyentes. De donde también se añade bien todavía sobre el caballo de Dios:

CAPÍTULO XXXII.

VERS. 24.---Ferviente y relinchando sorbe la tierra, y no hace caso de que suene el clamor de la trompeta.

66. Despectis illorum conatibus, pius praedicator peccatorum conversioni semper insudat. Primo namque peccanti homini dictum est: Terra es, et in terram ibis (Genes. III, 19). Tubae autem clangunt, cum hujus saeculi potestates loqui sanctos terribiliter prohibent. Quia igitur praedicator zelo sancti Spiritus inflammatus, vel inter supplicia positus, quoslibet peccatores ad se trahere non desistunt, fervens 1027 procul dubio terram sorbet, quia vero persecutorum minas minime formidat, clangorem tubae sonare non reputat. Tuba enim, quae discrimen belli denuntiat, quid est aliud quam vox saecularium potestatum, quae contempta resistentibus mortis certamen parat?

67. Exemplum Apostolorum, praesertim S. Pauli.---Haec a principibus sacerdotum tuba sonuerat, cum flagellatos apostolos de Deo loqui prohibebant, sicut scriptum est: Caesis denuntiaverunt, ne loquerentur in nomine Jesu (Act. V, 40). Sed videamus quomodo equum Dei clangor tubae non terreat. Ait Petrus: Obedire oportet Deo magis quam hominibus (Ibid., 29). Qui aliis quoque persequentibus dicit: Non enim possumus quae vidimus et audivimus, non loqui (Act. IV, 20). Equus ergo Dei clangorem tubae non metuit, quia praedicator egregius despectis potestatibus saeculi, nullos minarum sonitus pertimescit.

68. Videamus alium equum Dei quomodo terram sorbeat, quomodo nullus eum tubae terror attingat (Act. XIV, 18, 19, 20, 21). Scriptum est: Supervenerunt quidam ab Antiochia et Iconio Judaei, et persuasis turbis, lapidantes Paulum traxerunt extra civitatem, aestimantes eum mortuum esse. Circumdantibus autem eum discipulis, surgens intravit civitatem, et postero die profectus est cum Barnaba in Derben. Cumque evangelizassent civitati illi, et docuissent multos, reversi sunt Lystrum et Iconium et Antiochiam, confirmantes animas discipulorum. Perpendamus ergo quae hunc possent equum minae compescere, quando eum ab intentione sua non valet mors ipsa prohibere. Ecce lapidibus obruitur, nec tamen a veritatis sermone removetur. Occidi potest, superari non potest; velut exstinctus extra urbem projicitur, sed intra urbem die alio illaesus praedicator invenitur. O quam fortis huic viro inest infirmitas! o quam victrix poena! o quam dominatrix patientia! Ad agendum repulsione provocatur, ad praedicandam salutem plagis erigitur, ad propellendam laboris lassitudinem poena refovetur. Quae ergo hunc adversitas superet, quem poena fovet?

66. Despreciados los intentos de aquellos, el piadoso predicador siempre trabaja en la conversión de los pecadores. Pues al primer hombre que pecó se le dijo: Tierra eres y a la tierra irás (Gén. III, 19). Pero las trompetas claman cuando las potestades de este siglo prohíben terriblemente hablar a los santos. Porque, por tanto, el predicador inflamado por el celo del Espíritu Santo, aun puesto entre suplicios, no desiste de atraer hacia sí a cualesquiera pecadores, ferviente 1027 sin duda sorbe la tierra; pero porque de ningún modo teme las amenazas de los perseguidores, no hace caso de que suene el clamor de la trompeta. Pues la trompeta, que denuncia el peligro de la guerra, ¿qué otra cosa es sino la voz de las potestades seculares, que, despreciada, prepara el certamen de la muerte para los que resisten?

67. Ejemplo de los Apóstoles, especialmente de S. Pablo. Esta trompeta había sonado por los príncipes de los sacerdotes cuando prohibían a los apóstoles azotados hablar de Dios, como está escrito: Habiéndolos azotado, les denunciaron que no hablasen en el nombre de Jesús (Hechos V, 40). Pero veamos cómo el clamor de la trompeta no aterra al caballo de Dios. Dice Pedro: Es menester obedecer a Dios antes que a los hombres (Ibíd. 29). El cual dice también a otros que lo perseguían: Porque no podemos dejar de decir lo que hemos visto y oído (Hechos IV, 20). El caballo de Dios, pues, no temió el clamor de la trompeta porque el predicador egregio, despreciadas las potestades del siglo, no teme ningún estruendo de amenazas.

68. Veamos otro caballo de Dios cómo sorbe la tierra, cómo ningún terror de la trompeta lo alcanza (Hechos XIV, 18-21). Está escrito: Sobrevivieron ciertos judíos de Antioquía e Iconio y, persuadidas las turbas, lapidando a Pablo lo arrastraron fuera de la ciudad, estimando que estaba muerto. Pero rodeándolo los discípulos, levantándose entró en la ciudad, y al día siguiente partió con Bernabé hacia Derbe. Y habiendo evangelizado a aquella ciudad y enseñado a muchos, volvieron a Listra e Iconio y Antioquía, confirmando las almas de los discípulos. Consideremos, pues, qué amenazas podrían refrenar a este caballo, cuando ni la misma muerte puede prohibirle su intención. He aquí que es sepultado por las piedras, y sin embargo no es apartado del sermón de la verdad. Puede ser matado, no puede ser vencido; es arrojado fuera de la ciudad como extinguido, pero dentro de la ciudad, al día siguiente, se encuentra el predicador ileso. ¡Oh, qué fuerte debilidad hay en este varón! ¡oh, qué victoriosa pena! ¡oh, qué dominadora paciencia! Al obrar es provocado por la repulsión, a predicar la salud es erigido por las llagas, a repeler el cansancio del trabajo es reconfortado por la pena. ¿Qué adversidad, pues, superará a este, a quien la pena reconforta?

Sed equus iste Dei et pharetrae sagittas despicit, quia malitiae consilia contemnit; vibratam hastam superat, quia et contra apertae persecutionis vulnera pectus firmat; oppositum clypeum rumpit, quia disputationem resistentium ratiocinando subigit; terram sorbet, quia peccatores in suum corpus exhortando convertit; clangorem buccinae sonare non reputat, quia vocem quamlibet terribilis prohibitionis calcat. Minus est autem quod dicitur, quia fortis perseverat in laboribus, adhuc, quod majus est, exsultat in adversis. Unde sequitur:

Caput XXXIII

[Rec. XVI].

VERS. 25.---Ubi audierit buccinam, dicit Vah.

69. Sancti, imminente certamine, licet mortis metu concutiantur, de futuro tamen praemio gaudent. Quibus profecto verbis et illud ostenditur, quod hoc loco a Domino de equo irrationabili nil dicatur. Neque enim vah dicere brutum animal potest; sed dum asseritur dicere quod omnino dicere non valet, innuitur quem designet. Vah quippe sermo exsultationis est. Equus ergo, audita buccina, vah dicit, quia fortis quisque praedicator cum certamen passionis sibi propinquare considerat, de exercitio virtutis exsultat; nec terretur pugnae periculo, quia victoriae laetatur triumpho. 1028 Equo itaque est vah dicere, praedicatorem sanctum de ventura passione gaudere. [Vet. XXVI.] Sed si praedicator fortis gloriam passionis appetit, si discrimen mortis subire pro Domino laetus quaerit, quid est quod ipsi fortissimo praedicatori, qui ex robusto corde virtutem traxit in nomine, Petro Veritas dixit: Cum senueris, extendes manus tuas, et alius te cinget, et ducet quo non vis (Joan. XXI, 12). Quomodo de passione gaudet, qui, cinctus ab alio, ire quo ducitur non volet? Sed si pensamus qualiter animus appropinquante passione et mortis metu qualitur, et tamen de venturo regni praemio laetatur, intelligimus quomodo gloriosi certaminis subire periculum volens nolit, quia et in morte considerat quod tolerans paveat, et in fructu mortis aspicit quod appetens quaerat.

70. Paulus amat quod refugit, fugere videtur quod amat.---Videamus Paulum quomodo amet quod refugit, quomodo refugiat quod amat. Ait enim: Desiderium habens dissolvi, et cum Christo esse (Philip. I, 23). Et, Mihi vivere Christus est, et mori lucrum (Ibid., 21). Et tamen dicit: Qui sumus in hoc habitaculo, ingemiscimus gravati, eo quod nolumus exspoliari, sed supervestiri, ut absorbeatur quod mortale est a vita (II Cor. V, 4). Ecce et mori desiderat, et tamen carne exspoliari formidat.

Pero este caballo de Dios desprecia las saetas del carcaj porque desprecia los consejos de la malicia; supera la lanza vibrada porque afirma el pecho incluso contra las heridas de la persecución abierta; rompe el escudo opuesto porque subyuga razonando la disputa de los que resisten; sorbe la tierra porque convierte a los pecadores a su cuerpo exhortándolos; no hace caso de que suene el clamor de la trompeta porque pisotea cualquier voz de terrible prohibición. Pero es poco lo que se dice, que fuerte persevera en los trabajos, todavía, lo que es mayor, se exulta en las adversidades. De donde sigue:

CAPÍTULO XXXIII.

VERS. 25.---Cuando oiga la trompeta, dice: ¡Ea!

69. Los santos, ante el combate inminente, aunque se conmuevan por el miedo a la muerte, sin embargo se gozan por el premio futuro. Con cuyas palabras ciertamente se muestra también que en este lugar nada se dice por el Señor sobre un caballo irracional. Pues no puede decir 'ea' un animal bruto; sino que, mientras se afirma que dice lo que en absoluto puede decir, se insinúa a quién designa. Pues 'ea' (Vah) es palabra de exultación. El caballo, pues, oída la trompeta, dice 'ea', porque cada predicador fuerte, cuando considera que se le acerca el certamen de la pasión, exulta por el ejercicio de la virtud; ni se aterra por el peligro de la lucha, porque se alegra por el triunfo de la victoria. 1028 Que el caballo diga 'ea' es, pues, que el santo predicador se goce por la pasión venidera. Pero si el predicador fuerte apetece la gloria de la pasión, si busca alegre sufrir el riesgo de la muerte por el Señor, ¿qué es lo que al mismo fortísimo predicador, que del robusto corazón tomó la virtud en el nombre, a Pedro, le dijo la Verdad: Cuando seas viejo, extenderás tus manos, y otro te ceñirá, y te llevará a donde no quieres (Juan XXI, 18). ¿Cómo se goza por la pasión quien, ceñido por otro, no querrá ir a donde es llevado? Pero si pensamos cómo el ánimo es afectado al acercarse la pasión y por el miedo a la muerte, y sin embargo se alegra por el premio venidero del reino, entendemos cómo quiere y no quiere sufrir el peligro del glorioso certamen, porque tanto en la muerte considera lo que al tolerar teme, como en el fruto de la muerte mira lo que al apetecer busca.

70. Pablo ama lo que rehúye, parece rehuir lo que ama. Veamos a Pablo cómo ama lo que rehúye, cómo rehúye lo que ama. Pues dice: Teniendo deseo de ser disuelto y estar con Cristo (Filip. I, 23). Y: Para mí el vivir es Cristo, y el morir ganancia (Ibíd. 21). Y sin embargo dice: Los que estamos en este habitáculo, gemimos gravados, por cuanto no queremos ser desnudados, sino sobrevestidos, para que lo que es mortal sea absorbido por la vida (2 Cor. V, 4). He aquí que desea morir y, sin embargo, teme ser desnudado de la carne.

Cur hoc? Quia etsi victoria in perpetuum laetificat, ipsa nihilominus ad praesens poena perturbat; et quamvis vincat amor subsequentis muneris, tangit tamen non sine moerore animum pulsus doloris. Sicut enim vir fortis, cum vicino jam belli certamine armis accingitur, et palpitat et festinat, tremit et saevit, quasi pavere per pallorem cernitur, sed per iram vehementer urgetur; ita vir sanctus, cum passioni se propinquare conspicit, et naturae suae infirmitate concutitur, et spei suae soliditate roboratur; et de vicina morte trepidat, et tamen quod moriendo verius vivat, exsultat. Ad regnum quippe non potest nisi interposita morte transire; et idcirco confidendo quasi ambigit, et quasi ambigendo confidit; et gaudens metuit, et metuens gaudet, quia scit quod ad bravium quietis non perveniat, nisi hoc quod interjacet cum labore transcendat. Sic nos, cum morbos a corpore repellere cupimus, tristes quidem amarum purgationis poculum sumimus, certi autem de subsequenti salute gaudemus. Quia enim pervenire corpus aliter ad salutem non valet, in potu libet etiam quod taedet. Cumque amaritudini inesse vitam animus conspicit, moerore turbatus hilarescit. Dicatur ergo: Ubi audierit buccinam, dicit Vah, quia praedicator fortis cognito certaminis nuntio, etsi ut homo ad vim persecutionis trepidat, per spei tamen certitudinem ad praemium remunerationis exsultat. Sed nequaquam ad hoc passionis bellum inconcussus existeret, nisi eamdem passionem intenta cogitatione meditando praeveniret. Malum namque quod consilio praevenitur, decertanti contra se animo ex ratione subjicitur, quia tanto quisque minus adversitate vincitur, quanto contra illam praesciendo paratus invenitur. Saepe enim grave timoris pondus usu levigatur, saepe mors ipsa sicut inopinata perturbat, ita deliberatione praeventa laetificat. Unde et recte de hoc equo subjungitur: IBID.---1029 Procul odoratur bellum.

71. Ad reportandam victoriam certamen praevideatur. Ac si apertius dicatur: Idcirco quaelibet certamen exsuperat, quia mentem certamini ante certamen parat. Bellum quippe procul odorari est adversa quaeque longe adhuc posita cogitando praenoscere, ne fortasse valeant improvisa superare. Hoc bellum procul odorari discipulos Paulus admonebat, cum diceret: Vosmetipsos tentate si estis in fide, ipsi vos probate (II Cor. XIII, 5). Ac si aperte praeciperet, dicens: Persecutionum certamina ad mentem reducite, et cordis vestri intima atque occulta pensantes, quales inter supplicia existere valeatis invenite. Hoc bellum sancti viri procul odorantur, quando et in pace universalis Ecclesiae positi, vel haereticorum bella, vel imminentia ab infidelibus persecutionum tormenta conspiciunt.

¿Por qué esto? Porque aunque la victoria alegre para siempre, la misma pena sin embargo perturba al presente; y aunque venza el amor del premio subsiguiente, toca sin embargo el ánimo no sin pesar el impulso del dolor. Como el varón fuerte, cuando ante el ya cercano certamen de la guerra se ciñe con las armas, y palpita y se apresura, tiembla y se enfurece, y parece temer por la palidez, pero por la ira es vehementemente urgido; así el varón santo, cuando ve que se acerca a la pasión, se conmueve por la flaqueza de su naturaleza y se robustece por la solidez de su esperanza; y trepida por la muerte cercana y, sin embargo, porque muriendo vive más verdaderamente, exulta. Al reino ciertamente no puede pasar sino interpuesta la muerte; y por eso confiando como que duda, y como dudando confía; y gozando teme, y temiendo goza, porque sabe que no llegará al premio del descanso si no trasciende con trabajo lo que está en medio. Así nosotros, cuando deseamos repeler las enfermedades del cuerpo, tristes ciertamente tomamos el amargo cáliz de la purgación, pero ciertos de la salud subsiguiente nos alegramos. Porque como el cuerpo no puede llegar a la salud de otro modo, en la bebida agrada incluso lo que hastía. Y cuando el ánimo mira que la vida está en la amargura, turbado por el pesar se alegra. Dígase, pues: Cuando oiga la trompeta, dice: ¡Ea!, porque el predicador fuerte, conocido el anuncio del certamen, aunque como hombre trepide ante la violencia de la persecución, por la certidumbre de la esperanza exulta hacia el premio de la remuneración. Pero de ningún modo estaría inconmovible para este combate de la pasión si no previniera esa misma pasión meditándola con intensa reflexión. Pues el mal que se previene con el consejo, se somete por la razón al ánimo que lucha contra él, porque cada uno es tanto menos vencido por la adversidad cuanto más preparado se encuentra contra ella por la presciencia. Pues a menudo el grave peso del temor se aligera por el uso, a menudo la muerte misma, así como perturba si es inesperada, así alegra si es prevenida por la deliberación. De donde también rectamente se añade sobre este caballo: IBÍD.---1029 Desde lejos huele la batalla.

71. Para alcanzar la victoria, prevease el certamen. Como si se dijera más abiertamente: Por esto supera cualquier certamen, porque prepara la mente para el certamen antes del certamen. Oler la batalla desde lejos es ciertamente preconocer pensando cualesquiera adversidades que aún están lejos, no sea que tal vez las imprevistas puedan superar. Pablo amonestaba a los discípulos a oler desde lejos esta batalla cuando decía: Tentaos a vosotros mismos si estáis en la fe, probaos a vosotros mismos (2 Cor. XIII, 5). Como si abiertamente prescribiera diciendo: Traed a la mente los certámenes de las persecuciones y, pesando lo íntimo y oculto de vuestro corazón, descubrid cómo podríais ser entre los suplicios. Esta batalla la huelen desde lejos los varones santos cuando, puestos incluso en la paz de la Iglesia universal, ven o las guerras de los herejes o los tormentos de las persecuciones que amenazan de parte de los infieles.

Qui dum recte vivunt, saepe pro bonis mala recipiunt, detractionum contumelias aequanimiter ferunt, ut si persecutionis occasio suppetat, tanto illos fortiores aperti hostes inveniant, quanto eos et intra Ecclesiam falsorum fratrum jacula non expugnant. Nam qui a statu patientiae ante linguarum vulnera corruit, ipse sibi testis est quia contra manifestae persecutionis gladios non subsistit. Quia ergo vir Dei exercitatus praesentibus contra ventura, et exercitatus minimis contra majora nititur, recte de equo Dei dictum est, quod bellum procul odoratur. Sequitur:

CAPUT XXXIV.

IBID.---Exhortationem ducum, et ululatum exercitus.

72. Subodorandum quid auctores errorum, quid turba ipsis subdita possint insanire. Duces adversae partis sunt erroris auctores, de quibus per Psalmistam dicitur: Effusa est contentio super principes eorum, et seduxerunt eos vana eorum, et errare fecit eos in invio, et non in via (Psal. CVI, 40). De quibus per semetipsam Veritas dicit: Caecus si caeco ducatum praebet, ambo in foveam cadunt (Matth. XV, 14). Hos autem duces exercitus sequitur pravorum scilicet turba, quae iniquis eorum praeceptionibus famulatur. Notandum quoque quod duces exhortari, exercitum vero dicit ululare, quia videlicet hi qui infidelibus vel haereticis praesunt prava quae teneri praecipiunt quasi ex ratione persuadent. Turba vero eis subdita, quia sine judicio eorum voces sequitur, dum per confusionis insaniam perstrepit, bestiali mente ululare perhibetur. Lupis quippe proprie ululatus convenit. Et quia catervae reproborum contra vitam moresque fidelium sola rapacitate inhiant, quasi per ululatum clamant. [Vet. XXVII.] Equus ergo Dei exhortationem ducum et ululatum exercitus procul odoratur, dum sanctus quisque praedicator longe ante considerat quid vel auctores errorum contra electos valeant praecipere, vel turba eis subdita quam possit immaniter insanire. Hanc exhortationem ducum odorabatur Paulus, cum diceret: Per dulces sermones et benedictiones seducunt corda innocentium (Rom. XVI, 18). Hunc ululatum exercitus odorabatur, dicens: Intrabunt post discessionem meam lupi graves in vos (Act. XX, 29). Exhortationem ducum odoratus est Petrus, cum de quibusdam discipulos admoneret, dicens: In avaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur (II Pet. II, 3). Ululatum quoque exercitus odorabatur, cum praemitteret, dicens: 1030 Et multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphematur (Ibid., 2).

Los cuales, mientras viven rectamente, a menudo reciben males por bienes, toleran con ecuanimidad las contumelias de las detracciones, para que, si se presenta ocasión de persecución, los enemigos abiertos los encuentren tanto más fuertes cuanto que ni dentro de la Iglesia los dardos de los falsos hermanos los expugnan. Pues el que cae del estado de la paciencia ante las heridas de las lenguas, él mismo es testigo para sí de que no subsiste contra las espadas de la persecución manifiesta. Porque, pues, el varón de Dios ejercitado en las cosas presentes contra las venideras, y ejercitado en las mínimas contra las mayores, se esfuerza, rectamente se ha dicho del caballo de Dios que huele desde lejos la batalla. Sigue:

CAPÍTULO XXXIV.

IBÍD.---La exhortación de los jefes y el aullido del ejército.

72. Se debe sub-oler lo que los autores de los errores y lo que la turba a ellos sujeta puedan delirar. Los jefes de la parte adversa son los autores del error, de los cuales se dice por el Salmista: Se derramó la contención sobre sus príncipes, y sus vanidades los sedujeron, y los hizo errar en lo invío y no en el camino (Sal. CVI, 40). De los cuales la Verdad dice por sí misma: Si un ciego guía a otro ciego, ambos caen en el hoyo (Mat. XV, 14). A estos jefes los sigue el ejército, a saber, la turba de los malvados, que sirve a sus inicuas prescripciones. Se debe notar también que dice que los jefes exhortan, pero que el ejército aúlla, porque a saber, los que presiden a los infieles o a los herejes persuaden como por la razón las cosas malas que mandan que se guarden. Pero la turba a ellos sujeta, porque sigue sus voces sin juicio, mientras resuena por la locura de la confusión, se dice que aúlla con mente bestial. Pues a los lobos les conviene propiamente el aullido. Y porque las catervas de los réprobos solo por la rapacidad boquean contra la vida y las costumbres de los fieles, claman como por el aullido. El caballo de Dios, pues, huele desde lejos la exhortación de los jefes y el aullido del ejército, mientras cada santo predicador considera mucho antes o qué pueden los autores de los errores prescribir contra los electos, o cuánto puede la turba a ellos sujeta delirar imperturbablemente. Esta exhortación de los jefes la olía Pablo cuando decía: Por dulces palabras y bendiciones seducen los corazones de los inocentes (Rom. XVI, 18). Este aullido del ejército lo olía diciendo: Entrarán después de mi partida lobos rapaces entre vosotros (Hechos XX, 29). La exhortación de los jefes la olió Pedro cuando amonestaba a los discípulos sobre ciertos hombres diciendo: En la avaricia, con palabras fingidas negociarán con vosotros (2 Pe. II, 3). También el aullido del ejército olía cuando anteponía diciendo: 1030 Y muchos seguirán sus lujurias, por los cuales el camino de la verdad es blasfemado (Ibíd. 2).

[Rec. XVII.] 73. Fidelibus accommodantur, quae de praedicatoribus et doctoribus sunt dicta.---Igitur quia sanctus quisque praedicator atque in persecutionis bello dux fidei, qualem se possit exhibere narravimus, nunc sub hujus equi specie unumquemque Christi militem describamus, ut et qui ad praedicationis culmen necdum se pervenisse considerat, hac tamen voce dominica, si jam bene vivere coeperit, expressum se esse cognoscat, quatenus hinc colligat quantum Deo notus sit, si ad majora pervenerit, quem signanter Deus eloqui nec in minimis praetermittit. Singula itaque quae de equo dicta sunt repentes, intimemus quomodo miles Dei a primaeva conversatione proficiat, quomodo a minimis ad majora succrescat, vel quibus gradibus ab infimis ad superna perveniat. Dicatur ergo:

CAPUT XXXV.

VERS. 19.---Nunquid praebebis equo fortitudinem, aut circumdabis collo ejus hinnitum?

74. Militem Dei primum armet fides.---Unicuique animae, cui Dominus misericorditer praesidet, ante omnia fidei fortitudinem praebet, de qua Petrus ait: Adversarius vester diabolus, sicut leo rugiens, circuit quaerens quem devoret; cui resistite fortes in fide (I Pet. V, 8). Huic autem fortitudini hinnitus jungitur, dum fit quod scriptum est: Corde creditur ad justitiam, ore autem confessionio fit ad salutem (Rom. X, 10). Sequitur:

Caput XXXVI

[Vet. XXVIII].

VERS. 20.---Nunquid suscitabis eum quasi locustas?

75. Dei erga incipientes indulgentia.---Unusquisque qui Deum sequitur, in ipso suo exordio ut locusta suscitatur, quia etsi in quibusdam actionibus locustarum more flexis poplitibus terrae inhaeret, in quibusdam tamen expansis alis sese in aera suspendit. Conversionum quippe initia, bonis moribus malisque permista sunt, dum et nova jam per intentionem agitur, et vetus adhuc vita ex usu retinetur. Tanto autem minus permistis interim malis laedimur, quanto contra illa quotidie sine cessatione pugnamus. Nec suos nos jam culpa vindicat, cujus pravo usui nostra sollicite mens resultat. Minus itaque nobis inchoantibus terrena opera officiunt, quia in nobis diutius demorari prohibentur. Proinde quoniam in ipso nostrae conversionis initio infirma quaedam pie de nobis Dominus tolerat, ut nos quandoque ad coelestia ex perfectione perducat, quasi locustas nos in exordio suscitat, quia etsi in volatu virtutis sublevat, non tamen de terreni operis casu desperat. Sequitur:

73. Se acomodan a los fieles las cosas que se han dicho de los predicadores y doctores. Por tanto, porque ya hemos narrado qué tal puede mostrarse cada santo predicador y jefe de la fe en la guerra de la persecución, describamos ahora bajo la especie de este caballo a cada soldado de Cristo, para que incluso el que considera que aún no ha llegado a la cumbre de la predicación, por esta voz dominica, si ya ha empezado a vivir bien, se reconozca expresado en ella, a fin de que de aquí colija cuánto es conocido por Dios si llega a cosas mayores, a quien Dios señaladamente no omite hablar ni en las mínimas. Repasando, pues, cada una de las cosas que se han dicho del caballo, mostremos cómo el soldado de Dios progresa desde su primitiva conversación, cómo crece de lo mínimo a lo mayor, o por qué grados llega de lo ínfimo a lo supremo. Dígase, pues:

CAPÍTULO XXXV.

VERS. 19.---¿Acaso darás tú fortaleza al caballo, o rodearás su cuello con el relincho?

74. Que la fe arme primero al soldado de Dios. A cada alma, a la cual el Señor preside misericordiosamente, ante todo le da la fortaleza de la fe, de la cual dice Pedro: Vuestro adversario el diablo, como león rugiente, ronda buscando a quién devorar; al cual resistid fuertes en la fe (1 Pe. V, 8). A esta fortaleza se une el relincho mientras se hace lo que está escrito: Con el corazón se cree para la justicia, pero con la boca se hace la confesión para la salud (Rom. X, 10). Sigue:

CAPÍTULO XXXVI.

VERS. 20.---¿Acaso lo suscitarás tú como a las langostas?

75. La indulgencia de Dios para con los principiantes. Cada uno que sigue a Dios, en su mismo comienzo es suscitado como langosta, porque aunque en ciertas acciones, al modo de las langostas, se adhiere a la tierra con las rodillas dobladas, en otras sin embargo, con las alas extendidas, se suspende en el aire. Pues los inicios de las conversiones están mezclados de buenas y malas costumbres, mientras se lleva ya una vida nueva por la intención, y todavía se retiene la vieja por el uso. Pero tanto menos somos dañados por los males mezclados entre tanto, cuanto contra ellos luchamos diariamente sin cesar. Ni ya nos reclama como suyos la culpa, a cuyo mal uso nuestra mente resiste solícitamente. Menos, pues, nos estorban las obras terrenas al comenzar, porque se les prohíbe permanecer más tiempo en nosotros. Por lo cual, puesto que en el mismo inicio de nuestra conversión el Señor tolera piadosamente en nosotros ciertas cosas enfermas, para llevarnos alguna vez a las cosas celestiales por la perfección, como langostas nos suscita en el comienzo, porque aunque nos eleva en el vuelo de la virtud, no desespera sin embargo por la caída en la obra terrena. Sigue:

CAPUT XXXVII.

IBID.---Gloria narium ejus terror.

76. Inchoantes inter spem et metum positi, propter certamina carnis, quam idcirco fortiter edomant.---Pro eo quod non visa res odore deprehenditur, non immerito narium nomine spei nostrae cogitationes exprimuntur, quibus venturum judicium, quod etsi oculis adhuc non cernimus, jam tamen sperando praevidemus. Omnis autem qui bene vivere incipit, audiens quod per extremum judicium justi ad regnum vocentur, hilarescit; sed quia quaedam mala adhuc ex reliquiis sibi inesse considerat, hoc ipsum judicium, de quo exsultare inchoat, appropinquare formidat. Vitam quippe suam bonis malisque permistam conspicit, et cogitationes suas aliquo modo spe et timore confundit. Nam cum audit quae sint regni gaudia, mox mentem laetitia sublevat; et rursum cum respicit quae sint gehennae tormenta, mox mentem formido perturbat. Bene ergo gloria narium ejus terror dicitur, quia inter spem et metum positus, dum futurum judicium mente conspicit, hoc ipsum timet unde gloriatur. Ipsa ei sua gloria terror est, quia inchoatis jam bonis, spe de judicio laetus est; et necdum finitis omnibus malis, perfecte securus non est. Sed inter haec sollicite ad mentem revertitur, et procellas tantae formidinis renuens, seque in solius pacis tranquillitate disponens, totis viribus a districto judice inveniri liber conatur. Servile quippe aestimat dominicam praesentiam formidare; ac ne conspectum patris metuat, illa agit per quae se filium recognoscat. Discit ergo judicem tota exspectatione diligere, atque, ut ita dixerim, timendo renuit timere. Oriri autem cordi formidinem pro carnali actione considerat, et idcirco ante omnia carnem forti edomatione castigat. Unde postquam dictum est: Gloria narium ejus terror, recte subjungitur:

CAPUT XXXVIII.

VERS. 21.---Terram ungula fodit.

CAPÍTULO XXXVII.

IBID.---La gloria de sus narices es terror.

76. Los que comienzan están puestos entre la esperanza y el miedo, por causa de los combates de la carne, la cual por eso dominan fuertemente. Por el hecho de que una cosa no vista es percibida por el olfato, no inmerecidamente con el nombre de narices se expresan los pensamientos de nuestra esperanza, por los cuales prevemos el juicio venidero, que aunque todavía no divisamos con los ojos, ya sin embargo prevemos esperando. Además, todo el que comienza a vivir bien, al oír que por el juicio final los justos son llamados al reino, se alegra; pero porque considera que todavía le quedan en sí algunos males de sus restos, teme que se aproxime este mismo juicio, del cual empieza a regocijarse. Pues contempla su vida mezclada de bienes y males, y de algún modo confunde sus pensamientos con la esperanza y el temor. Pues cuando oye cuáles son los gozos del reino, pronto eleva su mente con la alegría; y de nuevo cuando mira cuáles son los tormentos de la gehena, pronto el pavor perturba su mente. Bien, pues, se dice que la gloria de sus narices es terror, porque puesto entre la esperanza y el miedo, mientras contempla en su mente el juicio futuro, teme esto mismo de lo que se gloría. Su misma gloria le es terror, porque habiendo ya comenzado los bienes, está alegre por la esperanza del juicio; y no habiendo acabado aún todos los males, no está perfectamente seguro. Pero entre estas cosas vuelve solícitamente a su mente, y rechazando las tormentas de tan gran pavor, y disponiéndose en la tranquilidad de la sola paz, con todas sus fuerzas se esfuerza por ser hallado libre por el juez estrecho. Pues considera cosa servil temer la presencia dominica; y para no temer la vista del padre, hace aquellas cosas por las cuales se reconozca hijo. Aprende, pues, a amar al juez con toda su espera, y, por así decirlo, temiendo rehúsa temer. Considera, además, que el pavor nace en el corazón por la acción carnal, y por eso antes de todo castiga la carne con fuerte sometimiento. Por lo cual, después de que se ha dicho: La gloria de sus narices es terror, rectamente se añade:

CAPÍTULO XXXVIII.

VERS. 21.---Cavó la tierra con su uña.

77. Ungula namque terram fodere est districta abstinentia carnem edomare. Quo autem plus caro premitur, eo de coelesti spe animus securius laetatur. Unde effossa terra apte subnectitur: Exsultat audacter. Quia enim valenter reprimit quod impugnat, audacter exsultat de his quae in aeterna pace desiderat; tantoque mens melius ad superna appetenda componitur, quanto ab illicitis arctius corpus edomatur. Unde recte per Salomonem dicitur: Diligenter exerce agrum tuum, ut postea aedifices domum tuam (Prov. XXIV, 27). Ille quippe bene mentis domum aedificat, qui prius agrum corporis a spinis vitiorum purgat, ne si desideriorum sentes in carnis agro proficiant, intus tota virtutum fabrica fame boni operis crescente destruatur. In ipso autem quisque belli certamine positus, tanto subtilius fraudem hostium conspicit, quanto et districtius corpus proprium quasi quemdam hostium adjutorem premit. Unde et post contritionem corporis, post laetitiam cordis recte subjungitur:

CAPUT XXXIX.

IBID.---In occursum pergit armatis.

78. Hostis insidias et dolos explorant inchoantes, et in alienis etiam cordibus praeveniunt.---Hostes armati sunt immundi spiritus, innumeris contra nos fraudibus accincti. Qui cum suadere nobis iniqua nequeunt, ea sub virtutum specie nostris obtutibus opponunt, et quasi sub quibusdam armis se contegunt, ne in sua malitia a nobis nudi videantur. Quibus armatis hostibus in occursum pergimus, quando eorum insidias longe praevidemus. Effossa igitur terra, armatis hostibus in occursum pergere, est, edomita carnis superbia, dolos immundorum spirituum mirabiliter explorare. Effossa terra armatis hostibus in occursum pergere, est devicta carnali nequitia contra spiritalia vitia certamen subire. Nam qui adhuc secum enerviter pugnat, frustra contra se bella extra posita suscitat. Qui enim semetipsum carnalibus subjugat, quomodo spiritalibus vitiis resultat? Aut quomodo de labore externi certaminis triumphare appetit, qui adhuc apud semetipsum domestico libidinis bello succumbit.

79. Vel certe armatis hostibus in occursum pergimus, quando per exhortationis studium eorum insidias et in alieno corde praevenimus. Quasi enim ex loco in quo fuimus ad locum alium obviam hostibus venimus, quando, nostra cura ordinate postposita, accessum immundorum spirituum a proximi mente prohibemus.

77. Pues cavar la tierra con la uña es someter la carne con una estrecha abstinencia. Pero cuanto más es oprimida la carne, tanto más seguramente el ánimo se alegra por la esperanza celestial. Por lo cual, después de la tierra cavada, aptamente se añade: Exulta audazmente. Pues porque reprime valientemente lo que le impugna, audazmente exulta de aquellas cosas que desea en la paz eterna; y tanto mejor se dispone la mente para apetecer las cosas superiores, cuanto más estrechamente el cuerpo es domado de lo ilícito. Por lo cual rectamente se dice por Salomón: Cultiva diligentemente tu campo, para que después edifiques tu casa (Prov. XXIV, 27). Pues aquel bien edifica la casa de la mente, quien primero purga el campo de su cuerpo de las espinas de los vicios, no sea que si las zarzas de los deseos crecen en el campo de la carne, toda la fábrica de las virtudes por dentro sea destruida al crecer el hambre de la buena obra. Además, cada uno puesto en el mismo certamen de la guerra, tanto más sutilmente contempla el fraude de los enemigos, cuanto más estrechamente oprime su propio cuerpo como a un cierto ayudante de los enemigos. Por lo cual también después de la contrición del cuerpo, y después de la alegría del corazón, rectamente se añade:

CAPÍTULO XXXIX.

IBID.---Sale al encuentro de los hombres armados.

78. Los que comienzan exploran las insidias y los engaños del enemigo, y los previenen incluso en los corazones ajenos. Los enemigos armados son los espíritus inmundos, pertrechados con innumerables fraudes contra nosotros. Los cuales, cuando no pueden persuadirnos de cosas inicuas, las oponen a nuestras miradas bajo la apariencia de virtudes, y se cubren como bajo ciertas armas, para no ser vistos desnudos por nosotros en su malicia. Al encuentro de los cuales enemigos armados salimos, cuando prevemos de lejos sus insidias. Salir, pues, al encuentro de los enemigos armados, cavada la tierra, es, domada la soberbia de la carne, explorar maravillosamente los engaños de los espíritus inmundos. Salir al encuentro de los enemigos armados, cavada la tierra, es, vencida la maldad carnal, entablar el combate contra los vicios espirituales. Pues el que todavía lucha débilmente consigo mismo, en vano suscita contra sí guerras situadas fuera. Pues el que se sujeta a sí mismo a las cosas carnales, ¿cómo resiste a los vicios espirituales? O ¿cómo apetece triunfar del trabajo del certamen externo, el que todavía sucumbe ante sí mismo en la guerra doméstica de la libido?

79. O ciertamente salimos al encuentro de los enemigos armados, cuando por el estudio de la exhortación prevenimos sus insidias incluso en el corazón ajeno. Pues como desde el lugar en que estábamos venimos a otro lugar al encuentro de los enemigos, cuando, pospuesta ordenadamente nuestra propia preocupación, prohibimos el acceso de los espíritus inmundos de la mente del prójimo.

Unde fit plerumque ut hostes callidi militem Dei jam de intestino bello victorem tanto de semetipso terribilius tentent, quanto illum contra se et in alieno corde praevalere fortiter vident; ut dum illum ad se tuendum revocant, aliena corda liberius quae exhortatione ejus protegebantur invadant. Cumque cum superare non possint, saltem occupare conantur; quatenus dum miles Dei de semetipso concutitur, non ipse, sed is quem defendere consueverat perimatur. Sed mens in Deum immobiliter fixa tentationum spicula despicit, nec cujuslibet terroris jacula pertimescit. Supernae enim gratiae fretus auxilio, sic vulnera infirmitatis suae curat, ut aliena non deserat. Unde et bene de hoc equo subjungitur:

CAPUT XL.

VERS. 22.---Contemnit pavorem, nec cedit gladio.

80. Minas hostis contemnunt inchoantes.---Contemnit pavorem, quia nullius tentationis formidine ad hoc usque terretur ut taceat. Nec cedit gladio, quia etsi violenta illum tentatio percutit, a cura tamen proximi non repellit. Unde et Paulus exemplum nobis invictae conversationis insinuans, et quos ab hoste gladios suscipiat dicit, et quomodo eisdem gladiis non cedat ostendit. Omni enim jam carnalis operis pugna superata, carnalis tentationis gladium ab hoste susceperat, qui dicebat: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, et captivum me ducentem in lege peccati, quae est in membris meis (Rom. VII, 23). Sed eidem gladio quem in se vicerat etiam in aliis non cedebat, cum profecto proximis diceret: Non regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obediendum desideriis ejus (Rom. VI, 12). Et rursum: Mortificate membra vestra quae sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam (Coloss. III, 5). Gravis illum tentationum gladius feriebat, de quibus ipse ait: In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. A Judaeis quinquies quadragenas una minus accepi; ter virgis caesus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte et die in profundo maris fui (II Cor. XI, 23), et caetera, quae ipse tolerare potuit, et nos enumerare lassamur. Sed quomodo eidem gladio in proximi dilectione non cedat, post multa ipse subjungit: Praeter illa quae extrinsecus sunt, instantia mea quotidiana, solicitudo omnium Ecclesiarum (Ibid., 28). Equus ergo Dei gladio percutitur, nec tamen percussione eadem a cursu prohibetur, dum fortis spiritalis certaminis miles et ipse vulnera ab hoste suscipit, et tamen ad salutem alios stringit. Sed erga tam durum coelestis militis pectus antiquus hostis tanto acutiora spicula perquirit, quanto se despici robustius conspicit. Unde et sequitur:

Por lo cual sucede frecuentemente que los enemigos astutos tientan al soldado de Dios, ya vencedor de la guerra intestina, tanto más terriblemente sobre sí mismo, cuanto más fuertemente lo ven prevalecer contra ellos incluso en el corazón ajeno; para que mientras lo retiran a defenderse a sí mismo, invadan más libremente los corazones ajenos que eran protegidos por su exhortación. Y como no pueden superarlo, al menos intentan ocuparlo; para que mientras el soldado de Dios se conmueve sobre sí mismo, no él, sino aquel a quien solía defender perezca. Pero la mente fijada inmutablemente en Dios desprecia los dardos de las tentaciones, ni teme las saetas de cualquier terror. Apoyado en el auxilio de la gracia suprema, así cura las llagas de su propia enfermedad, que no desampara las ajenas. Por lo cual también bien se añade sobre este caballo:

CAPÍTULO XL.

VERS. 22.---Desprecia el pavor, y no cede a la espada.

80. Los que comienzan desprecian las amenazas del enemigo. Desprecia el pavor, porque no se aterroriza por el miedo de ninguna tentación hasta el punto de callar. Ni cede a la espada, porque aunque lo hiera una tentación violenta, no lo aparta del cuidado del prójimo. Por lo cual también Pablo, insinuándonos un ejemplo de conversación invicta, dice qué espadas recibe del enemigo y muestra cómo no cede a esas mismas espadas. Pues superado ya todo combate de la obra carnal, había recibido del enemigo la espada de la tentación carnal, él que decía: Veo otra ley en mis miembros que se rebela contra la ley de mi mente, y que me lleva cautivo a la ley del pecado, que está en mis miembros (Rom. VII, 23). Pero no cedía a la misma espada que había vencido en sí mismo, incluso en los otros, cuando ciertamente decía a los prójimos: No reine el pecado en vuestro cuerpo mortal para obedecer a sus deseos (Rom. VI, 12). Y de nuevo: Mortificad vuestros miembros que están sobre la tierra, la fornicación, la inmundicia, la libido, la concupiscencia mala (Coloss. III, 5). Lo hería la grave espada de las tentaciones, de las cuales él mismo dice: En muchísimos trabajos, en muchísimas cárceles, en azotes sobremanera, en muertes frecuentes. De los judíos recibí cinco veces cuarenta menos uno; tres veces fui azotado con varas, una vez fui apedreado, tres veces naufragué, noche y día estuve en lo profundo del mar (II Cor. XI, 23), y lo demás, que él mismo pudo tolerar y nosotros nos cansamos de enumerar. Pero cómo no cede a la misma espada en la dilección del prójimo, después de muchas cosas él mismo añade: Además de aquellas cosas que son extrínsecas, mi insistencia cotidiana, la solicitud de todas las Iglesias (Ibid., 28). El caballo de Dios, pues, es herido por la espada, pero no es apartado de su carrera por esa misma herida, mientras el fuerte soldado del certamen espiritual tanto recibe llagas del enemigo, como sin embargo venda a otros para la salud. Pero contra tan duro pecho del soldado celestial, el antiguo enemigo busca saetas tanto más agudas, cuanto más robustamente se ve despreciado. Por lo cual también sigue:

Caput XLI

[Vet. XXX].

VERS. 23.---Super ipsum sonabit pharetra, vibrabit hasta et clypeus.

81. Saepe qui aliis regendis praesunt, gravioribus a diabolo tentationibus exercentur: modo aperta vi, modo fraude et dolo, aliquando vi simul et dolo.--- Quia enim videt sanctae mentis studium contra se et aliis prodesse, multiplicata hanc satagit tentatione confodere. Unde saepe contingit ut hi qui regendis aliis praesunt tentationum certamina fortiora patiantur, quatenus corporalium more bellorum dum dux ipse ad fugam vertitur, resistentis exercitus constipata unanimitas sine labore dissipetur. Hostis itaque callidus contra coelestem militem diversa percussionum vulnera exquirens, modo ex pharetra per insidias eum sagitta vulnerat, modo ante ejus faciem hastam vibrat, quia videlicet vitia et alia sub virtutum specie contegit, et alia ut sunt aperta ejus oculis opponit. Ubi enim infirmari Dei militem conspicit, illic fraudis velamina non requirit. Ubi autem sibi resistere fortem considerat, illic contra vires procul dubio dolos parat. Nam cum infirmum quempiam in carnis illecebra videt, aperte speciem corporis quae concupisci valeat ejus obtutibus objicit. Si autem fortasse validum contra avaritiam cernit, importune ejus cogitationibus domesticorum suorum inopiam suggerit, ut dum mens ad provisionis curam quasi pie flectitur, seducta furtim in rerum ambitu inique rapiatur. Equum ergo Dei sagitta per insidias impetit, quando ei hostis callidus sub virtute vitium abscondit. Hasta autem cominus vulnerat, cum manifesta nequitia etiam scientem tentat.

82. Saepe vero coelesti militi uno eodemque tempore utrumque ab hoste objicitur, ut in qualibet una percussione perimatur. Dolosus namque adversarius simul ferire nititur, et aperte saeviens, et in insidiis latens, ut dum de occulto sagitta metuitur, minus ante faciem hasta timeatur; vel dum ante faciem hastae resistitur, nequaquam ex occulto veniens sagitta videatur. Saepe enim tentationem proponit libidinis, et subito fraudulentius cessans, elationem suggerit de servata castitate.

CAPÍTULO XLI.

VERS. 23.---Sobre él sonará el carcaj, vibrará la lanza y el escudo.

81. A menudo los que presiden a otros para regirlos, son ejercitados por el diablo con tentaciones más graves: unas veces por la fuerza abierta, otras por el fraude y el dolo, a veces por la fuerza y el dolo a la vez. Pues porque ve que el estudio de la mente santa es provechoso contra él incluso para los otros, se afana en traspasarla con multiplicada tentación. Por lo cual sucede a menudo que estos que presiden a otros para regirlos padezcan certámenes de tentaciones más fuertes, a fin de que, al modo de las guerras corporales, mientras el mismo jefe es vuelto a la fuga, la apretada unanimidad del ejército que resiste se disipe sin trabajo. El enemigo astuto, pues, buscando diversas llagas de heridas contra el soldado celestial, unas veces lo hiere con la saeta desde el carcaj por medio de insidias, otras veces vibra la lanza ante su cara, porque a saber, oculta unos vicios bajo la apariencia de virtudes y opone otros, tal como son, abiertos a sus ojos. Pues donde ve que el soldado de Dios se debilita, allí no busca los velos del fraude. Pero donde considera que es fuerte para resistirle, allí sin duda prepara dolos contra sus fuerzas. Pues cuando ve a alguien débil en el incentivo de la carne, abiertamente opone a sus miradas la especie del cuerpo que pueda ser codiciada. Pero si acaso discierne a uno valiente contra la avaricia, inoportunamente sugiere a sus pensamientos la penuria de los suyos, para que mientras la mente se inclina como piadosamente al cuidado de la provisión, seducida furtivamente, sea arrebatada inicuamente en la ambición de las cosas. El caballo de Dios, pues, es atacado por la saeta por medio de insidias, cuando el enemigo astuto le esconde un vicio bajo una virtud. Pero la lanza hiere de cerca, cuando tienta incluso al que sabe con manifiesta maldad.

82. Pero a menudo ambas cosas son opuestas al soldado celestial por el enemigo en uno y el mismo tiempo, para que sea aniquilado en cualquier sola herida. Pues el adversario doloso se esfuerza en herir a la vez, tanto ensañándose abiertamente como ocultándose en insidias, para que mientras se teme la saeta desde lo oculto, se tema menos la lanza ante la cara; o mientras se resiste a la lanza ante la cara, de ningún modo se vea la saeta que viene de lo oculto. Pues a menudo propone una tentación de libido, y de pronto cesando más fraudulentamente, sugiere la elación por la castidad guardada.

Et sunt nonnulli qui dum multos ex castitatis arce in elationis foveam cecidisse conspiciunt, vitae suae custodiam negligentes, in immunditiam libidinis demerguntur. Sunt vero e diverso nonnulli qui dum libidinis immunditiam fugiunt, per castitatis culmen in voraginem elationis ruunt. Quasi ergo aperte feriens hasta est culpa de vitio, et quasi ex occulto vulnerans de pharetra sagitta est culpa de virtute. Sed equus Dei et ante faciem hastam superat cum libidinem calcat, et a latere sagittam circumspicit cum in castitatis munditia se ab elatione custodit. Unde et bene inter utraque certanti per Salomonem dicitur: Dominus erit in latere tuo, et custodiet pedem tuum ne capiaris (Prov. III, 26). Pes namque in anteriora tendit. Anteriora autem non videt, qui ea quae sunt a latere conspicit. Rursumque qui pedis custodiam praevidens anteriora cernit, circumspectionem lateris deserit. Dum vero ante faciem positae virtutis aliquid agimus, quasi quo pes debeat poni praevidemus; sed dum ex virtute eadem furtim culpa suboritur, quasi dum in anteriora respicitur, ad sagittam latus nudatur. Saepe vero dum suborientem culpam metuimus, virtutem quae agenda est declinamus; et quasi dum latus circumspicitur, nequaquam cernitur pes in anteriora quomodo ponatur. Bene ergo dicitur: Dominus erit in latere tuo, et custodiet pedem tuum ne capiaris, quia miles Dei divinae gratiae clypeo protectus, et quae ex latere possint prodire circumspiciendo considerat, et gressum ante faciem ferre proficiendo non cessat. Cui fraudulentus hostis invidens, quia per pharetram et hastam nequaquam se praevalere conspicit, clypeum opponit, ut si resistentis pectus feriendo non perforat, saltem quibusdam objectionibus proficientis iter intercludat. Quasdam namque difficultates ipsis ejus conatibus objicit; et cum superare non valet, vel resistit. Sed quid contra tot argumenta bellorum equus Dei agat audiamus:

CAPUT XLII.

VERS. 24.---Fervens et fremens sorbet terram, nec reputat tubae sonare clangorem.

83. Utrique, per sanctum fervorem et proficiendi curam resistitur.---Contra equum clangor tubae insonat, quando electi mentem in eo quod agit fortiter e vicino quaedam posita culpa terribiliter tentat. Sed fervens et fremens sorbet terram, quia nimio ardore semetipsum discutit; et quidquid in se terrenum reperit, quotidie proficiendo consumit. Et clangorem tubae sonare non reputat, quia consideratione forti omne vitium quod de virtutis gloria nascitur sollicitus declinat. Sonare enim clangorem tubae reputaret, si fortasse propter aliud quod prave suboritur alia agere recta metueret.

Y hay algunos que mientras ven que muchos han caído desde el alcázar de la castidad en el hoyo de la elación, descuidando la custodia de su vida, se sumergen en la inmundicia de la libido. Pero al contrario, hay algunos que mientras huyen de la inmundicia de la libido, caen por la cumbre de la castidad en la vorágine de la elación. Como si, pues, la lanza que hiere abiertamente fuera la culpa por el vicio, y la saeta que hiere desde el carcaj como desde lo oculto fuera la culpa por la virtud. Pero el caballo de Dios tanto vence a la lanza ante la cara cuando pisa la libido, como mira alrededor la saeta por el costado cuando en la limpieza de la castidad se guarda de la elación. Por lo cual también bien se dice por Salomón al que lucha entre ambas cosas: El Señor estará a tu lado y guardará tu pie para que no seas atrapado (Prov. III, 26). Pues el pie tiende hacia las cosas anteriores. Pero no ve las cosas anteriores quien contempla aquellas que están al costado. Y de nuevo, quien previendo la custodia del pie discierne las cosas anteriores, abandona la circunspección del costado. Mientras en verdad hacemos algo por una virtud puesta ante nuestra cara, prevemos como dónde debe ponerse el pie; pero mientras de esa misma virtud nace furtivamente la culpa, como mientras se mira a las cosas anteriores, el costado se desnuda para la saeta. Pero a menudo, mientras tememos la culpa que nace, declinamos la virtud que se debe hacer; y como mientras se mira al costado, de ningún modo se discierne el pie en las cosas anteriores cómo se ponga. Bien, pues, se dice: El Señor estará a tu lado y guardará tu pie para que no seas atrapado, porque el soldado de Dios, protegido por el escudo de la gracia divina, tanto considera mirando alrededor aquellas cosas que puedan salir por el costado, como no cesa de avanzar llevando el paso ante la cara. Al cual envidiando el enemigo fraudulento, porque ve que de ningún modo prevalece por el carcaj y la lanza, le opone el escudo, para que si no perfora hiriendo el pecho del que resiste, al menos cierre el camino del que avanza con algunas objeciones. Pues opone algunas dificultades a sus mismos conatos; y cuando no puede vencer, incluso resiste. Pero oigamos qué haga el caballo de Dios contra tantos argumentos de guerras:

CAPÍTULO XLII.

VERS. 24.---Ferviente y estremecido sorbe la tierra, ni hace caso del sonar del estruendo de la trompeta.

83. A ambos se resiste por el santo fervor y el cuidado de progresar. Contra el caballo suena el estruendo de la trompeta, cuando a la mente del elegido, en aquello que obra con fortaleza, alguna culpa puesta de cerca la tienta terriblemente. Pero ferviente y estremecido sorbe la tierra, porque con excesivo ardor se discute a sí mismo; y cuanto terrenal halla en sí, lo consume diariamente progresando. Y no hace caso del sonar del estruendo de la trompeta, porque con fuerte consideración declina solícito todo vicio que nace de la gloria de la virtud. Pues haría caso del sonar del estruendo de la trompeta, si acaso por otra cosa que nace torcidamente temiera obrar otras cosas rectas.

Quia ergo ad agenda fortia ante insonantia tentamenta non trepidat, in fervore suo positus clangorem tubae minime formidat. Saepe autem dum prosperari se virtutibus conspicit, ne ipsa illum virtutum prosperitas elevet, pulsari se tentationibus gaudet. Unde et apte subjungitur:

CAPUT XLIII.

VERS. 25.---Ubi audierit buccinam, dicit Vah.

84. Quia multos diuturna pax inertes reddit, sancti tentari gaudent.---Multos enim pejus sua felicitas stravit, multos diuturna pax inertes reddidit; eoque illos inopinatus hostis gravius perculit, quo longo quietis usu negligentes invenit. Unde sancti viri cum multa se proficere virtutum prosperitate considerant, quodam dispensationis supernae moderamine exerceri se etiam tentationibus exsultant, quia tanto robustius acceptam virtutum gloriam custodiunt, quanto tentationis impulsu concussi infirmitatem suam humilius agnoscunt. Equus ergo, audita buccina, vah dicit, quia videlicet praeliator Dei, cum vim tentationis incumbere conspicit, utilitatem supernae dispensationis considerans, ex ipsa validius adversitate confidit. Cujus adversitatis certamina idcirco illum non superant, quia nunquam improvisa tentant. Longe quippe praenotat ex unaquaque re, cujus vitii pugna succrescat. Unde et sequitur:

CAPUT XLIV.

IBID.---Procul odoratur bellum.

85. Nulla eos improvisa tentant; unde nec superant. ---Bellum namque procul odorari est ex causis praecedentibus quae vitiorum pugnae subsequantur agnoscere. Quia enim, sicut jam saepe dictum est, odore res non visa cognoscitur, bellum procul odorari est, sicut flatu narium, sic provisione cogitationum, nequitias latentes indagare. De quo odoratu Dominus recte in Ecclesiae suae laudibus dicit: Nasus tuus sicut turris, quae est in Libano (Cant. VII, 4). Per nasum quoque odores fetoresque discernimus. Et quid per nasum, nisi sanctorum provida discretio designatur?

Porque, pues, no trepida ante las obras fuertes frente a las tentaciones que suenan, puesto en su fervor mínimamente teme el estruendo de la trompeta. A menudo, pues, mientras se ve prosperar en las virtudes, para que esa misma prosperidad de las virtudes no lo eleve, se goza de ser golpeado por las tentaciones. Por lo cual también aptamente se añade:

CAPÍTULO XLIIII.

VERS. 25.---Cuando ha oído la trompeta, dice Vah.

84. Porque la larga paz vuelve inertes a muchos, los santos se gozan de ser tentados. Pues a muchos su felicidad los postró peor, a muchos la larga paz los volvió inertes; y por eso un enemigo inesperado los hirió más gravemente, porque los halló negligentes por el largo uso de la quietud. Por lo cual los varones santos, cuando consideran que progresan mucho por la prosperidad de las virtudes, por cierta moderación de la divina dispensación se exaltan de ser ejercitados también por las tentaciones, porque tanto más robustamente custodian la gloria de las virtudes recibida, cuanto que sacudidos por el impulso de la tentación reconocen más humildemente su propia debilidad. El caballo, pues, oída la trompeta, dice Vah, porque a saber, el guerrero de Dios, cuando ve que le incumbe la fuerza de la tentación, considerando la utilidad de la divina dispensación, confía más válidamente de esa misma adversidad. Los certámenes de cuya adversidad por eso no lo vencen, porque nunca lo tientan de improviso. Pues de lejos nota de antemano de cada cosa, la lucha de qué vicio crece. Por lo cual también sigue:

CAPÍTULO XLIV.

IBID.---Olfatea de lejos la batalla.

85. Nada los tienta de improviso; por lo cual tampoco los vencen. Pues olfatear de lejos la batalla es reconocer por las causas precedentes qué luchas de vicios sigan. Porque pues, como ya se ha dicho a menudo, por el olor se conoce la cosa no vista, olfatear de lejos la batalla es, así como por el aliento de las narices, así por la previsión de los pensamientos, indagar las maldades latentes. Sobre cuyo olfato el Señor rectamente dice en las alabanzas de su Iglesia: Tu nariz es como la torre que está en el Líbano (Cant. VII, 4). Por la nariz también discernimos los olores y los fetores. ¿Y qué se designa por la nariz, sino la providente discreción de los santos?

Turris vero speculationis in altum ponitur, ut hostis veniens longe videatur. Recte ergo nasus Ecclesiae turri in Libano similis dicitur, quia sanctorum provida discretio dum sollicite circumquaque conspicit in altum posita, priusquam veniat culpa deprehendit, eamque quo vigilanter praenotat, eo fortiter declinat. Hinc Habacuc ait: Super custodiam meam stabo (Habac. II, 1). [Vet. XXXI.] Hinc uniuscujusque electi animam Jeremias admonens, dicit: Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines (Jerem. XXXI, 21). Speculam quippe sibi statuere est ventura vitiorum certamina ex alta consideratione praenoscere. Sibique electi mens amaritudines ponit, quando et in virtutum pace constituta, dum mala insidiantia conspicit, secura quiescere non consentit.

86. Primo curandum ne mala faciamus, secundo ne bona incaute. Plerumque ex bonis mala nascuntur.---Primo autem ne mala quaelibet, secundo vero loco considerat ne bona incaute faciat; et postquam prava subegerit, ipsa etiam sibi subjicere recta contendit, ne si mentis dominium transeant, in clationis culpam vertantur. Quia enim, sicut superius dictum est, plerumque ex bonis per incuriae vitium mala nascuntur, vigilanti studio contemplatur quomodo ex doctrina arrogantia, ex justitia crudelitas, ex pietate remissio, ex zelo ira, ex mansuetudine torpor oriatur. Cumque bona haec agit, quod hi contra se hostes per haec exsurgere valeant conspicit. Nam cum adipiscendis doctrinae studiis elaborat, mentem sollicite contra certamen arrogantiae praeparat. Cum culpas delinquentium juste ulcisci desiderat, sagacissime evitat ne modum justitiae crudelitas vindictae transcendat. Cum pietate frenare se nititur, solerter prospicit ne qua disciplinae dissolutione vincatur. Cum se recti zeli stimulis excitat, summopere providet ne plus quam necesse est irae se flamma succendat. Cum magna mansuetudinis tranquillitate se temperat, vigilanter observat ne torpore frigescat. Quia ergo spiritalis militis cogitatione omne vitium prius quam subrepere possit aspicitur, recte de equo Dei dicitur: Procul odoratur bellum. Perpendit etiam quae turba iniquitatum proruat, si mala ad se ingredi vel pauca permittat. Unde et sequitur:

CAPUT XLV.

IBID.---Exhortationem ducum, et ululatum exercitus.

La torre de observación, pues, se pone en lo alto, para que el enemigo que viene se vea desde lejos. Rectamente, pues, se dice que la nariz de la Iglesia es semejante a la torre en el Líbano, porque la providente discreción de los santos, mientras mira solícitamente por todas partes puesta en lo alto, descubre la culpa antes de que venga, y cuanto más vigilantes la notan de antemano, tanto más fuertemente la declinan. De aquí Habacuc dice: Sobre mi guardia estaré (Habac. II, 1). De aquí Jeremías, amonestando el alma de cada uno de los elegidos, dice: Establécete una atalaya, pon para ti amarguras (Jerem. XXXI, 21). Pues establecerse una atalaya es preconocer por alta consideración los venideros certámenes de los vicios. Y la mente del elegido se pone amarguras, cuando incluso constituida en la paz de las virtudes, mientras ve los males insidiosos, no consiente en descansar segura.

86. Primero se ha de cuidar que no hagamos males cualesquiera, en segundo lugar considera que no haga las cosas buenas incautamente. Mayormente de los bienes nacen males. Primero, pues, para que no haga cualesquiera males, pero en segundo lugar considera que no haga los bienes incautamente; y después de que haya sometido las cosas torcidas, se esfuerza incluso en sujetarse a sí mismo las cosas rectas, no sea que si traspasan el dominio de la mente, se conviertan en culpa de elación. Porque pues, como se ha dicho arriba, mayormente de los bienes nacen males por el vicio del descuido, contempla con vigilante estudio cómo de la doctrina nazca la arrogancia, de la justicia la crueldad, de la piedad la remisión, del celo la ira, de la mansedumbre el torpor. Y cuando hace estos bienes, ve que estos enemigos puedan alzarse contra él por medio de ellos. Pues cuando se afana en conseguir los estudios de la doctrina, prepara la mente solícitamente contra el certamen de la arrogancia. Cuando desea vengar justamente las culpas de los delincuentes, evita sagacísimamente que la crueldad de la venganza trascienda el modo de la justicia. Cuando se esfuerza en frenarse con piedad, diestramente prevé que no sea vencido por alguna disolución de la disciplina. Cuando se excita con los estímulos de un recto celo, provee con sumo empeño que la llama de la ira no lo encienda más de lo que es necesario. Cuando se templa con gran tranquilidad de mansedumbre, observa vigilante que no se enfríe por el torpor. Porque, pues, todo vicio es visto por el pensamiento del soldado espiritual antes de que pueda introducirse, rectamente se dice del caballo de Dios: Olfatea de lejos la batalla. Pondera también qué turba de iniquidades irrumpiría, si permitiera entrar en sí aunque fueran pocos males. Por lo cual también sigue:

CAPÍTULO XLV.

IBID.---La exhortación de los jefes, y el aullido del ejército.

87. Exercitus diaboli dux superbia, cujus soboles, septem principalia vitia.---Tentantia quippe vitia, quae invisibili contra nos praelio regnanti super se superbiae militant, alia more ducum praeeunt, alia more exercitus subsequuntur. Neque enim culpae omnes pari accessu cor occupant. Sed dum majores et paucae neglectam mentem praeveniunt, minores et innumerae ad illam se catervatim fundunt. Ipsa namque vitiorum regina superbia cum devictum plene cor ceperit, mox illud septem principalibus vitiis, quasi quibusdam suis ducibus devastandum tradit. Quos videlicet duces exercitus sequitur, quia ex eis procul dubio importunae vitiorum multitudines oriuntur. Quod melius ostendimus, si ipsos duces atque exercitum specialiter, ut possumus, enumerando proferamus. Radix quippe cuncti mali superbia est, de qua, Scriptura attestante, dicitur: Initium omnis peccati est superbia (Eccli. X, 15). Primae autem ejus soboles, septem nimirum principalia vitia, de hac virulenta radice proferuntur, scilicet inanis gloria, invidia, ira, tristitia, avaritia, ventris ingluvies, luxuria. Nam quia his septem superbiae vitiis nos captos doluit, idcirco Redemptor noster ad spiritale liberationis praelium spiritu septiformis gratiae plenus venit.

88. Singula vitia capitalia suum habent exercitum.---Sed habent contra nos haec singula exercitum suum. Nam de inani gloria inobedientia, jactantia, hypocrisis, contentiones, pertinaciae, discordiae, et novitatum praesumptiones oriuntur. De invidia, odium, susurratio, detractio, exsultatio in adversus proximi, afflictio autem in prosperis nascitur. De ira, rixae, tumor mentis, contumeliae, clamor, indignatio, blasphemiae proferuntur. De tristitia, malitia, rancor, pusillanimitas, desperatio, torpor circa praecepta, vagatio mentis erga illicita nascitur. De avaritia, proditio, fraus, fallacia, perjuria, inquietudo, violentiae, et contra misericordiam obdurationes cordis oriuntur. De ventris ingluvie, inepta laetitia, scurrilitas, immunditia, multiloquium, hebetudo sensus circa intelligentiam propagantur. De luxuria, caecitas mentis, inconsideratio, inconstantia, praecipitatio, amor sui, odium Dei, affectus praesentis saeculi, horror autem vel desperatio futuri generantur. Quia ergo septem principalia vitia tantam de se vitiorum multitudinem proferuntur, cum ad cor veniunt, quasi subsequentis exercitus catervas trahunt. Ex quibus videlicet septem quinque spiritalia, duoque carnalia sunt.

87. El jefe del ejército del diablo es la soberbia, cuya prole son los siete vicios principales. Pues los vicios tentadores, que en la batalla invisible contra nosotros militan para la soberbia que reina sobre ellos, unos preceden al modo de los jefes, otros siguen al modo de un ejército. Pues no todas las culpas ocupan el corazón con igual acceso. Sino que mientras las mayores y pocas previenen a la mente descuidada, las menores e innumerables se vierten sobre ella en bandadas. Pues la misma soberbia, reina de los vicios, cuando ha tomado plenamente el corazón vencido, pronto lo entrega a los siete vicios principales, como a ciertos jefes suyos, para ser devastado. A los cuales jefes a saber sigue un ejército, porque de ellos sin duda nacen importunas multitudes de vicios. Lo cual mostramos mejor, si presentamos a ese mismos jefes y al ejército especialmente, como podemos, enumerándolos. Pues la raíz de todo mal es la soberbia, de la cual, atestiguándolo la Escritura, se dice: El inicio de todo pecado es la soberbia (Ecli. X, 15). Sus primeras proles, a saber los siete vicios principales, se producen de esta raíz virulenta, es decir, la vana gloria, la envidia, la ira, la tristeza, la avaricia, la glotonería, la lujuria. Pues porque le dolió que estuviéramos cautivos por estos siete vicios de la soberbia, por eso nuestro Redentor vino a la batalla espiritual de liberación lleno del espíritu de la gracia septiforme.

88. Cada uno de los vicios capitales tiene su propio ejército. Pero estos tienen cada uno su propio ejército contra nosotros. Pues de la vana gloria nacen la desobediencia, la jactancia, la hipocresía, las contiendas, las pertinacias, las discordias y las presunciones de novedades. De la envidia nacen el odio, la susurración, la detracción, la exultación en las adversidades del prójimo, pero la aflicción en las prósperas. De la ira se producen riñas, tumor de la mente, contumelias, clamor, indignación, blasfemias. De la tristeza nacen la malicia, el rencor, la pusilanimidad, la desesperación, el torpor acerca de los preceptos, el vagar de la mente hacia lo ilícito. De la avaricia nacen la traición, el fraude, la falacia, los perjurios, la inquietud, las violencias y los endurecimientos del corazón contra la misericordia. De la glotonería se propagan la alegría inepta, la escurrilidad, la inmundicia, el multiloquio, la hebetición del sentido acerca de la inteligencia. De la lujuria se generan la ceguera de la mente, la inconsideración, la inconstancia, la precipitación, el amor de sí, el odio de Dios, el afecto del presente siglo, pero el horror o la desesperación del futuro. Porque, pues, los siete vicios principales producen de sí tanta multitud de vicios, cuando vienen al corazón, arrastran como las catervas de un ejército subsiguiente. De los cuales siete a saber, cinco son espirituales y dos carnales.

89. Unumquodque vitium oritur ex altero.---Sed unumquodque eorum tanta sibi cognatione jungitur, ut non nisi unum de altero proferatur. Prima namque superbiae soboles inanis est gloria, quae dum oppressam mentem corruperit, mox invidiam gignit, quia nimirum dum vani nominis potentiam appetit, ne quis hanc alius adipisci valeat tabescit. Invidia quoque iram generat, quia quanto in erno livoris vulnere animus sauciatur, tanto etiam mansuetudo tranquillitatis amittitur; et quia quasi dolens membrum tangitur, idcirco oppositae actionis manus velut gravius pressa sentitur. Ex ira quoque tristitia oritur, quia turbata mens quo se inordinate concutit, eo addicendo confundit: et cum dulcedinem tranquillitatis amiserit, nihil hanc nisi ex perturbatione subsequens moeror pascit. Tristitia quoque ad avaritiam derivatur, quia dum confusum cor bonum laetitiae in semetipso intus amiserit, unde consolari debeat foris quaerit; et tanto magis exteriora bona adipisci desiderat, quanto gaudium non habet ad quod intrinsecus recurrat. Post haec vero duo carnalia vitia, id est ventris ingluvies et luxuria, supersunt. Sed cunctis liquet quod de ventris ingluvie luxuria nascitur, dum in ipsa distributione membrorum ventri genitalia subnexa videantur. Unde dum unum inordinate reficitur, aliud procul dubio ad contumelias excitatur.

90. Fallacia argumenta, quibus capitalia vitia mentem decipere moliuntur.---Bene autem duces exhortari dicti sunt, exercitus ululare, quia prima vitia deceptae menti quasi sub quadam ratione se inserunt, sed innumera quae sequuntur, dum hanc ad omnem insaniam pertrahunt, quasi bestiali clamore confundunt. Inanis namque gloria devictum cor quasi ex ratione solet exhortati, cum dicit: Debes majora appetere, ut quo potestate valueris multos excedere, eo etiam valeas et multis prodesse. Invidia quoque devictum cor quasi ex ratione solet exhortari, cum dicit: In quo illo vel illo minor es? cur ergo eis vel aequalis, vel superior non es? Quanta vales quae illi non valent? Non ergo tibi aut superiores esse, aut etiam aequales debent. Iira etiam devictum cor quasi ex ratione solet exhortari, cum dicit: Quae erga te aguntur aequanimiter ferri non possunt, imo haec patienter tolerare peccatum est, quia etsi non eis cum magna exasperatione resistitur, contra te deinceps sine mensura cumulantur. Tristitia quoque devictum cor quasi ex ratione solet exhortari, cum dicit: Quid habes unde gaudeas, cum tanta mala de proximis portas? Perpende cum quo moerore omnes intuendi sunt qui in tanto contra te amaritudinis felle vertuntur. Avaritia quoque devictum animum quasi ex ratione solet exhortari, cum dicit: Valde sine culpa est, quod quaedam habenda concupiscis, quia non multiplicari appetis sed egere pertimescis; et quod male alius retinet, ipse melius expendis.

89. Cada uno de los vicios nace de otro. Pero cada uno de ellos se une a sí con tanta cognación, que no se produce uno sino del otro. Pues la primera prole de la soberbia es la vana gloria, la cual cuando ha corrompido la mente oprimida, pronto engendra la envidia, porque a saber, mientras apetece la potencia de un nombre vano, se consume para que nadie más pueda conseguirla. La envidia también genera la ira, porque cuanto más se llaga el ánimo en la herida interna del livor, tanto más también se pierde la mansedumbre de la tranquilidad; y porque se toca como un miembro doliente, por eso la mano de una acción opuesta se siente como más gravemente presionada. De la ira también nace la tristeza, porque la mente turbada cuanto más se sacude inordinadamente, tanto más se confunde sentenciándose: y cuando ha perdido la dulzura de la tranquilidad, nada la alimenta sino el morbo subsiguiente de la perturbación. La tristeza también se deriva hacia la avaricia, porque mientras el corazón confuso ha perdido el bien de la alegría dentro de sí mismo, busca fuera de dónde deba ser confesado; y tanto más desea conseguir bienes exteriores, cuanto que no tiene alegría a la cual recurra intrínsecamente. Pero después de estos quedan los dos vicios carnales, esto es, la glotonería y la lujuria. Pero a todos consta que de la glotonería nace la lujuria, mientras que en la misma distribución de los miembros los genitales se ven subyugados al vientre. Por lo cual, mientras uno se rehace inordinadamente, el otro sin duda se excita a las contumelias.

90. Argumentos falaces, con los cuales los vicios capitales se esfuerzan por engañar a la mente. Pero bien se dice que los jefes exhortan, el ejército aúlla, porque los primeros vicios se insertan en la mente engañada como bajo cierta razón, pero los innumerables que siguen, mientras arrastran a esta a toda locura, la confunden como con un clamor bestial. Pues la vana gloria suele exhortar al corazón vencido como por razón, cuando dice: Debes apetecer cosas mayores, para que cuanto más valgas en potestad para exceder a muchos, tanto también valgas para aprovechar a muchos. La envidia también suele exhortar al corazón vencido como por razón, cuando dice: ¿En qué eres menor que aquel o aquel otro? ¿por qué pues no eres o igual a ellos, o superior? ¡Cuántas cosas vales que ellos no valen! No deben pues serte o superiores, o incluso iguales. La ira también suele exhortar al corazón vencido como por razón, cuando dice: Las cosas que se hacen contra ti no pueden llevarse con ecuanimidad, antes bien tolerar estas cosas pacientemente es pecado, porque si no se les resiste con gran exasperación, en adelante se acumulan contra ti sin medida. La tristeza también suele exhortar al corazón vencido como por razón, cuando dice: ¿Qué tienes de qué gozarte, cuando portas tantos males de los prójimos? Pondera con qué moeror han de ser mirados todos los que se vuelven contra ti en tanta hiel de amargura. La avaricia también suele exhortar al ánimo vencido como por razón, cuando dice: Muy sin culpa es que codicies tener algunas cosas, porque no apetes multiplicarte sino que temes carecer; y lo que otro retiene mal, tú mismo lo gastas mejor.

Ventris quoque ingluvies devictum cor quasi ex ratione solet exhortari, cum dicit: Ad esum Deus omnia munda condidit, et qui satiari cibo respuit, quid aliud quam muneri concesso contradicit? Luxuria quoque devictum cor quasi ex ratione solet exhortari, cum dicit: Cur te in voluptate tua modo non dilatas, cum quid te sequatur ignoras? Acceptum tempus in desideriis perdere non debes, quia quam citius pertranseat nescis. Si enim misceri Deus hominem in voluptate coitus nollet, in ipso humani generis exordio masculum et feminam non fecisset (Genes. I, 27). Haec est ducum exhortatio, quae dum incaute ad secretum cordis admittitur, familiarius iniqua persuadet. Quam videlicet exercitus ululans sequitur, quia infelix anima semel a principalibus vitiis capta, dum multiplicatis iniquitatibus in insaniam vertitur, ferali jam immanitate vastatur.

91. Quid, ne vitia noceant, agendum.---Sed miles Dei, quia solerter praevidere vitiorum certamina nititur, bellum procul odoratur, quia mala praeeuntia, quid menti persuadere valeant, dum cogitatione sollicita respicit, exhortationem ducum naris sagacitate deprehendit. Et quia a longe praesciendo subsequentium iniquitatum confusionem conspicit, quasi ululatum exercitus odorando cognoscit.

Igitur quia vel praedicatorem Dei, vel quemlibet spiritalis certaminis militem descriptum equi narratione cognovimus, nunc eumdem iterum in avis significatione videamus, ut qui per equum didicimus ejus fortitudinem, etiam per avem discamus illius contemplationem. Quia enim per descriptam equi magnitudinem audivimus quantum contra certamina vitiorum vir sanctus per patientiam tolerat, nunc per avium speciem cognoscamus quantum per contemplationem volat. Sequitur:

Caput XLVI

[Rec. XVIII].

VERS. 26.---Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter expandens alas suas ad Austrum?

92. Gratia Dei veterem hominem exspoliamus. De accipitre quaedam notatu digna.---Quia per annos singulos pennam veterem accipiter nova nascente projiciat, ac sine intermissione plumescat, pene nullus ignorat. Non autem hic illud plumae tempus dicitur, quo in nido vestitur, quia tunc nimirum adhuc videlicet pullus ad Austrum alas expandere non valet, sed illa annua pluma describitur, quae laxata veteri penna renovatur.

La glotonería también suele exhortar al corazón vencido como por razón, cuando dice: Para el alimento Dios creó todas las cosas limpias, y el que rehúsa saciarse con la comida, ¿qué otra cosa hace sino contradecir al don concedido? La lujuria también suele exhortar al corazón vencido como por razón, cuando dice: ¿Por qué no te dilatas ahora en tu voluptuosidad, cuando ignoras qué te siga? No debes perder el tiempo aceptado en los deseos, porque no sabes cuán más pronto pase. Pues si Dios no quisiera que el hombre se mezclara en la voluptuosidad del coito, en el mismo exordio del género humano no hubiera hecho varón y hembra (Gén. I, 27). Esta es la exhortación de los jefes, la cual mientras se admite incautamente al secreto del corazón, persuade las cosas inicuas más familiarmente. A la cual a saber sigue el ejército que aúlla, porque el alma infeliz una vez capturada por los vicios principales, mientras se vuelve a la locura por las multiplicadas iniquidades, es ya devastada por una ferocidad bestial.

91. Qué se ha de hacer para que los vicios no dañen. Pero el soldado de Dios, porque se afana en prever diestramente los certámenes de los vicios, olfatea de lejos la batalla, porque mientras mira con pensamiento solícito qué puedan persuadir a la mente los males que preceden, descubre la exhortación de los jefes por la sagacidad de su nariz. Y porque preconociendo desde lejos ve la confusión de las iniquidades subsiguientes, conoce como el aullido del ejército olfateando.

Por tanto, porque hemos conocido o al predicador de Dios, o a cualquier soldado del certamen espiritual descrito por la narración del caballo, veámoslo ahora de nuevo en la significación del ave, para que quienes por el caballo aprendimos su fortaleza, aprendamos también por el ave su contemplación. Porque pues por la descrita magnitud del caballo hemos oído cuánto contra los certámenes de los vicios tolera el varón santo por la paciencia, ahora por la especie de las aves conozcamos cuánto vuela por la contemplación. Sigue:

CAPÍTULO XLVI.

VERS. 26.---¿Acaso por tu sabiduría empluma el gavilán, extendiendo sus alas hacia el Austro?

92. Por la gracia de Dios despojémonos del hombre viejo. Cosas dignas de nota sobre el gavilán. Que cada año el gavilán arroja la pluma vieja al nacer la nueva, y empluma sin intermisión, casi nadie lo ignora. Pero no se dice aquí de aquel tiempo de la pluma en que es vestido en el nido, porque entonces a saber todavía el pollo no vale para extender las alas hacia el Austro, sino que se describe aquella pluma anual, que se renueva al aflojarse la pluma vieja.

Et quidem domesticis accipitribus quo melius plumescere debeant humida ac tepentia loca requiruntur. Agrestibus vero moris est ut flante Austro alas expandant, quatenus eorum membra ad laxandam pennam veterem venti tepore concalescant. Cum vero ventus deest, alis contra radios solis extensis atque percussis, tepentem sibi auram faciunt, sicque apertis poris vel veteres exsiliunt, vel novae succrescunt. Quid est ergo accipitrem in Austro plumescere, nisi quod unusquisque sanctorum tactus flatu sancti Spiritus concalescit, et, usum vetustae conversationis abjiciens, novi hominis formam sumit? Quod Paulus admonet, dicens: Exspoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, et induentes novum (Coloss. III, 9). Et rursum: Licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est renovatur de die in diem (II Cor. IV, 16). Vetustam autem pennam projicere est inveterata studia dolosae actionis amittere, et novam pennam sumere est mitem ac simplicem bene vivendo sensum tenere. Penna namque veteris conversationis gravat, et pluma novae immutationis sublevat, ut ad volatum tanto leviorem quanto noviorem reddat.

93. Ad hanc renovationem necessaria confessio.---Et bene ait: Expandit alas suas ad Austrum. Alas quippe nostras ad Austrum expandere est per adventum sancti Spiritus nostras confitendo cogitationes aperire, ut jam non libeat defendendo nos tegere, sed accusando publicare. Tunc ergo accipiter plumescit, cum ad Austrum alas expanderit, quia tunc unusquisque se virtutum pennis induit, cum sancto Spiritui cogitationes suas confitendo substernit. Qui enim vetera fatendo non detegit, novae vitae opera minime producit, qui nescit lugere quod gravat, non valet proferre quod sublevat. Ipsa namque compunctionis vis poros cordis aperit, et plumas virtutum fundit; cumque se studiose mens de pigra vetustate redarguit, alacri novitate juvenescit. Dicatur ergo beato Job: Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens alas suas ad Austrum? id est, Nunquid cuilibet electo tu intelligentiam contulisti, ut flante sancto Spiritu, cogitationum alas expandat, quatenus pondera vetustae conversationis abjiciat, et virtutum plumas in usum novi volatus sumat? Ut hinc videlicet colligat quia vigilantiam sensus in semetipso ex se non habet, qui hanc ex se conferre aliis nequaquam valet. Potest etiam per hunc accipitrem renovata gentilitas designari, ac si beato Job aperte diceretur: Futuras virtutum plumas in gentilitate respice, et vetustas superbiae pennas amitte. Sequitur:

Caput XLVII

[Rec. XIX].

VERS. 27.---Nunquid ad praeceptum tuum elevabitur aquila, et in arduis ponet nidum sibi?

Y por cierto para los gavilanes domésticos, para que deban emplumar mejor, se requieren lugares húmedos y tibios. Pero para los agrestes es costumbre que extiendan las alas al soplar el Austro, a fin de que sus miembros se calienten con el calor del viento para aflojar la pluma vieja. Pero cuando falta el viento, extendidas y golpeadas las alas contra los rayos del sol, se hacen para sí un aura tibia, y así abiertos los poros o saltan las viejas, o crecen las nuevas. ¿Qué es pues emplumar el gavilán en el Austro, sino que cada uno de los santos tocado por el soplo del Espíritu Santo se calienta, y, arrojando el uso de la vieja conversación, toma la forma del hombre nuevo? Lo cual Pablo amonesta diciendo: Despojándoos del hombre viejo con sus actos, e induciendo el nuevo (Coloss. III, 9). Y de nuevo: Aunque nuestro hombre exterior se corrompa, sin embargo el interior se renueva de día en día (2 Cor. IV, 16). Pero arrojar la pluma vieja es perder los inveterados estudios de la acción dolosa, y tomar la pluma nueva es tener un sentido manso y simple por el bien vivir. Pues la pluma de la vieja conversación grava, y la pluma de la nueva inmutación subleva, para que para el vuelo lo vuelva tanto más leve cuanto más nuevo.

93. Para esta renovación es necesaria la confesión. Y bien dice: Extiende sus alas hacia el Austro. Pues extender nuestras alas hacia el Austro es por el advenimiento del Espíritu Santo abrir nuestros pensamientos confesándolos, para que ya no nos plazca cubrirnos defendiéndonos, sino publicarnos acusándonos. Entonces pues el gavilán empluma, cuando ha extendido sus alas hacia el Austro, porque entonces cada uno se viste con las plumas de las virtudes, cuando somete sus pensamientos al Espíritu Santo confesándolos. Pues quien no descubre las cosas viejas confesándolas, mínimamente produce las obras de la vida nueva; quien no sabe llorar lo que grava, no vale para proferir lo que subleva. Pues la misma fuerza de la compunción abre los poros del corazón, y vierte las plumas de las virtudes; y cuando la mente estudiosamente se redarguye de su perezosa vetustez, rejuvenece con alegre novedad. Dígase pues al bienaventurado Job: ¿Acaso por tu sabiduría empluma el gavilán, extendiendo sus alas hacia el Austro?, esto es: ¿Acaso tú conferiste la inteligencia a cualquier elegido, para que soplando el Espíritu Santo, extienda las alas de sus pensamientos, a fin de que arroje los pesos de la vieja conversación, y tome las plumas de las virtudes para el uso de un nuevo vuelo? Para que de aquí a saber colija que no tiene en sí mismo la vigilancia del sentido por sí mismo, quien de ningún modo vale para conferir esta por sí mismo a los otros. Puede también por este gavilán designarse la gentilidad renovada, como si se dijera abiertamente al bienaventurado Job: Mira las futuras plumas de las virtudes en la gentilidad, y pierde las viejas plumas de la soberbia. Sigue:

CAPÍTULO XLVII.

VERS. 27.---¿Acaso a tu mandato se elevará el águila, y en los lugares arduos pondrá su nido?

94. Quid aquilae nomine Scriptura sacra significet. Insidiatores spiritus, potestatem terrenam, subtilem sanctorum intelligentiam, vel Christi ascensionem.--- In Scriptura sacra vocabulo aquilae aliquando maligni spiritus raptores animarum, aliquando praesentis saeculi potestates, aliquando vero vel subtilissimae sanctorum intelligentiae, vel incarnatus Dominus ima celeriter transvolans, et mox summa repetens designatur. Aquilarum nomine insidiatores spiritus exprimuntur, Jeremia attestante, qui ait: Velociores sunt persecutores nostri aquilis coeli (Thren. IV, 19). Persecutores enim nostri aquilis coeli velociores sunt, cum tanta contra nos maligni homines faciunt, ut ipsas etiam aereas potestates inventionibus malitiae praeire videantur. Aquilae etiam vocabulo potestas terrena figuratur. Unde per Ezechielem prophetam dicitur: Aquila grandis, magnarum alarum, longo membrorum ductu plena plumis et varietate, venit ad Libanum, et tulit medullam cedri, et summitatem frondium ejus evulsit (Ezech. XVII, 3). Qua videlicet aquila quis alius quam Nabuchodonosor rex Babyloniae designatur? Quae pro immensitate exercitus magnarum alarum, pro diuturnitate temporum longo membrorum ductu, pro multis vero divitiis plena plumis, pro innumera autem terrenae gloriae compositione plena varietate describitur. Qui venit ad Libanum, et tulit medullam cedri, et summitatem frondium ejus evulsit, quia Judaeae celsitudinem petens, nobilitatem regni ejus, quasi medullam cedri abstulit; et dum tenerrimam regum prolem a regni sui culmine captivando sustulit, quasi summitatem frondium ejus evulsit.

Subtilem sanctorum intelligentiam, vel Christi ascensionem. Aquila fixis oculis solem intuetur.---Aquilae vocabulo vel subtilis sanctorum intelligentia, vel volatus dominicae ascensionis exprimitur. Unde idem propheta dum sub animalium specie evangelistas quatuor se vidisse describeret (Ezech. X, 1), in eis sibi hominis, leonis, bovis, et aquilae faciem apparuisse testatur, quartum procul dubio animal Joannem per aquilam designans, qui volando terram deseruit, quia per subtilem intelligentiam interna mysteria Verbum videndo penetravit. Cui nimirum propheticae sententiae ipse quoque Joannes in revelatione sua de semetipso non dissonat, dicens: Animal primum simile leoni, secundum animal simile vitulo, tertium animal habens faciem quasi hominis, quartum animal simile aquilae volanti (Apoc. IV, 7). Et quamvis singula ad unumquemque evangelistam recte conveniant, dum alius humanae nativitatis ordinem, alius per mundi sacrificii mactationem, quasi vituli mortem, alius potestatis fortitudinem quasi leonis clamorem insinuat, alius nativitatem Verbi intuens, quasi ortum solem aquila aspectat, possunt tamen haec quatuor animalia ipsum suum caput, cujus sunt membra, signare.

94. Qué signifique en la Sagrada Escritura el nombre del águila. Espíritus insidiosos, potestad terrena, sutil inteligencia de los santos, o la ascensión de Cristo. En la Sagrada Escritura, con el vocablo del águila, a veces se designan los espíritus malignos rapaces de almas, a veces las potestades del presente siglo, pero a veces o la sutilísima inteligencia de los santos, o el Señor encarnado sobrevolando velozmente las cosas ínfimas, y pronto repitiendo las sumas. Con el nombre de águilas se expresan los espíritus insidiosos, atestiguándolo Jeremías, quien dice: Más veloces son nuestros perseguidores que las águilas del cielo (Tren. IV, 19). Pues nuestros perseguidores son más veloces que las águilas del cielo, cuando los hombres malignos hacen tantas cosas contra nosotros, que parecen incluso aventajar a las mismas potestades aéreas en las invenciones de la malicia. Con el vocablo del águila también se figura la potestad terrena. Por lo cual se dice por el profeta Ezequiel: Un águila grande, de grandes alas, de largo curso de miembros, llena de plumas y variedad, vino al Líbano y tomó la médula del cedro, y arrancó la cumbre de sus frondas (Ezeq. XVII, 3). Por cuya águila ¿quién otro que Nabucodonosor rey de Babilonia se designa? La cual se describe de grandes alas por la inmensidad del ejército, de largo curso de miembros por la diuturnidad de los tiempos, llena de plumas por las muchas riquezas, pero llena de variedad por la innumerable composición de la gloria terrena. Que vino al Líbano y tomó la médula del cedro, y arrancó la cumbre de sus frondas, porque buscando la celsitud de Judea, arrebató la nobleza de su reino, como la médula del cedro; y mientras arrebató la tiernísima prole de los reyes de la cumbre de su reino llevándolos cautivos, como que arrancó la cumbre de sus frondas.

Sutil inteligencia de los santos, o la ascensión de Cristo. El águila contempla el sol con los ojos fijos. Con el vocablo del águila se expresa o la sutil inteligencia de los santos, o el vuelo de la ascensión del Señor. Por lo cual el mismo profeta, mientras describía haber visto a los cuatro evangelistas bajo la especie de animales (Ezeq. X, 1), atestigua que se le apareció en ellos la cara de hombre, de león, de buey y de águila, designando sin duda a Juan como el cuarto animal por el águila, quien volando abandonó la tierra, porque por la sutil inteligencia penetró los misterios internos viendo al Verbo. Con cuya sentencia profética también el mismo Juan en su revelación no disuena de sí mismo, diciendo: El primer animal semejante a un león, el segundo animal semejante a un becerro, el tercer animal que tenía la cara como de hombre, el cuarto animal semejante a un águila que vuela (Apoc. IV, 7). Y aunque cada una de las cosas convengan rectamente a cada evangelista, mientras uno insinúa el orden de la natividad humana, otro por la inmolación del sacrificio puro, como la muerte de un becerro, otro la fortaleza de la potestad como el clamor de un león, otro contemplando la natividad del Verbo, como el águila mira al sol naciente, pueden sin embargo estos cuatro animales significar a su misma Cabeza, de la cual son miembros.

Ipse namque et homo est, quia naturam nostram veraciter suscepit, et vitulus, quia pro nobis patienter occubuit; et leo, quia per divinitatis fortitudinem susceptae mortis vinculum rupit; et ad extremum aquila, quia ad coelum, de quo venerat, rediit. Homo ergo nascendo, vitulus moriendo, leo resurgendo, aquila ad coelos ascendendo vocatus est. [Vet. XXXIV.] Sed hoc loco aquilae nomine subtilis sanctorum intelligentia et sublimis eorum contemplatio figuratur. Cunctarum quippe avium visum acies aquilae superat, ita ut solis radius fixos in se ejus oculos nulla lucis suae coruscatione reverberans claudat. Ad praeceptum ergo Dei elevatur aquila, dum jussionibus divinis obtemperans, in supernis suspenditur fidelium vita. Quae et in arduis nidum ponere dicitur, quia desideria terrena despiciens, spe jam de coelestibus nutritur. In arduis nidum ponit, quia habitationem mentis suae in abjecta et infima conversatione non construit. Hinc est quod Cinaeo Balaam prophetante dicitur: Robustum quidem est habitaculum tuum, sed si in petra posueris nidum tuum (Num. XXIV, 21). Cinaeus namque possessor interpretatur. Et qui sunt qui praesentia possident, nisi hi qui ingenio sapientiae saecularis callent? Qui in hoc veraciter robustum sibi habitaculum construunt, si per humilitatem parvuli apud semetipsos facti, in Christi sublimitate nutriantur; si semetipsos infirmos sentiant, et in excelsa humilitate cogniti Redemptoris fovendam mentis fiduciam ponant; si ima non appetant, si omne quod praeterit cordis volatu transcendant.

95. Paulus aquilae similis.---Videamus aquilam nidum spei sibi in arduis construentem. Ait: Nostra conversatio in coelis est (Philip. III, 20). Et rursum: Qui conresuscitavit et consedere nos fecit in coelestibus (Ephes. II, 6). In arduis habet nidum, quia profecto in supernis figit consilium. Non vult mentem in ima dejicere, non vult per abjectionem conversationis humanae in infimis habitare. Tunc Paulus fortasse in carcere tenebatur, cum se consedere Christo in coelestibus testaretur. Sed ibi erat, ubi ardentem jam mentem fixerat, non illic ubi illum necessario pigra adhuc caro retinebat.

96. Electi terrena omnia despiciunt.---Hoc namque esse speciale specimen electorum solet, quod sic sciunt praesentis vitae iter carpere, ut per spei certitudinem noverint jam se ad alta pervenisse, quatenus cuncta quae praeterfluunt sub se esse videant, atque omne quod in hoc mundo eminet amore aeternitatis calcent. Hinc est enim quod sequenti se animae per prophetam Dominus dicit: Sustollam te super altitudines terrae (Isai. LVIII, 14).

Pues Él es tanto hombre, porque recibió verazmente nuestra naturaleza, como becerro, porque murió pacientemente por nosotros; y león, porque por la fortaleza de su divinidad rompió el vínculo de la muerte recibida; y al final águila, porque regresó al cielo de donde había venido. Hombre pues al nacer, becerro al morir, león al resucitar, águila al ascender a los cielos fue llamado. Pero en este lugar, con el nombre del águila se figura la sutil inteligencia de los santos y su sublime contemplación. Pues la agudeza del águila supera la visión de todas las aves, de modo que el rayo del sol no cierra sus ojos fijos en él con ninguna coruscación de su luz que los reverbere. Al mandato de Dios pues se eleva el águila, mientras obedeciendo a los mandatos divinos, se suspende en las cosas celestiales la vida de los fieles. La cual también se dice que pone su nido en los lugares arduos, porque despreciando los deseos terrenos, se nutre ya de la esperanza de las cosas celestiales. En los lugares arduos pone su nido, porque no construye la habitación de su mente en una conversación abyecta e ínfima. De aquí es lo que se dice al Cineo por la profecía de Balaam: Robusta por cierto es tu habitación, pero si pones tu nido en la piedra (Núm. XXIV, 21). Pues Cineo se interpreta como 'poseedor'. ¿Y quiénes son los que poseen las cosas presentes, sino los que son diestros en el ingenio de la sabiduría secular? Quienes en esto verazmente construyen para sí una robusta habitación, si hechos pequeñuelos ante sí mismos por la humildad, se nutren en la sublimidad de Cristo; si se sienten a sí mismos enfermos, y ponen la confianza de la mente que ha de ser fomentada en la excelsa humildad del Redentor conocido; si no apetecen las cosas ínfimas, si trascienden con el vuelo del corazón todo lo que pasa.

95. Pablo semejante al águila. Veas al águila construyéndose para sí el nido de la esperanza en los lugares arduos. Dice: Nuestra conversación está en los cielos (Filip. III, 20). Y de nuevo: Quien nos resucitó juntamente y nos hizo sentar en los celestiales (Efes. II, 6). En los lugares arduos tiene el nido, porque ciertamente fija su consejo en las cosas supremas. No quiere abatir la mente a las cosas ínfimas, no quiere habitar en lo más bajo por la abyección de la conversación humana. Entonces Pablo acaso era tenido en la cárcel, cuando atestiguaba que se sentaba juntamente con Cristo en los celestiales. Pero allí estaba, donde ya había fijado su mente ardiente, no allí donde necesariamente lo retenía todavía la carne perezosa.

96. Los elegidos desprecian todas las cosas terrenas. Pues esto suele ser la muestra especial de los elegidos, que así saben recorrer el camino de la presente vida, que por la certidumbre de la esperanza conozcan que ya han llegado a lo alto, a fin de que vean debajo de sí todo lo que pasa fluyendo, y pisen con el amor de la eternidad todo lo que destaca en este mundo. De aquí es pues que el Señor dice por el profeta al alma que le sigue: Te levantaré sobre las alturas de la tierra (Isai. LVIII, 14).

Quasi quaedam namque inferiora terrae sunt, damna, contumeliae, egestas, abjectio, quae ipsi quoque amatores saeculi dum per latae viae planitiem ambulant, vitando calcare non cessant. Altitudines autem terrae sunt, lucra rerum, blandimenta subditorum, divitiarum abundantia, honor, et sublimitas dignitatum; quae quisquis per ima adhuc desideria incedit, eo ipso alta aestimat, quo magna putat. At si semel cor in coelestibus figitur, mox quam abjecta sint cernitur quae alta videbantur. Nam sicut qui in montem conscendit eo paulisper caetera subterjacentia despicit, quo ad altiora gressum amplius tendit, ita qui in summis intentionem figere nititur, dum annisu ipso nullam praesentis vitae gloriam esse deprehendit, super terrae altitudines elevatur; et quod prius in imis desideriis positus super se credidit, post ascendendo proficiens sibi subesse cognoscit. Quae ergo illic Dominus facturum se esse pollicetur, dicens: Sustollam te super altitudines terrae (Ibid.), haec apud beatum Job solum sese facere posse testatur, dicens: Nunquid ad praeceptum tuum elevabitur aqurla, et ponet in arduis nidum sibi? Ac si diceret: Ut ad meum, qui quod exterius praecipio hoc intrinsecus gratia occultae largitatis inspiro. Sequitur:

CAPUT XLVIII.

VERS. 28.---In petris manet.

97. In petris, hoc est in sanctorum patrum celsitudine et constantia nidum ponunt.---In sacro eloquio cum singulari numero petra nominatur quis alius quam Christus accipitur? Paulo attestante, qui ait: Petra autem erat Christus (I Cor. X, 4). Cum vero petrae pluraliter appellantur, membra ejus, videlicet sancti viri, qui illius robore solidati sunt exprimuntur. Quos nimirum Petrus apostolus lapides vocat, dicens: Vos tanquam lapides vivi, coaedificamini domus spiritales (I Pet. II, 5). Ista itaque aquila, quae ad veri solis radios cordis oculos erexit, in petris manere dicitur, quia in dictis antiquorum et fortium patrum mentis statione collocatur. Eorum quippe vitam quos in via Dei praeisse conspicit ad memoriam reducit, atque in celsitudine illorum fortitudinis studendo nidum sibi construit sanctae meditationis. Cumque eorum acta dictaque tacite cogitat, cum praesentis vitae gloriam in comparatione aeternae excellentiae quam sit abjecta considerat, quasi sub se esse ima terrarum in petris residens observat.

Pues como ciertas cosas inferiores de la tierra son los daños, las contumelias, la penuria, la abyección, las cuales también los mismos amadores del siglo, mientras caminan por la llanura de la vía ancha, no cesan de pisar evitándolas. Pero las alturas de la tierra son los lucros de las cosas, los halagos de los súbditos, la abundancia de riquezas, el honor y la sublimidad de las dignidades; las cuales quienquiera que camina todavía por los deseos ínfimos, por eso mismo las estima altas, porque las juzga grandes. Mas si una vez el corazón se fija en los celestiales, pronto se discierne cuán abyectas son las cosas que parecían altas. Pues así como el que asciende a un monte desprecia por un momento las demás cosas que yacen debajo, cuanto más tiende el paso hacia lo más alto, así el que se afana en fijar la intención en lo sumo, mientras por ese mismo esfuerzo descubre que no hay gloria alguna de la vida presente, se eleva sobre las alturas de la tierra; y lo que antes puesto en los deseos ínfimos creyó sobre sí, después progresando al ascender conoce que está debajo de sí. Las cosas pues que allí el Señor promete que ha de hacer, diciendo: Te levantaré sobre las alturas de la tierra (Ibíd.), estas atestigua ante el bienaventurado Job que solo Él puede hacerlas, diciendo: ¿Acaso a tu mandato se elevará el águila, y pondrá en los lugares arduos su nido? Como si dijera: Como al mío, que lo que mando exteriormente, esto lo inspiro intrínsecamente por la gracia de una oculta largueza. Sigue:

CAPÍTULO XLVIII.

VERS. 28.---Permanece en las piedras.

97. En las piedras, esto es, en la celsitud y constancia de los santos padres ponen el nido. En el sacro elocuio, cuando se nombra la piedra en número singular, ¿quién otro se entiende sino Cristo? Atestiguándolo Pablo, quien dice: Mas la piedra era Cristo (I Cor. X, 4). Pero cuando se llaman piedras en plural, se expresan sus miembros, a saber los varones santos, que han sido consolidados por su robustez. A los cuales a saber el apóstol Pedro llama piedras, diciendo: Vosotros como piedras vivas, sed coedificados como casas espirituales (I Ped. II, 5). Esta águila pues, que ha erigido los ojos del corazón a los rayos del verdadero sol, se dice que permanece en las piedras, porque se coloca en la estación de la mente en los dichos de los antiguos y fuertes padres. Pues reduce a la memoria la vida de aquellos que ve que han precedido en la vía de Dios, y en la celsitud de la fortaleza de aquellos, estudiando, construye para sí un nido de santa meditación. Y cuando piensa tácitamente sus actos y dichos, cuando considera cuán abyecta sea la gloria de la vida presente en comparación de la eterna excelencia, residiendo en las piedras observa que las cosas ínfimas de la tierra están como debajo de sí.

98. Petrarum nomine coeli potestates designantur.---Possunt etiam petrae sublimes virtutum coelestium potestates intelligi, quas non jam quasi more arborum huc atque illuc ventus nostrae mutabilitatis inclinat, quia velut petrae in arduis sitae ab omni motu mutabilitatis alienae sunt, et ad soliditatem fixae celsitudinis ipsa cui inhaerent aeternitate duruerunt. Vir itaque sanctus, cum terrena despicit, more se aquilae ab altiora suspendit, et per contemplationis spiritum sublevatus perennem angelorum gloriam praestolatur, atque in hoc mundo hospes, illa appetendo quae aspicit, jam in sublimibus figitur. Recte ergo dicitur: In petris manet, id est intentione cordis inter illas coelestes virtutes residet, quae et per aeternitatis suae fortitudinem tanta jam soliditate fixae sunt, ut in nullo culpae latere mutabilitatis varietate flectantur. Unde et apte sequitur:

CAPUT XLIX.

IBID.---Et in praeruptis silicibus commoratur, atque inaccessis rupibus.

99. In Christo restaurata sunt omnia, quae in coelis et quae in terris.---Qui enim sunt alii praerupti silices, nisi illi fortissimi angelorum chori, qui quamvis non integri, sed tamen in proprio statu fixi, cadente cum suis angelis diabolo remanserunt? Praerupti enim sunt, quia pars eorum cecidit, pars remansit. Qui integri quidem stant per qualitatem meriti, sed per numeri quantitatem praerupti. Hanc praeruptionem restituere Mediator venit ut redempto humano genere illa angelica damna sarciret, et mensuram coelestis patriae locupletius fortasse cumularet. Propter hanc praeruptionem de Patre dicitur: Proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quae in coelis, et quae in terra sunt in ipso (Ephes. I, 9, 10). In ipso quippe restaurantur ea quae in terra sunt, dum peccatores ad justitiam convertuntur. In ipso restaurantur ea quae in coelis sunt, dum illuc humiliati homines redeunt unde apostatae angeli superbiendo ceciderunt. Quod vero ait: Inaccessis rupibus, nimirum qui praerupti silices, ipsi sunt inaccessae rupes.

98. Con el nombre de las piedras se designan las potestades del cielo. Pueden también las piedras entenderse como las sublimes potestades de las virtudes celestiales, a las cuales ya no inclina de aquí para allá el viento de nuestra mutabilidad como al modo de los árboles, porque situadas en los lugares arduos como piedras son ajenas a todo movimiento de mutabilidad, y para la solidez de una celsitud fija han endurecido por esa misma eternidad a la que son inherentes. El varón santo pues, cuando desprecia las cosas terrenas, se suspende de las cosas más altas al modo del águila, y sublevado por el espíritu de contemplación aguarda la perenne gloria de los ángeles, y huésped en este mundo, apeteciendo aquellas cosas que contempla, se fija ya en las sublimes. Rectamente pues se dice: Permanece en las piedras, esto es, reside por la intención del corazón entre aquellas virtudes celestiales, las cuales incluso por la fortaleza de su eternidad están ya fijas con tanta solidez, que por ninguna variedad de mutabilidad se inclinen en ningún costado de culpa. Por lo cual también aptamente sigue:

CAPÍTULO XLIX.

IBÍDEM.---Y mora en los pedernales abruptos, y en las rocas inaccesibles.

99. En Cristo están restauradas todas las cosas, las que están en los cielos y las que están en las tierras.---¿Quiénes son pues los otros pedernales abruptos, sino aquellos fortísimos coros de los ángeles, que aunque no íntegros, sin embargo permanecieron fijos en su propio estado, al caer el diablo con sus ángeles? Porque son abruptos (escarpados), porque una parte de ellos cayó, y otra parte permaneció. Los que en verdad están íntegros por la cualidad del mérito, pero por la cantidad del número están abruptos (quebrados). Para restaurar este quebranto vino el Mediador, para que redimido el género humano remendase aquellos daños angélicos, y acumulase tal vez con mayor riqueza la medida de la patria celestial. Por causa de este quebranto se dice del Padre: Se propuso en él, en la dispensación de la plenitud de los tiempos, restaurar todas las cosas en Cristo, las que están en los cielos, y las que están en la tierra están en él mismo (Efes. I, 9, 10). En él mismo por cierto se restauran aquellas cosas que están en la tierra, mientras los pecadores se convierten a la justicia. En él se restauran aquellas cosas que están en los cielos, mientras vuelven allá los hombres humillados de donde los ángeles apóstatas por su soberbia cayeron. Pero en cuanto a lo que dice: En las rocas inaccesibles, sin duda quienes son los pedernales abruptos, esos mismos son las rocas inaccesibles.

Cordi enim peccatorum hominum valde inaccessa est claritas angelorum, quia quo ad pulchra corporalia cecidit, eo a spiritali specie oculos clausit. Sed quisquis ita contemplatione rapitur, ut per divinam gratiam sublevatus, intentionem suam jam angelorum choris interserat, et fixus in sublimibus, ab omni se infima actione suspendat, non ei sufficit gloriam angelicae claritatis aspicere, nisi eum etiam qui est super angelos valeat videre. Sola namque ejus visio vera mentis nostrae refectio est. Unde cum dixisset hanc aquilam in petris manere, et in praeruptis silicibus atque inaccessis rupibus commorari, illico subdidit:

Caput L

[Rec. XX].

VERS. 29.---Inde contemplatur escam.

100. Dei visio mentis nostrae cibus.---Id est, ex illis choris angelicis tendit oculum mentis ad contemplandam gloriam supernae majestatis, qua non visa adhuc esurit, qua tandem visa satiatur. Scriptum quippe est: Pro eo quod laboravit anima ejus, videbit et saturabitur (Isai. 53, 11). Et rursum: Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur (Matth. V, 6). Quis vero mentis nostrae cibus sit, indicatur aperte cum dicitur: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt (Ibid., 8). Et quia, interpositione corruptibilis carnis gravati, Deum sicut est videre non possumus, recte subjungitur:

CAPUT LI.

IBID.---Oculi ejus de longe prospiciunt.

101. Deum hic, nonnisi de longe prospicimus.---Quantumlibet enim in hac vita positus quisque profecerit, necdum Deum per speciem, sed per aenigma et speculum videt. E vicino autem cum respicimus, verius cernimus; cum vero longius aciem tendimus, sub incerto visu caligamus. Quia igitur sancti viri in altam se contemplationem erigunt, et tamen Deum, sicut est, videre non possunt, bene de hac aquila dicitur: Oculi ejus de longe prospiciunt. Ac si diceret: Intentionis aciem fortiter tendunt, sed necdum propinquum aspiciunt, cujus claritatis magnitudinem penetrare nequaquam possunt.

Pues al corazón de los hombres pecadores es sobremanera inaccesible la claridad de los ángeles, porque en cuanto cayó hacia las bellas cosas corporales, en tanto cerró los ojos ante la especie espiritual. Pero quienquiera que es así arrebatado por la contemplación, que sublevado por la divina gracia, entrelace ya su intención con los coros de los ángeles, y fijo en las cosas sublimes, se suspenda de toda acción ínfima, no le basta contemplar la gloria de la claridad angélica, a no ser que logre ver también a aquel que está sobre los ángeles. Pues sola su visión es la verdadera refección de nuestra mente. Por lo cual, habiendo dicho que esta águila permanece en las piedras, y mora en los pedernales abruptos y en las rocas inaccesibles, al punto añadió:

Capítulo L

[Rec. XX].

VERS. 29.---De allí contempla el cebo (la comida).

100. La visión de Dios es el alimento de nuestra mente.---Es decir, desde aquellos coros angélicos extiende el ojo de la mente para contemplar la gloria de la soberana majestad, la cual no habiendo visto todavía tiene hambre, y la cual habiendo visto por fin se sacia. Pues escrito está: Por lo que trabajó su alma, verá y se saciará (Isai. 53, 11). Y de nuevo: Bienaventurados los que tienen hambre y sed de justicia, porque ellos serán saciados (Matth. V, 6). Pero cuál sea el alimento de nuestra mente, se indica abiertamente cuando se dice: Bienaventurados los limpios de corazón, porque ellos verán a Dios (Ibíd., 8). Y porque, gravados por la interposición de la carne corruptible, no podemos ver a Dios como es, rectamente se añade:

CAPÍTULO LI.

IBÍDEM.---Sus ojos contemplan de lejos.

101. A Dios aquí, no sino de lejos lo contemplamos.---Pues por mucho que cualquiera puesto en esta vida haya aprovechado, todavía no ve a Dios por la especie (directamente), sino por un enigma y un espejo. Pues de cerca cuando miramos, discernimos más verdaderamente; pero cuando extendemos la vista más lejos, bajo una incierta visión quedamos a oscuras (en la calígine). Porque pues los varones santos se elevan a la alta contemplación, y sin embargo no pueden ver a Dios como es, bien se dice de esta águila: Sus ojos contemplan de lejos. Como si dijera: Extienden fuertemente la vista de su intención, pero todavía no contemplan al que está cerca, la magnitud de cuya claridad no pueden de ninguna manera penetrar.

A luce enim incorruptibili caligo nos nostrae corruptionis obscurat; cumque et videri aliquatenus potest, et tamen videri lux ipsa, sicut est, non potest, quam longe sit indicat. Quam si mens utcunque non cerneret, nec quia longe esset videret. Si autem perfecte jam cerneret, profecto hanc quasi per caliginem non videret. Igitur quia nec omnino cernitur, nec rursum omnino non cernitur, recte dictum est, quia a longe Deus videtur.

102. Isaiae hac de re testimonium. Activae vitae gradibus ad contemplationis culmen ascenditur.---Libet ad medium Isaiae verba deducere, atque haec et illa quam uno spiritu proferantur indicare. Qui cum activae vitae virtutes exprimeret, dicens: Qui ambulat in justitiis, et loquitur veritatem, qui projicit avaritiam ex calumnia, et excutit manus suas ab omni munere, qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, et claudit oculos suos ne videat malum (Isai. XXXIII, 15), illico ab ejusdem activae vitae gradibus ad quae contemplationis culmina ascendatur adjunxit, dicens: Iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas ejus, panis ei datus est, aquae ejus fideles sunt. Regem in decore suo videbunt oculi ejus, cernent terram de longe (Ibid., 16). In excelsis namque habitare est cor in coelestibus ponere. Et munimenta saxorum sublimitas nostra est, cum fortium patrum praecepta et exempla respicimus atque ab infima cogitatione separamur. Munimenta saxorum sublimitas nostra est, cum mente choris castrisque coelestibus jungimur, et insidiantes malignos spiritus stantes in arce cordis quasi subterpositos expugnamus. Tunc nobis etiam panis datur, quia in supernis erecta intentio, aeternitatis contemplatione reficitur. Aquae enim nostrae fideles sunt, quia doctrina Dei quod hic per spem promittit, hoc illic in munere exhibet. Sapientia namque hujus mundi infidelis est, quia mansura post mortem non est. Aquae nostrae fideles sunt, quia verba vitae quod ante mortem insinuant, hoc etiam post mortem demonstrant. Regem in decore suo oculi nostri conspiciunt, quia Redemptor noster in judicio et a reprobis homo videbitur, sed ad divinitatis ejus intuendam celsitudinem soli qui electi sunt sublevantur. Quasi enim quamdam foeditatem Regis videre est solam servilem formam in qua ab iniquis despectus est cernere. Sed ab electis in decore suo Rex cernitur, quia ultra semetipsos rapti, in ipso divinitatis fulgore oculos cordis figunt. Et quia quandiu in hac vita sunt, illam viventium patriam, sicut est, videre non possumus, recte adjungitur: Cernent terram de longe (Ibid., 17). Quod ergo hic ait: Elevabitur aquila, et in arduis ponet nidum sibi, hoc illic dicitur: In excelsis habitabit. Quod hic dicitur: In petris manet, et in praeruptis silicibus commoratur, atque inaccessis rupibus, hoc illic subjicitur: Munimenta saxorum sublimitas ejus.

Pues desde la luz incorruptible la oscuridad de nuestra corrupción nos oscurece; y puesto que puede ser vista en alguna medida, y sin embargo la luz misma, como es, no puede ser vista, indica cuán lejos está. La cual si la mente de algún modo no discerniera, ni vería que estaba lejos. Pero si ya la discerniera perfectamente, de cierto no vería a esta como a través de la calígine. Por tanto, porque ni del todo se discierne, ni de nuevo del todo no se discierne, rectamente se ha dicho, que de lejos se ve a Dios.

102. El testimonio de Isaías sobre este asunto. Por los grados de la vida activa se asciende al culmen de la contemplación.---Me agrada traer a medio las palabras de Isaías, e indicar que estas y aquellas son proferidas por un solo espíritu. Quien cuando expresaba las virtudes de la vida activa, diciendo: El que camina en las justicias, y habla la verdad, el que arroja la avaricia de la calumnia, y sacude sus manos de todo don, el que tapa sus oídos para no oír sangre, y cierra sus ojos para no ver el mal (Isai. XXXIII, 15), al punto añadió desde los mismos grados de la vida activa a qué culmines de la contemplación se ascienda, diciendo: Éste en las alturas habitará, los baluartes de las rocas su celsitud, el pan le ha sido dado, sus aguas son fieles. Al Rey en su hermosura verán sus ojos, contemplarán la tierra de lejos (Ibíd., 16). Pues habitar en las alturas es poner el corazón en las cosas celestiales. Y los baluartes de las rocas son nuestra celsitud, cuando miramos los preceptos y ejemplos de los padres fuertes y nos separamos de la ínfima cogitación. Los baluartes de las rocas son nuestra celsitud, cuando con la mente nos unimos a los coros y campamentos celestiales, y estando en el alcázar del corazón impugnamos a los espíritus malignos que acechan como si estuvieran puestos debajo de nosotros. Entonces también se nos da el pan, porque la intención erguida en las cosas soberanas, se recrea con la contemplación de la eternidad. Pues nuestras aguas son fieles, porque la doctrina de Dios lo que aquí promete por la esperanza, eso allí lo exhibe en don. Pues la sabiduría de este mundo es infiel, porque no ha de permanecer después de la muerte. Nuestras aguas son fieles, porque las palabras de vida lo que antes de la muerte insinúan, eso también después de la muerte demuestran. Al Rey en su hermosura contemplan nuestros ojos, porque nuestro Redentor en el juicio será visto por los réprobos como hombre, pero para contemplar la celsitud de su divinidad solo los que son electos son sublevados. Pues ver como una cierta fealdad del Rey es contemplar sola la forma servil en la cual fue despreciado por los inicuos. Pero por los electos el Rey es contemplado en su hermosura, porque arrebatados más allá de sí mismos, fijan los ojos del corazón en ese mismo fulgor de la divinidad. Y porque mientras están en esta vida, no pueden ver aquella patria de los vivientes como es, rectamente se añade: Contemplarán la tierra de lejos (Ibíd., 17). Lo que pues aquí dice: Se elevará el águila, y en los lugares arduos pondrá su nido para sí, eso allí se dice: En las alturas habitará. Lo que aquí se dice: En las piedras permanece, y en los pedernales abruptos mora, y en las rocas inaccesibles, eso allí se añade: Los baluartes de las rocas su celsitud.

Quod rursus hic subinfertur: Inde contemplatur escam, hoc illic quoque subditur: Panis ei datus est, aquae ejus fideles sunt, Regem in decore suo videbunt oculi ejus. Et quod hic subjungitur: Oculi ejus de longe prospiciunt, hoc illic apte subjicitur: Cernent terram de longe.

[Vet. XXXVI.] 103. Paulus quam sublimis aquila.---Consideremus quam sublimis aquila fuerit Paulus, qui usque ad tertium coelum volavit (II Cor. XII, 2), sed tamen in hac vita positus e longinquo adhuc Deum prospicit, qui ait: Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem (I Cor. XIII, 12). Et rursum: Ego me non arbitror comprehendisse (Philip. III, 13). Sed quamvis aeterna valde minus quam sunt ipse conspiciat, quamvis ea se cognoscere perfecte non posse cognoscat, infirmis tamen auditoribus ea ipsa infundere praedicando non potest, quae videre saltem per speculum et imaginem potest. De semetipso quippe tanquam de alio loquitur, dicens: Audivit arcana verba, quae non licet homini loqui (II Cor. XII, 4). Interna ergo quamvis minima et extrema videantur, fortibus tamen praedicatoribus summa sunt, infirmis vero auditoribus incapabilia. Unde et praedicatores sancti, cum auditores suos divinitatis verbum capere non posse conspiciunt, ad sola incarnationis dominicae verba descendunt. Unde bene hic, dum sublevata in arduis aquila longe videre dicitur, illico subinfertur:

Caput LII

[Rec. XXI].

VERS. 30.---Pulli ejus lambunt sanguinem.

104. Passionis Christi meditatione pasci debemus.---Ac si aperte diceretur: Ipsa quidem divinitatis contemplatione pascitur, sed quia auditores ejus divinitatis percipere arcana nequaquam possunt, cognito crucifixi Domini cruore satiantur. Sanguinem namque lambere est passionis Dominicae infirma venerari. Hinc est quod idem Paulus, qui, sicut paulo ante jam diximus, ad tertii coeli secreta volaverat, discipulis dicebat: Non enim judicavi me scire aliquid inter vos, nisi Christum Jesum, et hunc crucifixum (I Cor. II, 2). Ac si aperte haec aquila diceret: Ego quidem escam meam divinitatis ejus potentiam de longe prospicio, sed vobis adhuc parvulis incarnationis ejus tantummodo lambendum sanguinem trado. Nam qui per praedicationem suam tacita divinitatis celsitudine, infirmos auditores de solo cruore crucis edocet, quid aliud quam sanguinem pullis praebet? Quia vero uniuscujusque sancti praedicatoris anima corruptione carnis exuta ad eum mox ducitur, qui pro nobis sponte sua in mortem cecidit, et de morte surrexit, apte de hac aquila subditur:

Lo que de nuevo aquí se infiere: De allí contempla el cebo, eso allí también se subraya: El pan le ha sido dado, sus aguas son fieles, al Rey en su hermosura verán sus ojos. Y lo que aquí se añade: Sus ojos contemplan de lejos, eso allí aptamente se añade: Contemplarán la tierra de lejos.

[Vet. XXXVI.] 103. Qué águila tan sublime fue Pablo.---Consideremos qué águila tan sublime fue Pablo, que voló hasta el tercer cielo (II Cor. XII, 2), pero sin embargo puesto en esta vida todavía contempla a Dios de lejos, quien dice: Vemos ahora por un espejo en enigma, pero entonces cara a cara (I Cor. XIII, 12). Y de nuevo: Yo no juzgo haber comprendido (Filip. III, 13). Pero aunque él mismo contemple las cosas eternas mucho menos de lo que son, aunque conozca que no puede conocerlas perfectamente, sin embargo no puede infundir a los oyentes débiles por la predicación aquellas mismas cosas que al menos puede ver por un espejo y una imagen. Pues habla de sí mismo como de otro, diciendo: Oyó palabras arcanas, que no es lícito al hombre hablar (II Cor. XII, 4). Las cosas internas pues, aunque parezcan mínimas y extremas, sin embargo para los predicadores fuertes son sumas, pero para los oyentes débiles son incapaces de ser comprendidas. Por lo cual también los predicadores santos, cuando contemplan que sus oyentes no pueden comprender el verbo de la divinidad, descienden a solas las palabras de la encarnación dominical. Por lo cual bien aquí, mientras se dice que el águila elevada en lo arduo ve de lejos, al punto se infiere:

Capítulo LII

[Rec. XXI].

VERS. 30.---Sus polluelos lamen la sangre.

104. Con la meditación de la pasión de Cristo debemos alimentarnos.---Como si se dijera abiertamente: Ella por cierto se alimenta con la contemplación de la divinidad, pero porque sus oyentes no pueden de ninguna manera percibir los arcanos de la divinidad, se sacian con la conocida sangre del Señor crucificado. Pues lamer la sangre es venerar las cosas débiles de la pasión dominical. De aquí es que el mismo Pablo, que, como ya dijimos poco antes, había volado a los secretos del tercer cielo, decía a sus discípulos: Pues no juzgué saber nada entre vosotros, sino a Jesucristo, y a este crucificado (I Cor. II, 2). Como si abiertamente esta águila dijera: Yo por cierto contemplo de lejos mi cebo, la potencia de su divinidad, pero a vosotros todavía párvulos os entrego sola la sangre para ser lamida de su encarnación. Pues quien por su predicación, callada la celsitud de la divinidad, enseña a los oyentes débiles solo de la sangre de la cruz, ¿qué otra cosa sino sangre ofrece a los polluelos? Pero porque el alma de cada predicador santo, despojada de la corrupción de la carne, es pronto llevada a aquel que por nosotros por su propia voluntad cayó en la muerte, y resucitó de la muerte, aptamente de esta águila se añade:

CAPUT LIII.

IBID.---Et ubicunque cadaver fuerit, statim adest.

105. Christus in coelis regnans electos ad se colligit. Cadaver quippe a casu dicitur. Et non immerito corpus Domini propter casum mortis cadaver vocatur. Quod autem hic de hac aquila dicitur: Ubicunque cadaver fuerit, statim adest (Matth. XXIV, 28), hoc de egredientibus animabus fieri Veritas spopondit, dicens: Ubicunque fuerit corpus, illic congregabuntur et aquilae. Ac si aperte dicat: Qui coelesti sedi incarnatus Redemptor vester praesideo, electorum quoque animas cum carne solvero, ad coelestia sublevabo.

106. Omnis peccator cadaver; ad quod advolant aquilae, pii videlicet praedicatores peccatorum salutem esurientes. Haec volatus Pauli orbem peragrantis causa. Sed hoc quod de hac aquila dicitur: Ubicunque fuerit cadaver statim adest, intelligi et aliter potest. Omnis enim qui in peccati mortem ceciderit, non inconvenienter poterit cadaver vocari. Quasi exanimis namque jacet, qui justitiae vivificantem spiritum non habet. Quia ergo sanctus quisque praedicator ubi peccatores esse considerat, illuc anxie pervolat, ut in peccati morte jacentibus lucem vivificationis ostendat, bene de hac aquila dicitur: Ubicunque cadaver fuerit, statim adest. Id est, illuc tendit, ubi utilitatem praedicationis prospicit, ut ex eo quod jam spiritaliter vivit, aliis in morte sua jacentibus prosit, quos corripiendo quasi edit, sed ab iniquitate ad innocentiam permutando in sua membra quasi edendo convertit. Ecce ipse, quem ad testimonium jam saepe deduximus, Paulus cum nunc Judaeam, nunc Corinthum, nunc Ephesum, nunc Romam, nunc Hispanias peteret, ut in peccati morte jacentibus, aeternae vitae gratiam nuntiaret, quid se aliud quam esse aquilam demonstrabat; quae velociter omnia transvolans, ubicunque jacens cadaver quaerebat, ut dum voluntatem Dei lucratis peccatoribus faceret, quasi escam suam in cadavere reperiret? Esca quippe justorum est conversio perversorum, de qua dicitur: Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam aeternam (Joan. VI, 27). Auditis itaque tot sanctorum virtutibus, beatus Job obstupuisse intelligitur, et sub admirationis terrore siluisse. Nam sequitur:

CAPUT LIV

[Rec. XXIII].

CAPÍTULO LIII.

IBÍDEM.---Y dondequiera que estuviere el cadáver, al punto está ella.

105. Cristo reinando en los cielos reúne a los electos hacia sí. Pues el cadáver (cadaver) se dice por la caída (a casu). Y no sin razón el cuerpo del Señor es llamado cadáver por causa de la caída de la muerte. Pero lo que aquí se dice de esta águila: Dondequiera que estuviere el cadáver, al punto está ella (Mat. 24, 28), la Verdad prometió que esto sucedería respecto a las almas que parten, diciendo: Dondequiera que estuviere el cuerpo, allí se congregarán también las águilas. Como si dijera abiertamente: Yo, vuestro Redentor, que encarnado presido la sede celestial, cuando haya desatado de la carne las almas de los electos, las elevaré a las cosas celestiales.

106. Todo pecador es un cadáver; al cual vuelan las águilas, a saber, los piadosos predicadores que tienen hambre de la salvación de los pecadores. Esta fue la causa del vuelo de Pablo recorriendo el orbe. Pero esto que se dice de esta águila: Dondequiera que fuere el cadáver, al punto está, puede entenderse también de otro modo. Pues todo el que hubiere caído en la muerte del pecado, no inconvenientemente podrá ser llamado cadáver. Pues yace como exánime quien no tiene el espíritu vivificante de la justicia. Porque, por tanto, cada predicador santo, donde considera que hay pecadores, vuela allá ansiosamente, para mostrar la luz de la vivificación a los que yacen en la muerte del pecado, bien se dice de esta águila: Dondequiera que estuviere el cadáver, al punto está. Es decir, tiende hacia allá donde prevé la utilidad de la predicación, para que, de aquello por lo que ya vive espiritualmente, aproveche a otros que yacen en su muerte; a los cuales, reprendiéndolos, como que los come, pero cambiándolos de la iniquidad a la inocencia, los convierte como comiéndolos en sus propios miembros. He aquí que él mismo, a quien ya a menudo hemos traído como testimonio, Pablo, cuando buscaba ahora Judea, ahora Corinto, ahora Éfeso, ahora Roma, ahora las Españas, para anunciar la gracia de la vida eterna a los que yacían en la muerte del pecado, ¿qué otra cosa demostrabas ser sino una águila; la cual, sobrevolándolo todo velozmente, buscaba en todas partes un cadáver yacente, para que, mientras hacía la voluntad de Dios en los pecadores ganados, encontrara como su cebo en el cadáver? Pues el cebo de los justos es la conversión de los perversos, de la cual se dice: Trabajad no por la comida que perece, sino por la que permanece para la vida eterna (Juan 6, 27). Oídas, por tanto, las virtudes de tantos santos, se entiende que el bienaventurado Job se quedó estupefacto, y calló bajo el terror de la admiración. Pues sigue:

CAPÍTULO LIV.

VERS. 31, 32.---Adjecit Dominus, et locutus est ad Job: Nunquid qui contendit cum Deo tam facile conquiescit? Utique qui arguit Deum debet et respondere illi.

107. Pia et moderata Dei ad Job increpatio. Vir sanctus tanta hac districtione flagelli non aestimavit augeri sibi merita, sed vitia resecari. Quae quia in se nulla cognovit, percussum injuste se credidit, et percutientem prorsus arguere est de percussione murmurare. Considerans autem Dominus quod ea quae protulit non ex tumore superbiae, sed ex qualitate collegerat vitae, pie illum increpat dicens: Nunquid qui contendit cum Deo tam facile conquiescit? Utique qui arguit Deum debet et respondere illi. Ac si apertius diceret: Qui tanta de tua actione locutus es, cur audita sanctorum vita siluisti? Me enim fuit arguere, de percussione mea an fuerit justa dubitare. Et bona quidem tua veraciter protulisti, sed haec quo tenderent flagella nescisti, quia etsi non habes jam quod corrigas, habes adhuc tamen quo crescas. In quantam vero virtutis arcem quam plurimos sublevem, me ecce narrante cognovisti. Ipse considerabas tuam, sed aliorum celsitudinem nesciebas. Auditis igitur aliorum virtutibus, si quid vales, responde de tuis. Scimus autem quod cordis sui oculum per elationis tenebras exstinguit, qui, cum recta agit, considerare meliorum merita negligit. At contra magno humilitatis radio sua opera illustrat, qui aliorum bona subtiliter pensat, quia dum ea quae ipse fecerit facta foris et ab aliis conspicit, eum qui de singularitate intus erumpere nititur superbiae tumorem premit. Hinc est quod voce Dei ad Eliam solum se aestimantem dicitur: Reliqui mihi septem millia virorum qui non curvaverunt genua ante Baal (III Reg. XIX, 18), ut dum non solum se remansisse cognosceret, elationis gloriam, quae ei de singularitate surgere poterat, evitare posset. Beatus itaque Job nihil perverse egisse reprehenditur, sed de aliorum etiam bene gestis docetur, ut dum se aequales et alios habere considerat, ei qui singulariter summus est, se humiliter subdat.

VERS. 31, 32.---Añadió el Señor, y habló a Job: ¿Acaso quien contiende con Dios tan fácilmente descansa? Ciertamente quien arguye a Dios debe también responderle a Él.

107. Piadosa y moderada reprensión de Dios a Job. El varón santo no estimó que por tan grande estrechez del azote se le aumentaran los méritos, sino que se le cercenaran los vicios. Como no conoció ninguno de estos en sí, se creyó herido injustamente, y argüir por completo al que hiere es murmurar de la herida. Pero considerando el Señor que aquellas cosas que él profirió no surgieron del tumor de la soberbia, sino de la calidad de su vida, piadamente lo reprende diciendo: ¿Acaso quien contiende con Dios tan fácilmente descansa? Ciertamente quien arguye a Dios debe también responderle a Él. Como si dijera más claramente: Tú que tantas cosas has hablado de tu acción, ¿por qué habiendo oído la vida de los santos has callado? Pues argüirme a Mí fue dudar de mi azote si habría sido justo. Y ciertamente proferiste tus cosas buenas con verdad, pero no supiste a dónde tendían estos azotes, porque aunque no tienes ya qué corrijas, tienes todavía sin embargo por qué crezcas. A cuán grande alcázar de virtud elevo a muchísimos, lo has conocido ahora narrándolo Yo. Tú considerabas la tuya, pero desconocías la celsitud de los otros. Oídas, pues, las virtudes de los otros, si algo puedes, responde de las tuyas. Sabemos, pues, que extingue el ojo de su corazón por las tinieblas de la elación aquel que, cuando hace cosas rectas, descuida considerar los méritos de los mejores. Pero al contrario, ilustra sus obras con un gran rayo de humildad quien piensa sutilmente los bienes de los otros, porque mientras ve aquellas cosas que él mismo hizo, hechas fuera y por otros, oprime el tumor de la soberbia que intenta brotar dentro por la singularidad. De aquí es que por la voz de Dios se dice a Elías, que se estimaba solo: Me he reservado siete mil varones que no doblaron sus rodillas ante Baal (3 Rey. 19, 18), para que, mientras conociera que no solo él había quedado, pudiera evitar la gloria de la elación, que por la singularidad le podía surgir. Por tanto, el bienaventurado Job no es reprendido como habiendo hecho algo perversamente, sino que es enseñado también sobre las cosas bien hechas por otros, para que, mientras considera que tiene iguales y a otros, se someta humildemente a Aquel que es singularmente sumo.

LIBER TRIGESIMUS SECUNDUS.

Duobus ultimis versiculis capitis XXXIX explicatis, quatuor supra decem priores cap. XL exponuntur; multaque tum de infinita Dei potentia, tum de Satanae noxiis in homines consiliis docentur.

CAPUT PRIMUM.

1. Sancti, unde digniores efficiuntur, inde sibi magis videntur indigni. Sancti viri quo apud Deum altius virtutum dignitate proficiunt, eo subtilius indignos se esse deprehendunt, quia dum proximi luci fiunt, quidquid eos in seipsis latebat inveniunt; et tanto magis foris sibi deformes apparent, quanto nimis pulchrum est quod intus vident. Unusquisque enim sibi, dum tactu veri luminis illustratur, ostenditur; et unde agnoscit quid est justitia, inde eruditur, ut videat quid est culpa. Hinc est quod saepe mens nostra quamvis frigida in conversationis humanae actione torpescat, quamvis in quibusdam delinquat et nesciat, quamvis peccata quaedam quasi nulla perpendat; cum tamen ad appetenda sublimia orationis compunctione se erigit, ipso suae compunctionis oculo excitata ad circumspiciendam se post fletum vigilantior redit. Nam cum neglectam se deserit, et noxio tepore torpescit, vel otiosa verba, vel inutiles cogitationes minoris esse reatus omnimodo credit. At si, igne compunctionis incalescens, a tepore suo, tacta subito afflatu contemplationis, evigilet, illa quae levia paulo ante credidit mox ut gravia ac mortifera perhorrescit. Cuncta enim vel in minimis noxia, quasi atrocissima refugit, quia videlicet per conceptionem spiritus gravida, introire ad se jam inania nulla permittit. Ex eo enim quod intus conspicit, quam sint horrenda haec quae exterius perstrepunt sentit; et quanto amplius sublevata profecerit, tanto magis refugit infima, in quibus prostrata defecit.

LIBRO TRIGÉSIMO SEGUNDO.

Explicados los dos últimos versículos del capítulo trigésimo noveno, se exponen los catorce primeros versículos del capítulo cuadragésimo; y se enseñan muchas cosas, tanto de la infinita potencia de Dios, cuanto de los nocivos consejos de Satanás contra los hombres.

CAPÍTULO I.

1. Los santos, de donde se hacen más dignos, de allí se ven a sí mismos más indignos. Los varones santos, cuanto más alto aprovechan ante Dios en la dignidad de las virtudes, tanto más sutilmente descubren que son indignos, porque mientras se hacen próximos a la luz, encuentran todo lo que en ellos mismos se ocultaba; y tanto más deformes se aparecen a sí mismos fuera, cuanto es muy hermoso lo que ven dentro. Pues cada uno se muestra a sí mismo mientras es ilustrado por el tacto de la verdadera luz; y de donde reconoce qué es la justicia, de allí es instruido para que vea qué es la culpa. De aquí es que a menudo nuestra mente, aunque fría, se entorpece en la acción de la conversación humana, aunque en algunas cosas delinca y no lo sepa, aunque algunas pecados los considere como nada; cuando sin embargo se yergue por la compunción de la oración a buscar las cosas sublimes, excitada por el ojo mismo de su compunción, vuelve más vigilante a circunspeccionarse a sí misma después del llanto. Pues cuando se abandona descuidada, y se entorpece en nocivo tepeor, cree que o las palabras ociosas, o los pensamientos inútiles son de todo punto de menor reato. Pero si, enardeciéndose con el fuego de la compunción, despierta de su tepeor, tocada por el súbito soplo de la contemplación, aquellas cosas que poco antes creyó leves, pronto las aborrece como graves y mortíferas. Pues todas las cosas, incluso en las mínimas nocivas, las refugia como atrocísimas, porque a saber, grávida por la concepción del espíritu, ya no permite que entren en ella ningunas cosas vanas. Pues por aquello que contempla dentro, siente cuán horrendas son estas cosas que estrépitan exteriormente; y cuanto más se hubiere aprovechado elevada, tanto más refugia las cosas ínfimas en las que postrada desfalleció.

Nihil quippe eam nisi id quod interius viderat pascit; atque eo gravius tolerat quidquid se ei extrinsecus ingerit, quo illud non est quod intrinsecus vidit, sed ex his interioribus quae raptim videre potuit, ad exteriora quae tolerat judicandi regulam sumit. Super se enim rapitur dum sublimia contemplatur; et semetipsam jam liberius excedendo conspiciens, quidquid ei ex seipsa sub seipsa remanet, subtilius comprehendit. Ex qua re miro modo agitur, ut, sicut superius dictum est, unde dignior efficitur, inde sibimet indigna videatur, et tunc rectitudini se longe esse sentiat, cum appropinquat. Unde Salomon ait: Cuncta tentavi in sapientia, et dixi: Sapiens efficiar, et ipsa longius recessit a me (Eccle. VII, 24). Quaesita enim sapientia longe recedere dicitur, quia appropinquanti altior videtur. Qui vero hanc nequaquam quaerunt, tanto se ei propinquos aestimant, quanto et ejus rectitudinis regulam ignorant, quia siti in tenebris mirari lucis claritatem nesciunt, quam nunquam viderunt; cumque in formam ejus pulchritudinis non tenduntur, in semetipsis libenter quotidie deformiores fiunt. Nam quisquis ejus radiis tangitur, sua illi manifestius tortitudo monstratur; et eo verius invenit quantum flectatur in vitio, quo, sagacius summa considerans, conspicit quantum distat a recto. Unde beatus Job humanum genus virtutibus transiens, amicos loquendo superavit; sed loquente Deo, sublimius eruditus, semetipsum cognoscendo reticuit. Illos namque injuste loquentes subdidit, sed ad verba locutionis intimae reum se juste cognovit. Et quidem cur flagellatus sit nescit, sed tamen cur flagella veneratus non sit, silendo redarguit. Divina enim judicia cum nesciuntur, non audaci sermone discutienda sunt, sed formidoloso silentio veneranda, quia et cum causas rerum conditor in flagello non aperit, eo justas indicat, quo se eas facere qui summe justus est demonstrat. Vir ergo sanctus, et prius de locutione, et post de silentio reprehensus, quid de semetipso sentiat innotescat. Ait enim:

CAPUT II.

CAP. XXXIX, VERS. 34.---Qui leviter locutus sum, respondere quid possum?

2. De verbo otioso ne sancti quidem excusari possunt. Sed linguae culpas vitae meritis tegere curant. Ac si dicat: Sermonem meum defenderem, si hunc cum rationis pondere protulissem. At postquam lingua levitate usa convincitur, quid restat nisi ut conticendo refrenetur? Sequitur:

IBID.---Manum meam ponam super os meum.

Pues nada la alimenta sino aquello que interiormente había visto; y tanto más gravemente tolera cualquier cosa que se le ingiere desde fuera, cuanto aquello no es lo que vio dentro, sino que de estas cosas interiores que pudo ver rápidamente, toma la regla de juzgar para las exteriores que tolera. Pues sobre sí es arrebatada mientras contempla las cosas sublimes; y ya más libremente contemplándose a sí misma excediéndose a sí misma, aquello que de sí misma le queda bajo sí misma, más sutilmente lo comprende. Por lo cual de modo admirable se hace que, como se dijo arriba, de donde se hace más digna, de allí se vea a sí misma indigna, y entonces siente que está lejos de la rectitud cuando se aproxima. De donde dice Salomón: Todo lo probé en la sabiduría, y dije: Me haré sabio, y ella se alejó más de mí (Ecl. 7, 24). Pues la sabiduría buscada se dice que se aleja mucho, porque al que se aproxima le parece más alta. Pero quienes de ninguna manera buscan esta, tanto se estiman próximos a ella cuanto ignoran la regla de su rectitud, porque situados en las tinieblas no saben admirar la claridad de la luz, que nunca vieron; y como no se tienden a la forma de su hermosura, en sí mismos de buena gana se hacen cada día más deformes. Pues quienquiera que es tocado por sus rayos, su tortuosidad se le muestra más manifiestamente; y tanto más verdaderamente encuentra cuánto se dobla en el vicio, cuanto, considerando más sagazmente la cima, contempla cuánto dista de lo recto. De donde el bienaventurado Job, sobrepasando al género humano en virtudes, superó a sus amigos hablando; pero hablando Dios, instruido más sublimemente, calló conociéndose a sí mismo. Pues a aquellos que hablaban injustamente los sometió, pero ante las palabras de la locución íntima se reconoció justamente reo. Y ciertamente por qué fue azotado no lo sabe, pero sin embargo por qué no veneró los azotes, lo redarguyó callando. Pues los juicios divinos cuando no se conocen, no han de ser discutidos con audaz sermón, sino venerados con pavoroso silencio, porque incluso cuando el Creador de las cosas no abre las causas en el azote, tanto las indica justas cuanto demuestra que las hace Él mismo, que es sumamente justo. El varón santo, pues, reprendido primero por la locución y después por el silencio, dése a conocer qué siente de sí mismo. Pues dice:

CAPÍTULO II.

CAP. XXXIX, VERS. 34.---Quien hablé ligeramente, ¿qué puedo responder?

2. De la palabra ociosa ni siquiera los santos pueden ser excusados. Pero procuran cubrir las culpas de la lengua con los méritos de la vida. Como si dijera: Defendería mi sermón, si lo hubiera proferido con el peso de la razón. Pero después que la lengua es convicta de haber usado ligereza, ¿qué queda sino que sea refrenada callando? Sigue:

IBÍDEM.---Pondré mi mano sobre mi boca.

Usu sacri eloquii in manu operatio, in ore locutio solet intelligi. Manum ergo super os ponere est virtute boni operis culpas tegere incautae locutionis. Quis vero inveniri potest qui, quamlibet perfectus sit, de otioso tamen sermone non peccet? Jacobo attestante, qui ait: Nolite plures magistri fieri, in multis enim offendimus omnes (Jacob. III, 1). Et rursum: Linguam nullus hominum domare potest (Ibid. 8). Cujus culpas redarguens per semetipsam Veritas, dicit: Dico autem vobis quoniam omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die judicii (Matth. XII, 36). Sed sancti viri ante Dei oculos student culpas linguae tegere meritis vitae, student bonorum operum pondere premere immoderata verborum. Unde in sancta Ecclesia manus super os ponitur, dum in electis ejus quotidie otiosae locutionis vitium bonae actionis virtute operitur. Scriptum namque est: Beati quorum remissae sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata (Psal. XXXI, 1). Sed rursum cum scriptum sit: Omnia nuda et aperta sunt oculis ejus (Hebr. IV, 13), quomodo tegi possunt quae ejus oculis cui cuncta nuda sunt abscondi nequaquam possunt? Sed quia hoc quod tegimus, inferius ponimus, atque hoc unde tegimus nimirum superducimus, ut quod est subterpositum tegamus, tegere peccata dicimur quae quasi subterponimus dum abdicamus, eisque aliud superducimus, dum bonae actionis opus ad hoc post eligimus ut praeferamus. Qui ergo priora mala deserit, et bona posterius facit, per hoc quod addit, transactam nequitiam tegit, cui boni operis merita superducit. Beatus igitur Job sanctae Ecclesiae typum tenens, et in verbis suis sua allegans, nostra designans, dicat ex se, dicat ex nobis: Manum meam ponam super os meum; id est, hoc quod districto judici de sermone meo in me displicuisse considero, ante ejus oculos sub velamine recti operis abscondo. Sequitur:

CAPUT III.

VERS. 35.---Unum locutus sum, quod utinam non dixissem; et alterum, quibus ultra non addam.

En el uso del sacro elocuio suele entenderse la operación en la mano, la locución en la boca. Poner, pues, la mano sobre la boca es cubrir las culpas de la locución incauta con la virtud de la buena obra. ¿Pero quién puede ser encontrado que, por muy perfecto que sea, no peque sin embargo por la palabra ociosa? Atestiguándolo Santiago, que dice: No os hagáis muchos maestros, pues en muchas cosas ofendemos todos (Sant. 3, 1). Y de nuevo: La lengua ningún hombre puede domarla (Ibíd. 8). Cuyas culpas redarguyendo por sí misma la Verdad, dice: Mas os digo que de toda palabra ociosa que hablaren los hombres, darán cuenta de ella en el día del juicio (Mat. 12, 36). Pero los varones santos ante los ojos de Dios procuran cubrir las culpas de la lengua con los méritos de la vida, procuran oprimir con el peso de las buenas obras lo inmoderado de las palabras. De donde en la santa Iglesia se pone la mano sobre la boca, mientras en sus electos diariamente el vicio de la ociosa locución se cubre con la virtud de la buena acción. Pues está escrito: Bienaventurados aquellos cuyas iniquidades han sido perdonadas, y cuyos pecados han sido cubiertos (Sal. 31, 1). Pero de nuevo, estando escrito: Todas las cosas están desnudas y abiertas a sus ojos (Heb. 4, 13), ¿cómo pueden ser cubiertas las cosas que de ningún modo pueden ser escondidas de sus ojos para quien todas las cosas están desnudas? Pero porque aquello que cubrimos, lo ponemos debajo, y aquello con lo que cubrimos ciertamente lo superponemos, para que cubramos lo que está puesto debajo, se dice que cubrimos los pecados que como que ponemos debajo mientras los abdicamos, y les superponemos otra cosa, mientras después elegimos la obra de la buena acción para esto, para que la prefiramos. Quien, por tanto, deserta los males anteriores, y hace cosas buenas después, por aquello que añade, cubre la maldad pasada, a la cual superpone los méritos de la buena obra. El bienaventurado Job, pues, teniendo el tipo de la santa Iglesia, y en sus palabras alegando sus cosas, designando las nuestras, diga de sí, diga de nosotros: Pondré mi mano sobre mi boca; esto es, aquello que considero que ha disgustado al juez estrecho de mi sermón en mí, lo escondo ante sus ojos bajo el velo de la obra recta. Sigue:

CAPÍTULO III.

VERS. 35.---Una cosa hablé, la cual ojalá no hubiera dicho; y otra, a las cuales no añadiré más.

3. Job Deo increpanti humiliter se peccasse confitetur. Si transacta beati Job verba discutimus, nihil eum nequiter dixisse reperimus. Si vero dicta ejus, quae cum veritate ac libertate prolata sunt, in aliquod superbiae vitium flectimus, duo jam solummodo non erunt, quia multa erunt. Sed quia loqui nostrum est hominibus occultum sensum verbis aperire, loqui vero nostrum ad divinas aures est motum mentis etiam expressione actionis ostendere, beatus Job ad libram se subtilissimi examinis pensans, locutione sua secundo se deliquisse confitetur. Unum enim loqui illicite est res flagello dignas agere, aliud loqui est etiam de flagello murmurare. Qui ergo ante increpationem dominicam in omni opere hominibus praelatus fuit ipsa in altum increpatione proficiens, et minus se rectum prius in opere, et minus se patientem post in verbere agnovit. Unde semetipsam redarguit, dicens: Unum locutus sum, quod utinam non dixissem; et alterum, quibus ultra non addam. Ac si dicat: Rectum me quidem inter homines credidi: sed, te loquente, et ante flagella pravum, et post flagella me rigidum inveni. Quibus ultra non addam, quia jam quanto nunc te loquentem subtilius intelligo, tanto meipsum humilius investigo.

4. Poenitentiae objectum sunt bona neglecta, et mala perpetrata. Activa vita multorum est, contemplativa paucorum. Et quia beatus Job sanctae Ecclesiae typum tenet, possunt electis omnibus haec ejus verba congruere, qui cognoscentes Dominum, in uno et alio deliquisse se sentiunt, quia se intelligunt vel in cogitatione et opere, vel in Dei ac proximi neglecta dilectione peccasse. Quibus se promittunt ultra nil addere, quia per conversionis gratiam curant poenitendo quotidie etiam transacta purgare. Per hoc tamen quod beatus Job de duobus se poenitendo redarguit, liquido ostendit quod peccator omnis in poenitenta duplicem habere gemitum debet, nimirum quia et bonum quod oportuit non fecit, et malum quod non oportuit fecit. Hinc est enim quod per Moysen de eo qui juramentum protulit, ut vel male quid vel benefaceret, et hoc ipsum oblivione transcendit, dicitur: Offerat agnam de gregibus sive capram, orabitque pro eo sacerdos, et pro peccato ejus. Sin autem non potuerit offerre pecus, offerat duos turtures, vel duos pullos columbarum, unum pro peccato, et alterum in holocaustum (Levit. v. 6, 7, 8). Juramentum namque proferre est voto nos divinae servitutis alligare. Et cum bona opera promittimus, bene nos facere spondemus.

3. Job confiesa humildemente a Dios que le reprende que había pecado. Si discutimos las palabras pasadas del bienaventurado Job, no encontramos que haya dicho nada inicuamente. Pero si sus palabras, que fueron proferidas con verdad y libertad, las doblamos en algún vicio de soberbia, ya no serán solamente dos, porque serán muchas. Pero porque nuestro hablar a los hombres es abrir un sentido oculto con palabras, pero nuestro hablar a los oídos divinos es mostrar el movimiento de la mente incluso con la expresión de la acción, el bienaventurado Job, pesándose en la balanza de un sutilísimo examen, confiesa que delinquió dos veces en su locución. Pues hablar una cosa ilícitamente es hacer cosas dignas del azote; hablar otra es también murmurar sobre el azote. El que, por tanto, antes de la reprensión dominica fue preferido a los hombres en toda obra, aprovechando en lo alto por esa misma reprensión, conoció que fue menos recto antes en la obra, y menos paciente después en el azote. De donde se redarguye a sí mismo diciendo: Una cosa hablé, la cual ojalá no hubiera dicho; y otra, a las cuales no añadiré más. Como si dijera: Me creí por cierto recto entre los hombres: pero, hablando Tú, me encontré tanto depravado antes de los azotes, como rígido después de los azotes. A las cuales no añadiré más, porque ya cuanto ahora te entiendo hablando más sutilmente, tanto más humildemente me investigo a mí mismo.

4. Objeto de la penitencia son los bienes descuidados, y los males perpetrados. La vida activa es de muchos, la contemplativa de pocos. Y porque el bienaventurado Job tiene el tipo de la santa Iglesia, pueden estas sus palabras convenir a todos los electos, quienes reconociendo al Señor, sienten que han delinquido en una y otra cosa, porque entienden que han pecado o en el pensamiento y la obra, o en la descuidada dilección de Dios y del prójimo. A las cuales prometen no añadir nada más, porque por la gracia de la conversión procuran arrepintiéndose diariamente purgar incluso las cosas pasadas. Por esto sin embargo, que el bienaventurado Job se redarguye arrepintiéndose de dos cosas, claramente muestra que todo pecador en la penitencia debe tener un doble gemido, a saber, porque tanto no hizo el bien que convino, como hizo el mal que no convino. De aquí es por cierto que por Moisés sobre aquel que profirió un juramento, para hacer o algo malo o bien, y esto mismo por olvido trascendió, se dice: Ofrezca una cordera de los rebaños o una cabra, y orará por él el sacerdote, y por su pecado. Mas si no pudiere ofrecer una res, ofrezca dos tórtolas, o dos polluelos de paloma, uno por el pecado, y el otro en holocausto (Lev. 5, 6, 7, 8). Pues proferir un juramento es ligarnos con un voto de la divina servidumbre. Y cuando prometemos buenas obras, bien nos comprometemos a hacer.

Cum vero abstinentiam cruciatumque carnis nostrae vovemus, male ad praesens nos nobis facere juramus. Sed quia nullus in hac vita ita perfectus est, ut quamlibet Deo devotus sit, inter ipsa quantulumcunque pia vota non peccet, pro peccato agna offerri de gregibus sive capra praecipitur. Quid enim per agnam nisi activae vitae innocentia, quid per capram, quae in summis saepe extremisque rupibus pendens pascitur, nisi contemplativa vita signatur? Qui ergo se conspicit promissa ac proposita non implesse, ad sacrificium Dei sese studiosius debet vel innocentia boni operis, vel sublimi pastu contemplationis accingere. Et bene agna de gregibus, capra vero offerri de gregibus non jubetur, quia activa vita multorum est, contemplativa paucorum. Et cum haec agimus quae multos agere et egisse conspicimus, quasi agnam de gregibus damus. Sed cum offerentis virtus ad agnam capramque non sufficit, in remedium poenitentis adjungitur, ut duo pulli columbarum, vel duo turtures offerantur. Scimus quia columbarum pulli vel turtures pro cantu gemitus habent. Quid ergo per duos columbarum pullos, vel duos turtures, nisi duplex poenitentiae nostrae gemitus designatur, ut cum ad offerenda bona opera non assurgimus, nosmetipsos dupliciter defleamus, quia et recta non fecimus, et prava operati sumus? Unde et unus turtur pro peccato, alter vero offerri in holocau tum jubetur. Holocaustum namque totum incensum dicitur. Unum ergo turturem pro peccato offerimus, cum pro culpa gemitum damus; de altero vero holocaustum facimus, cum pro eo quod bona negleximus, nosmetipsos funditus succendentes, igne doloris ardemus. Quia igitur duplex in poenitentia gemitus debetur, beatus Job divinae vocis increpatione proficiens, atque in sua reprehensione succrescens, dixisse se unum et alterum poenitens fatetur, ac si aperte dicat: Et erga bona per negligentiam torpui, et ad mala per audaciam prorupi:

CAP. XL, VERS. 1, 2.---Respondens autem Dominus Job de turbine, dixit: Accinge sicut vir lumbos tuos, interrogabo te, et indica mihi.

Quid sit Dominum de turbine respondere, quid beatum Job lumbos accingere, quid interrogare Dei, quid hominis indicare, primo jam Domini sermone tractatum est (Sup. lib. XXVIII, n. 1 et seq.). Quia ergo lectoris taedio parcimus, curamus summopere ne dicta replicemus. Sequitur:

CAPUT IV.

VERS. 3.---Nunquid irritum facies judicium meum, et condemnabis me, ut tu justificeris?

Mas cuando prometemos la abstinencia y el tormento de nuestra carne, mal al presente nos juramos hacernos a nosotros mismos. Pero porque nadie en esta vida es tan perfecto, que por muy devoto que sea a Dios, entre esos mismos votos por pequeños y piadosos que sean no peque, se manda ofrecer por el pecado una cordera de los rebaños o una cabra. ¿Qué por la cordera sino la inocencia de la vida activa, qué por la cabra, que en las sumas y extremas rocas pendiente se apacienta, sino la vida contemplativa se señala? El que, por tanto, se ve no haber cumplido las cosas prometidas y propuestas, al sacrificio de Dios se debe ceñir más estudiosamente o por la inocencia de la buena obra, o por el sublime pasto de la contemplación. Y bien la cordera de los rebaños, mas la cabra no se manda ofrecer de los rebaños, porque la vida activa es de muchos, la contemplativa de pocos. Y cuando hacemos estas cosas que vemos que muchos hacen y han hecho, como que damos una cordera de los rebaños. Mas cuando la virtud del oferente no basta para la cordera y la cabra, se añade en remedio del penitente que se ofrezcan dos polluelos de paloma, o dos tórtolas. Sabemos que los polluelos de paloma o las tórtolas tienen por canto el gemido. ¿Qué, pues, por los dos polluelos de paloma, o las dos tórtolas, sino el doble gemido de nuestra penitencia se designa, para que cuando no nos levantamos a ofrecer buenas obras, nos lloremos a nosotros mismos doblemente, porque tanto no hicimos lo recto, como operamos lo depravado? De donde también se manda ofrecer una tórtola por el pecado, mas la otra en holocausto. Pues el holocausto (holocaustum) se dice todo encendido. Una tórtola, pues, ofrecemos por el pecado cuando damos gemido por la culpa; de la otra ciertamente hacemos holocausto cuando por aquello que descuidamos los bienes, encendiéndonos nosotros mismos a fondo, ardemos con el fuego del dolor. Porque, por tanto, se debe un doble gemido en la penitencia, el bienaventurado Job aprovechando por la reprensión de la divina voz, y creciendo en su propia reprensión, confiesa arrepentido haber dicho una y otra cosa, como si dijera abiertamente: Tanto para los bienes por negligencia me entorpecí, como a los males por audacia prorrumpí:

CAP. XL, VERS. 1, 2.---Respondiendo pues el Señor a Job desde el torbellino, dijo: Ciñe como varón tus lomos, te interrogaré, e indícame.

Qué sea que el Señor responda desde el torbellino, qué que el bienaventurado Job ciña sus lomos, qué el interrogar de Dios, qué el indicar del hombre, ya se trató en el primer sermón del Señor. Porque, por tanto, perdonamos el tedio del lector, cuidamos sumamente de no replicar lo dicho. Sigue:

CAPÍTULO IV.

VERS. 3.---¿Acaso harás irrito mi juicio, y me condenarás, para que tú seas justificado?

5. Job juste correptus, ut occultis Dei judiciis etiam nesciens subderetur. Quisquis contra Domini flagella semetipsam defendere nititur, flagellantis judicium evacuare conatur. Nam cum culpa sua feriri se denegat, quid aliud quam injustitiam ferientis accusat? Beatum itaque Job non idcirco flagella coelestia percusserunt, ut in eo culpas exstinguerent, sed potius ut merita augerent, quatenus qui tranquillitatis tempore in tanta sanctitate claruerat, et ex percussione patesceret quae in eo etiam patientiae virtus latebat. Qui quidem culpam suam inter flagella non inveniens, nec tamen flagella eadem causam sibi esse augendi meriti deprehendens, injuste se feriri credidit, cum quid in se debuisset corrigi non invenit. Sed ne ipsa innocentia in tumorem elationis infletur, divina voce corripitur, et mens ejus ab iniquitate libera, sed verberibus pressa, ad judicia occulta revocatur, ut superna sententia, etsi non est cognita, non tamen credatur injusta; sed eo saltem justum credat omne quod patitur, quo nimirum constat quia Deo auctore patiatur. Magna enim satisfactio percussionis est voluntas justa conditoris. Quae cum injustum facere nihil solet, justa agnoscitur etiam si latet. Nam cum pro injustitiae peccato percutimur, si in percussione nostra divinae voluntati conjungimur, mox a nostra injustitia ipsa conjunctione liberamur. Quisquis enim jam percussionem tolerat, sed adhuc causas percussionis ignorat, si justum credens hoc ipsum contra se judicium amplectitur, eo ipso ab injustitia sua jam correctus est, quo percussum se juste gratulatur. In vindicta enim sua Deo se socians, sese contra se erigit; et magna est jam justitia, quod voluntati judicis concordat in poena, cui discrepavit in culpa. Vir sanctus, quia in nulla Deo culpa discrepaverat, quasi cum difficultate ei inter supplicia concordabat. Neque enim credidit quod flagella quae solent vitia exstinguere in illo sola merita augerent. Unde nunc juste corripitur, ut occultis judiciis et nesciens subderetur, eique dicitur: Nunquid irritum facies judicium meum, et condemnabis me ut tu justificeris? Ac si aperte diceretur: Tua quidem bene acta consideras, sed mea occulta judicia ignoras. Si ergo ex tuis meritis contra mea flagella disputas, quid aliud quam me de injustitia addicere te justificando festinas? Sequitur:

Caput V

[Vet. IV, Rec. VI].

VERS. 4.---Si habes brachium sicut Deus, et si voce simili tonas.

6. Contemplata Dei sanctitate, ad humilitatem provocantur etiam sanctiores. Quia humanum genus beatus Job meritis transcendebat, eum pius conditor et eruditor ad considerandam similitudinem suae magnitudinis provocat, ut cognita tanta dissimilitudine, in humilitate se premat.

5. Job justamente corregido, para que a los ocultos juicios de Dios incluso sin saber se sometiera. Quienquiera que contra los azotes del Señor se esfuerza por defenderse a sí mismo, intenta evacuar el juicio del que azota. Pues cuando niega ser herido por su culpa, ¿qué otra cosa sino acusa la injusticia del que hiere? Al bienaventurado Job, por tanto, no por eso lo hirieron los azotes celestiales para que en él extinguieran las culpas, sino más bien para que aumentaran los méritos, a fin de que el que en el tiempo de la tranquilidad en tanta santidad había brillado, también por la herida se manifestara qué virtud de paciencia latía en él. Quien ciertamente no encontrando su culpa entre los azotes, ni sin embargo aprehendiendo que esos mismos azotes fueran causa para él de aumentar el mérito, se creyó ser herido injustamente, cuando no encontró qué en sí debiera haber sido corregido. Pero para que la inocencia misma no se infle en tumor de elación, es corregida por la divina voz, y su mente libre de iniquidad, pero oprimida por los verberes, es revocada a los juicios ocultos, para que la sentencia suprema, aunque no sea conocida, no sea sin embargo creída injusta; sino que al menos crea justo todo lo que padece, por esto a saber porque consta que se hace por autoría de Dios. Pues gran satisfacción de la herida es la voluntad justa del Creador. La cual, como nada injusto suele hacer, se reconoce justa incluso si se oculta. Pues cuando por el pecado de la injusticia somos heridos, si en nuestra herida nos unimos a la voluntad divina, pronto de nuestra injusticia por esa misma conjunción somos liberados. Pues quienquiera que ya tolera la herida, pero todavía ignora las causas de la herida, si creyendo esto justo abraza el juicio mismo contra sí mismo, por esto mismo ya ha sido corregido de su injusticia, por lo que se congratula de ser herido justamente. Pues en su vindicación uniéndose a Dios, se yergue contra sí mismo; y es ya gran justicia que concuerde con la voluntad del juez en la pena, de quien discrepó en la culpa. El varón santo, pues, porque en ninguna culpa había discrepado de Dios, como con dificultad concordaba con Él entre los suplicios. Pues ni creyó que los azotes que suelen extinguir los vicios, en él solos aumentaran los méritos. De donde ahora justamente es corregido, para que a los juicios ocultos también sin saber se sometiera, y se le dice: ¿Acaso harás irrito mi juicio, y me condenarás, para que tú seas justificado? Como si se dijera abiertamente: Tus cosas bien hechas ciertamente las consideras, pero mis ocultos juicios los ignoras. Si, pues, de tus méritos disputas contra mis azotes, ¿qué otra cosa haces sino te apresuras a condenarme de injusticia justificándote tú? Sigue:

CAPÍTULO V.

VERS. 4.---Si tienes brazo como Dios, y si con voz semejante truenas.

6. Contemplada la santidad de Dios, a la humildad son provocados incluso los más santos. Porque el bienaventurado Job sobrepasaba al género humano en méritos, el piadoso Creador y eruditor lo provoca a considerar la similitud de su magnitud, para que conocida tan grande disimilitud, se oprima a sí mismo en la humildad.

7. Deus, etsi corporis expers, cum rebus corporeis comparatur. Anthropomorphitarum haeresis. Deo cur oculi et scapulae tribuantur. Recordari quo sensu dicitur. Quid Dei alae. Sed cum in Deo vox et brachium dicitur, cavendum summopere est, ne quid in eo mens corporeum suspicetur. In Anthropomorphitarum namque haeresim cadere est, eum qui incircumscripte implet et circumplectitur omnia intra corporalia lineamenta concludere. Sed omnipotens Deus ad sua nos trahens, usque ad nostra se humiliat, atque ut alta insinuet, humilibus condescendit, quatenus parvulorum animus rebus cognitis enutritus, ad inquirenda exsurgat incognita, atque ab eo qui longe super ipsum est quaedam juxta se audiens, quasi quibusdam ad illum passibus moveatur. Unde fit ut per Scripturam suam aliquando a corporibus hominum, aliquando a mentibus, aliquando vero ab avibus, aliquando etiam ab insensatis rebus quasdam longe dissimiles in se similitudines trahat. Plerumque enim a corporibus hominum in se similitudinem trahit, sicut de eo propheta ad Israelitas dicit: Qui tetigit vos, tangit pupillam oculi ejus (Zach. II, 8). Et sicut de eo rursum speranti homini per Prophetam dicitur: In scapulis suis obumbrabit tibi (Psal. XC, 4). Constat nimirum quod in natura sua nec oculum Deus, nec scapulas habeat, sed quia nos per oculum cernimus, in scapulis vero onera sustinemus. Deus quod omnia videt, oculum habere perhibetur; quod vero nos tolerat, atque eo ipso quo tolerat servat, obumbrare nobis in scapulis dicitur. Ait enim: In scapulis suis obumbravit tibi. Ac si diceret peccatori homini, et post peccatum veniam deprecanti: Ea pietate Dominus te protegit, qua te pietate toleravit. Obumbrat enim in scapulis suis, quia dum portat, defendit. Aliquando vero a mentibus in se similitudinem trahit, sicut per prophetam ad Israel dicit: Recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam (Jerem. II, 2). Et rursum per sponsae comparationem loquens ait: Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliviscar tui (Isai. XLIX, 15). Quis enim nesciat quia Dei memoria nec oblivione rumpitur, nec recordatione sarcitur? Sed dum aliqua deserens praetermittit, more mentium oblivisci dicitur; et cum post longum tempus quae voluerit visitat, nostrae mutabilitatis consuetudine recordatus vocatur. Quo enim pacto divinitatis ejus vim oblivio dissipat, cui ipsa quoque laudabilis memoria essentialiter non concordat? Nulla namque nisi aut praeterita, aut absentia recordantur. Quomodo ergo Deus praeteritorum reminiscitur, cum ipsa quae in semetipsis praetereunt ejus nutui semper praesentia assistunt? Aut quomodo absentium recordatur, dum omne quod est per hoc illi praesto est, quod in ipso est?

7. Dios, aunque exento de cuerpo, es comparado con cosas corpóreas. La herejía de los antropomorfistas. Por qué a Dios se le atribuyen ojos y espaldas. Recordar en qué sentido se dice. Qué son las alas de Dios. Pero cuando se dice voz y brazo en Dios, se debe guardar sumamente con el mayor cuidado que la mente no sospeche nada corpóreo en Él. Pues caer en la herejía de los antropomorfistas es concluir dentro de lineamientos corporales a Aquel que incircunscritamente llena y circunda todas las cosas. Pero Dios omnipotente, atrayéndonos a sus cosas, se humilla hasta las nuestras, y para insinuar cosas altas, condesciende con los humildes, a fin de que el ánimo de los párvulos, nutrido con cosas conocidas, surja a investigar lo desconocido, y oyendo de Aquel que está lejos sobre él algunas cosas junto a sí, se mueva como por ciertos pasos hacia Él. De donde resulta que por su Escritura atrae hacia sí a veces de los cuerpos de los hombres, a veces de las mentes, a veces ciertamente de las aves, a veces incluso de cosas insensatas algunas similitudes muy disímiles. Pues a menudo de los cuerpos de los hombres atrae hacia sí la similitud, como de Él dice el profeta a los israelitas: El que os tocó, toca la pupila de su ojo (Zac. 2, 8). Y como de Él de nuevo se dice al hombre que espera por el Profeta: En sus espaldas te obombrará (Sal. 90, 4). Consta ciertamente que en su naturaleza Dios ni tiene ojo ni tiene espaldas, sino porque nosotros vemos por el ojo, mas en las espaldas sostenemos las cargas. Dios, porque ve todo, se dice que tiene ojo; pero porque nos tolera, y por eso mismo por lo que tolera nos salva, se dice que nos obombra en las espaldas. Pues dice: En sus espaldas te obombró. Como si dijera al hombre pecador, y después del pecado suplicando el perdón: Con aquella piedad el Señor te protege, con la cual piedad te toleró. Pues obombra en sus espaldas porque mientras porta, defiende. A veces ciertamente de las mentes atrae hacia sí la similitud, como por el profeta dice a Israel: Me he acordado de ti, compadeciéndome de tu juventud (Jer. 2, 2). Y de nuevo hablando por la comparación de la esposa dice: Y si ella se hubiere olvidado, yo sin embargo no me olvidaré de ti (Is. 49, 15). ¿Quién no sabe que la memoria de Dios ni por el olvido se rompe, ni por la recordación se remienda? Pero mientras desertando algunas cosas las pasa por alto, al modo de las mentes se dice que olvida; y cuando después de mucho tiempo visita lo que quiso, por la costumbre de nuestra mutabilidad es llamado habiéndose acordado. ¿Por qué pacto el olvido disipa la fuerza de su divinidad, a la cual esa misma memoria laudable esencialmente no concuerda? Pues ninguna cosa sino o las pasadas o las ausentes se recuerdan. ¿Cómo, pues, Dios se acuerda de las pasadas, cuando esas mismas cosas que en sí mismas pasan asisten siempre presentes a su gesto? ¿O cómo se acuerda de las ausentes, mientras todo lo que es le está presente por esto, por que está en Él?

Quod si ei praesto non esset, omnino non esset; nam non existentia videndo creat, existentia videndo continet. Quidquid ergo creator non videt, essentia subsistendi caret. Aliquando autem ab avibus in illum similitudo trahitur, sicut per Moysen dicitur: Expandit alas suas, et assumpsit eos (Deut. XXXII, 11). Et propheta ait: Sub umbra alarum tuarum protege me (Psal. XVI, 9). Quia enim nos parvulos dum protegit nutrit, et non gravi atque onerosa, sed levi et blanda protectione nos refovet, dum suas in nos misericordias exerit, quasi more avium super nos alas tendit. Aliquando etiam insensatis rebus, propter infirmitatem nostram alta condescensione se comparat, sicut per prophetam dicit: Ecce ego stridebo super vos, sicut stridet plaustrum onustum feno (Amos. II, 13). Quia enim fenum est vita carnalium, sicut scriptum est: Omnis caro fenum (Isai. XL, 6), in eo quod Dominus vitam carnalium patitur, more plaustri fenum se portare testatur. Cui sub feni onere stridere est pondera et iniquitates peccantium cum querela tolerare. Cum ergo longe dissimiles in se similitudines trahat, solerter intuendum est quod quaedam talia aliquando dicantur in Deo propter effectum operis, aliquando autem ad indicandam ejus substantiam majestatis. Nam cum in Deo oculus, scapulae, pes atque alae nominantur, effectus quidem operationis ostenditur. Cum vero manus, brachium, dextera vel vox in Deo dicitur, per haec vocabula consubstantialis ei Filius demonstratur. Ipse quippe est et manus et dextera, de cujus ascensione per Moysen Pater loquitur, dicens: Tollam in coelum manum meam, et jurabo per dexteram meam (Deut. XXXII, 40). Ipse brachium, de quo propheta ait: Et brachium Domini cui revelatum est (Isai. LIII, 1)? Ipse vox, quia eum Pater gignendo dixit: Filius meus es tu, ego hodie genui te (Psal. II, 7). Et de quo scriptum est: In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum (Joan. I, 1). Per hoc Verbum fecisse Patrem omnia David asserit, dicens: Dixit, et facta sunt (Psal. XXXII, 9). Deum ergo brachium habere est operantem Filium gignere, voce tonare est consubstantialem sibi Filium mundo terribiliter demonstrare. Beato igitur Job cum dicit Dominus: Si habes brachium sicut Deus, et si voce simili tonas, mira dispensatione pietatis eum dum increpat exaltat, quia eum quem sua comparatione superat superiorem cunctis demonstrat. Cui in hac propositione subjungit:

Caput VI

[Rec. VII].

VERS. 5.---Circumda tibi decorem, et in sublime erigere, et esto gloriosus, et speciosis induere vestibus.

Que si no le estuviera presente, de ningún modo sería; pues crea las no existentes viéndolas, contiene las existentes viéndolas. Cualquier cosa, pues, que el creador no ve, carece de la esencia de subsistir. A veces, por el contrario, de las aves se atrae hacia Él la similitud, como se dice por Moisés: Extendió sus alas, y los asumió (Deut. 32, 11). Y el profeta dice: Bajo la sombra de tus alas protégeme (Sal. 16, 9). Porque como mientras nos protege nos nutre a nosotros párvulos, y no con grave y onerosa, sino con leve y blanda protección nos refocila, mientras ejerce sus misericordias en nosotros, como al modo de las aves tiende sus alas sobre nosotros. A veces incluso con cosas insensatas, por causa de nuestra debilidad, por alta condescendencia se compara, como por el profeta dice: He aquí que yo rechinaré sobre vosotros, como rechina el carro cargado de heno (Amós 2, 13). Porque como heno es la vida de los carnales, como está escrito: Toda carne es heno (Is. 40, 6), en aquello que el Señor padece la vida de los carnales, al modo de un carro testifica que porta heno. Para el cual rechinar bajo la carga del heno es tolerar con querella las cargas e iniquidades de los pecadores. Cuando, pues, atrae hacia sí similitudes muy disímiles, se ha de intuir solícitamente que algunas tales cosas se dicen a veces en Dios por el efecto de la obra, mas a veces para indicar la sustancia de su majestad. Pues cuando en Dios se nombran ojo, espaldas, pie y alas, ciertamente se muestra el efecto de la operación. Mas cuando se dice mano, brazo, diestra o voz en Dios, por estos vocablos se demuestra el Hijo consubstancial a Él. Él mismo ciertamente es mano y diestra, de cuya ascensión el Padre habla por Moisés diciendo: Elevaré al cielo mi mano, y juraré por mi diestra (Deut. 32, 40). Él mismo es el brazo, del cual dice el profeta: ¿Y a quién ha sido revelado el brazo del Señor? (Is. 53, 1). Él mismo es la voz, porque el Padre engendrándolo dijo: Mi Hijo eres tú, yo hoy te engendré (Sal. 2, 7). Y de quien está escrito: En el principio era el Verbo, y el Verbo estaba junto a Dios, y Dios era el Verbo (Juan 1, 1). Por este Verbo afirma David que el Padre hizo todas las cosas diciendo: Dijo, y fueron hechas (Sal. 32, 9). Tener, pues, Dios brazo es engendrar al Hijo operante; tronar con la voz es demostrar terriblemente al mundo al Hijo consubstancial a sí mismo. Al bienaventurado Job, pues, cuando dice el Señor: Si tienes brazo como Dios, y si con voz semejante truenas, por una admirable dispensación de piedad lo ensalza mientras lo reprende, porque lo demuestra superior a todos a quien supera por su propia comparación. Al cual en esta proposición subyace:

Capítulo VI

[Rec. VII].

VERS. 5.---Rodéate de decoro, y elévate a lo sublime, y sé glorioso, y vístete de hermosas vestiduras.

8. Angeli et Ecclesia, Dei decor et ornamentum sunt.---Subaudis, ut ego. Ipse enim sibi circumdat decorem, de quo scriptum est: Dominus regnavit, decorem induit (Psal. XCII, 1). Ipse apud nos in sublime erigitur, cum nostris mentibus in natura sua esse impenetrabilis demonstratur. Ipse vero gloriosus est, qui dum seipso perfruitur, accedentis laudis indigens non est. Ipse speciosis induitur vestibus, quia sanctorum angelorum choros, quos condidit, in usum sui decoris assumpsit, et velut quamdam vestem gloriosam sibi Ecclesiam exhibet non habentem rugam, aut maculam (Ephes. V, 27). Unde ei per prophetam dicitur: Confessionem et decorem induisti, amictus lumine sicut vestimento (Psal. CIII, 2). Hic quippe confessionem induit, illic decorem, quia quos hic per poenitentiam confitentes fecerit, illic fulgentes per decorem justitiae ostendet. Luce ergo sicut vestimento amictus est, quia sanctis omnibus, quibus dictum est: Vos estis lux mundi (Matth. V, 14), in illa aeterna gloria vestietur. Unde et per Evangelium dicitur, quia, transfigurato in monte Domino vestimenta ejus facta sunt candida sicut nix (Matth. XVII, 2). In qua transfiguratione quid aliud quam resurrectionis ultimae gloria nuntiatur? In monte enim vestimenta ejus sicut nix facta sunt, quia in supernae claritatis culmine sancti omnes ei luce justitiae fulgentes adhaereberunt. [Vet. VI.] Sed quia speciosarum vestium nomine justos sibi quomodo adjungat insinuat, injustos etiam quomodo a se disjungat ostendit. Sequitur:

CAPUT VII.

VERS. 6.---Disperge superbos in furore tuo.

9. Deus tranquille irascitur.---Subaudis ut ego, qui eos et tranquillitatis tempore unitos contra me tolero, et districtus quandoque veniens, in meo eos furore dispergo. Sed inter haec solerter intuendum est quod gravis perfidiae error admittitur, si fortasse quis aestimet quod in illa divinitatis substantia furor et tranquillitas varietur. Creator namque omnium eo summe immortalis est, quo creaturae more mutabilis non est. Hinc de illo per Jacobum dicitur: Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio (Jac. I, 17).

8. Los Ángeles y la Iglesia son el decoro y el ornamento de Dios.---Sobrentiende, "como yo". Pues Él mismo se rodea de decoro, de quien está escrito: El Señor reinó, se vistió de decoro (Sal. 92, 1). Él mismo es elevado a lo sublime entre nosotros, cuando se demuestra a nuestras mentes que es impenetrable en su propia naturaleza. Pero Él mismo es glorioso, quien mientras se disfruta a sí mismo, no tiene necesidad de alabanza accesoria. Él mismo se viste de hermosas vestiduras, porque tomó para el uso de su propio decoro a los coros de los santos ángeles que creó, y presenta ante sí a la Iglesia como una cierta vestidura gloriosa que no tiene arruga ni mancha (Ef. 5, 27). Por lo cual se le dice por el profeta: Te has vestido de confesión y decoro, envuelto en luz como en una vestidura (Sal. 103, 2). Aquí ciertamente se viste de confesión, allí de decoro, porque a quienes aquí hizo confesantes por la penitencia, allí los mostrará resplandecientes por el decoro de la justicia. Así pues, está envuelto en luz como en una vestidura, porque será vestido en aquella gloria eterna con todos los santos, a quienes se les dijo: Vosotros sois la luz del mundo (Mt. 5, 14). Por lo cual también se dice en el Evangelio que, transfigurado el Señor en el monte, sus vestiduras se volvieron blancas como la nieve (Mt. 17, 2). ¿En qué otra cosa se anuncia en esta transfiguración sino la gloria de la última resurrección? Pues en el monte sus vestiduras se volvieron como la nieve, porque en la cumbre de la claridad suprema todos los santos se adherirán a Él resplandecientes con la luz de la justicia. [Vet. VI.] Pero porque bajo el nombre de hermosas vestiduras insinúa cómo se une a los justos, también muestra cómo aparta de sí a los injustos. Sigue:

CAPÍTULO VII.

VERS. 6.---Dispersa a los soberbios en tu furor.

9. Dios se aira tranquilamente.---Sobrentiende "como yo", que tanto los tolero unidos contra mí en el tiempo de la tranquilidad, como viniendo en algún momento como Estrecho, los disperso en mi furor. Pero entre estas cosas debe considerarse diligentemente que se admite un grave error de perfidia si acaso alguien estimara que en aquella substancia de la divinidad varían el furor y la tranquilidad. Pues el Creador de todas las cosas es sumamente inmortal en cuanto que no es mudable al modo de la criatura. De aquí que de Él se diga por Santiago: En quien no hay transmutación ni sombra de mudanza (Sant. 1, 17).

Hinc rursum scriptum est: Tu autem, Domine, cum tranquillitate judicas (Sap. XII, 18). Hinc propheta ait: Deserta facta est terra a facie irae columbae, a facie furoris Domini (Jerem. XXV, 38). Quod enim iram columbae praedixerat, hoc furorem Domini subjunxit. Columba namque valde simplex est animal; et quia in Deum nulla furoris inaequalitas serpit, furorem Domini iram columbae nominavit. Ut enim divinae districtionis vim imperturbabilem demonstraret, et iram dixit, et columbae, ac si apertius diceret: Districtum judicium inconcussus exerit, qui permanens mansuetus injustos punit. Unde et in extremo judicio, in semetipso incommutabilis manens, nulla vicissitudine ac mutabilitate variatur, sed tamen electis ac reprobis nequaquam sub specie ejusdem incommutabilitatis ostenditur, quia et tranquillus justis, et iratus apparebit injustis. Teste enim conscientia intra semetipsos deferunt, unde eorum mentes aeque unum respiciant, sed non aequaliter modificentur, quia et istis eum benignum ostendit anteacta justitia, et illis terribilem culpa. Quorum pavorem quis explicet, cum contigerit miseris et intra se culpas cernere, et ante se judicem justum videre? Hoc nimirum quotidie in usu vitae praesentis agitur, ut de qualitate venturi judicis mortalium corda doceantur. Nam cum duo ad judicium pergunt, alius innocentiae sibi conscius, alius culpae, ante prolatam sententiam adhuc tacentem judicem utrique conspiciunt, et tamen culpae debitor gravem contra se iram hoc ipsum judicis silentium suspicatur. Quam iram sibi non denuntiat perturbatio judicis, sed recordatio pravitatis, quia etsi adhuc foris reum sententia non clamat, intus tamen graviter conscientia accusat. At contra justitiae amicus decernentis vultum conspicit, sed intus de testimonio bonae recordationis hilarescit, et quo apud se quod metuat non habet, eo omne quod erga semetipsum est blandum videt. Hoc itaque loco furor Domini dicitur non perturbatio divinae substantiae, sed super peccatores male sibi conscios examinatio justae vindictae. Quamvis enim eum tranquillum in judicio videant, tamen quia feriendos se ab illo non dubitant, eum in suis motibus perturbatum putant. Sequitur:

CAPUT VIII.

IBID.---Et respiciens omnem arrogantem humilia.

Sicut enim cedrus arbusta caetera in altum crescendo deserit, ita tunc Antichristus mundi gloriam temporaliter obtinens, mensuras hominum et honoris culmine, et signorum potestate transcendet. Spiritus quippe in illo est qui, in sublimibus conditus, potentiam naturae suae non perdidit vel dejectus. Cujus idcirco virtus nunc minime ostenditur, quia dispensatione divinae fortitudinis ligatur. Unde per Joannem dicitur: Vidi angelum descendentem de coelo, habentem clavem abyssi, et calenam magnam in manu sua; et apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus et Satanas, et ligavit eum per annos mille, et misit eum in abyssum, et clausit et signavit super eum (Apoc. XX, 1, 2, 3). Ligatus quippe missus in abyssum perhibetur, quia retrusus in pravorum cordibus, potentia divinae dispensationis astringitur, ne in quantum nocere valet effrenetur, ut quamvis per eos occulte saeviat, ad violentas tamen rapinas superbiae non erumpat. Sed illic quomodo in mundi fine sit solvendus intimatur, cum dicitur: Et postquam consummati fuerint mille anni, solvetur satan de carcere suo, et exibit, et seducet gentes (Ibid., 7). Millenario namque numero universum pro perfectione sua hoc quantumlibet sit Ecclesiae sanctae tempus exprimitur. Quo peracto, antiquus hostis suis viribus traditus, pauco quidem in tempore, sed in multa contra nos virtute, laxatur.

23. Saeviet, sed ad breve tempus.---Quem quamvis saevitia ad crudelitatem dilatet, superna tamen misericordia dierum brevitate coangustat. Hinc enim Veritas per semetipsam dicit: Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet (Matth. XXIV, 21). Hinc rursum ait: Nisi breviati fuissent dies illi, non fieret salva omnis care (Ibid., 22). Quia enim et superbos nos et infirmos Dominus conspicit, dies quos singulariter malos intulit misericorditer breviatos dicit, profecto et ut superbiam terreat de adversitate temporis, et infirmitatem refoveat de brevitate dierum.

[Vet. XIII.] 24. Ex signis quae faciet plus metuendus, quam ex poenis quas martyribus intulit.---Sed considerandum valde est, cum Behemoth iste caudam suam sicut cedrum sublevat, in quo tunc atrocior quam nunc se exerit surgat. Quae enim poenarum genera novimus, quae non jam vires martyrum exercuisse gaudemus? Alios namque improviso ictu immersus jugulo gladius stravit, alios crucis patibulum affixit, in quo et mors provocata repellitur, et repulsa provocatur.

Pues así como el cedro deja atrás a los demás arbustos creciendo en lo alto, así entonces el Anticristo, obteniendo temporalmente la gloria del mundo, trascenderá las medidas de los hombres tanto por la cumbre del honor como por la potencia de los signos. Ciertamente el espíritu está en él que, creado en lo sublime, no perdió la potencia de su naturaleza aun siendo derribado. Cuya virtud por eso ahora se muestra mínimamente, porque es ligada por la dispensación de la fortaleza divina. Por lo cual se dice por Juan: Vi un ángel que descendía del cielo, que tenía la llave del abismo, y una gran cadena en su mano; y aprehendió al dragón, la serpiente antigua, que es el diablo y Satanás, y lo ligó por mil años, y lo envió al abismo, y cerró y selló sobre él (Apoc. 20, 1. 2. 3). Pues se dice enviado ligado al abismo, porque recluido en los corazones de los malvados, es constreñido por la potencia de la dispensación divina, para que no se desenfrene en cuanto vale para dañar, para que aunque a través de ellos se ensañe ocultamente, sin embargo no prorrumpa en las violentas rapiñas de la soberbia. Pero allí se intima de qué modo ha de ser soltado al fin del mundo, cuando se dice: Y después de que se hayan consumado los mil años, será soltado Satanás de su cárcel, y saldrá, y seducirá a las naciones (Ibíd., 7). Pues con el número de mil se expresa todo el tiempo de la santa Iglesia, por mucho que sea, por su perfección. Terminado el cual, el antiguo enemigo entregado a sus propias fuerzas, es soltado por poco tiempo ciertamente, pero con mucha virtud contra nosotros.

23. Se ensañará, pero por breve tiempo.---A quien aunque su saña lo dilate hacia la crueldad, sin embargo la misericordia suprema lo angosta por la brevedad de los días. Pues de aquí la Verdad dice por sí misma: Habrá entonces una gran tribulación, cual no la hubo desde el comienzo del mundo hasta ahora, ni la habrá (Mt. 24, 21). De aquí de nuevo dice: Si no hubieran sido abreviados aquellos días, no se salvaría ninguna carne (Ibíd., 22). Pues porque el Señor nos mira tanto soberbios como enfermos, dice que los días que trajo como singularmente malos han sido misericordiosamente abreviados, seguramente tanto para que aterre a la soberbia por la adversidad del tiempo, como para que reconforte a la debilidad por la brevedad de los días.

[Vet. XIII.] 24. Más de temer por los signos que hará, que por las penas que infligió a los mártires.---Pero hay que considerar mucho, cuando este Behemoth eleva su cola como un cedro, en qué entonces se levante más atrozmente que lo que ahora se ejerce. ¿Qué géneros de penas conocemos, que no nos gocemos de que ya hayan ejercitado las fuerzas de los mártires? Pues a unos el gladió sumergido en la garganta con golpe imprevisto postró, a otros el patíbulo de la cruz los fijó, en el cual tanto la muerte provocada es repelida, como la repulsada es provocada.

Alios hirsutis serra dentibus attrivit, alios armata ferro insulcans ungula carpsit, alios belluina rabies morsibus detruncando comminuit, alios ab intimis viscerum per cutem pressa vis verberum rupit, alios effossa terra viventes operuit, alios in altum demersos in mortem praecipitium fregit, alios in se projectos aqua replendo absorbuit, alios edax flamma usque ad cineres depasta consumpsit. Cum igitur Behemoth iste caudam suam in fine mundi nequius dilatat, quid est quod in his tormentis tunc atrocius crescat, nisi hoc quod in Evangelio Veritas per semetipsam dicit: Surgent pseudochristi et pseudoprophetae, et dabunt signa magna et prodigia; ita ut in errorem mittantur, si fieri potest, etiam electi (Matth. XXIV, 24)? Nunc enim fideles nostri mira faciunt, cum perversa patiuntur; tunc autem Behemoth hujus satellites, etiam cum perversa inferunt, mira facturi sunt. Pensemus ergo quae erit humanae mentis illa tentatio, quando pius martyr et corpus tormentis subjicit, et tamen ante ejus oculos tortor miracula facit. Cujus tunc virtus non ab ipso cogitationum fundo quatiatur, quando is qui flagris cruciat signis coruscat? Dicatur igitur recte: Stringit caudam suam quasi cedrum, quia nimirum et altus tunc erit veneratione prodigii, et durus crudelitate tormenti

[Vet. XIV.] 25. Antichristus alios mentitis virtutibus decipiet, alios vi superabit.--- Non enim sola tunc potestate erigitur, sed etiam signorum ostensione fulcitur. Unde et per David dicitur: Insidiatur in occulto, quasi leo in cubili suo (Psal. IX, 30, vel Psal. X, 9). Ad apertam namque potentiam suffecisset ut leo esset, etiamsi insidians non fuisset; rursumque ad occultas versutias suffecisset, ut insidians subriperet, etiam si leo non esset. Sed quia hic antiquus hostis in cunctis suis viribus effrenatur, saevire per utraque permittitur, ut contra electos in certamine et fraude et virtute laxetur, virtute per potentiam, fraude per signa. Recte ergo et leo et insidians dicitur: insidians per miraculorum speciem, leo per fortitudinem saecularem. Ut enim eos qui aperte iniqui sunt pertrahat, saecularem potentiam ostentat; ut vero justos etiam fallat, signis sanctitatem simulat. Illis enim suadet elationem magnitudinis, istos decipit ostensione sanctitatis.

A otros la sierra con dientes hirsutos los trituró, a otros la uña armada de hierro surcando los arrancó, a otros la rabia belluina despedazando con mordiscos los molió, a otros la fuerza de los azotes presionada desde lo íntimo de las vísceras por la piel los rompió, a otros la tierra cavada los cubrió vivos, a otros sumergidos en lo alto un precipicio hacia la muerte los quebró, a otros proyectados en sí el agua llenándolos los absorbió, a otros la llama edaz alimentada hasta las cenizas los consumió. Cuando, por tanto, este Behemoth dilata su cola más malvadamente al fin del mundo, ¿qué es lo que entonces crece más atrozmente en estos tormentos, sino esto que la Verdad dice por sí misma en el Evangelio: Surgirán falsos cristos y falsos profetas, y darán grandes signos y prodigios; de modo que sean puestos en error, si fuera posible, incluso los electos (Mt. 24, 24)? Pues ahora nuestros fieles hacen cosas admirables cuando padecen cosas perversas; pero entonces los satélites de este Behemoth, incluso cuando infieren cosas perversas, han de hacer cosas admirables. Pensemos, pues, cuál será aquella tentación de la mente humana, cuando el piadoso mártir tanto sujeta su cuerpo a los tormentos, como sin embargo ante sus ojos el torturador hace milagros. ¿De quién no sería entonces sacudida la virtud desde el mismo fondo de los pensamientos, cuando aquel que crucifica con azotes corusca con signos? Dígase, pues, rectamente: Tiesa tiene su cola como un cedro, porque ciertamente tanto será alto entonces por la veneración del prodigio, como duro por la crueldad del tormento.

[Vet. XIV.] 25. El Anticristo engañará a unos con fingidas virtudes, a otros los superará por la fuerza.---Pues no solo entonces se eleva por la potestad, sino que también es apoyado por la ostentación de los signos. Por lo cual también se dice por David: Acecha en lo oculto, como león en su cubil (Sal. 9, 30, o Sal. 10, 9). Pues para la potestad abierta hubiera bastado que fuera león, aunque no hubiera sido acechador; y de nuevo para las astucias ocultas hubiera bastado que acechando sorprendiera, aunque no fuera león. Pero porque este antiguo enemigo es desenfrenado en todas sus fuerzas, se le permite ensañarse por ambas, para que contra los electos en el certamen sea soltado tanto por el fraude como por la virtud, la virtud por la potencia, el fraude por los signos. Rectamente, pues, se dice tanto león como acechador: acechador por la especie de los milagros, león por la fortaleza secular. Pues para arrastrar a aquellos que abiertamente son inicuos, ostenta la potencia secular; pero para engañar incluso a los justos, simula la santidad con signos. A aquellos les persuade la elación de la magnitud, a estos los engaña con la ostentación de la santidad.

De hac cauda Behemoth istius sub draconis specie per Joannem dicitur: Et cauda ejus trahebat tertiam partem stellarum coeli, et misit eas in terram (Apoc. XII, 4). Coelum namque est Ecclesia quae in hac nocte vitae praesentis, dum in se innumeras sanctorum virtutes continet, radiantibus desuper sideribus fulget. Sed draconis cauda in terram stellas dejicit, quia illa Satanae extremitas, per audaciam assumpti hominis erecta, quosdam quos velut electos Dei in Ecclesia invenit obtinendo reprobos ostendit. Stellas itaque de coelo in terram cadere est relicta nonnullos spe coelestium, illo duce, ad ambitum gloriae saecularis inhiare.

26. Per Antiochum praesignatus est.---Hinc Daniel sub Antiochi specie contra hanc draconis caudam loquitur, dicens: Dejecit de fortitudine, et de stellis, et conculcavit eas, et usque ad principem fortitudinis magnificatus est, et ab eo abstulit juge sacrificium, et dejecit locum sanctificationis ejus. Robur autem datum est ei contra juge sacrificium, propter peccata; et prosternetur veritas in terra, et faciet, et prosperabitur (Dan. VIII, 10-12). De fortitudine quippe et de stellis dejicit, cum nonnullos et luce justitiae resplendentes, et virtute operis robustos frangit. Qui usque ad principem fortitudinis magnificatur, quia contra ipsum auctorem virtutis extollitur. Juge sacrificium tollit, quia studium conversationis Ecclesiae in eis quos ceperit interrumpit. Robur vero ei propter peccata contra juge sacrificium datur, quia nisi percuntium merita exigerent, eos qui recti credebantur, obtinere adversarius nequaquam posset. Veritas in terra prosternitur, quia fides tunc rerum coelestium ad desiderium vitae temporalis inclinatur. Et faciet, et prosperabitur, quia tunc non solum in reproborum mentibus, sed etiam in electorum corporibus crudelitate inaestimabili, sine qualibet objectione grassabitur. Hinc rursum per Danielem dicitur: Consurget rex impudens facie, et intelligens propositiones, et roborabitur fortitudo ejus, sed non in suis viribus (Dan. VIII, 23). Illius namque hominis fortitudo non suis viribus roboratur, quia Satanae virtute in gloriam perditionis attollitur. Hinc rursum ait: Interficiet robustos et populum sanctorum secundum voluntatem suam, et dirigetur dolus in manu ejus (Ibid., 24, 25). Robustos namque interficit, cum eos qui mente invicti sunt corporaliter vincit. Vel certe robustos et populum sanctorum secundum voluntatem suam interficit, cum eos qui robusti ac sancti credebantur ad nutum suae voluntatis trahit. In cujus manu dolus dirigitur, quia in illo fraus per opus adjuvatur. Quod enim fallendo dicit, hoc mira faciendo asserit; nam quidquid mendax lingua simulat, hoc quasi verum esse manus operis ostentat.

De esta cola de este Behemoth bajo la especie de dragón se dice por Juan: Y su cola arrastraba la tercera parte de las estrellas del cielo, y las envió a la tierra (Apoc. 12, 4). Pues el cielo es la Iglesia que en esta noche de la vida presente, mientras contiene en sí innumerables virtudes de los santos, brilla con las estrellas radiantes desde arriba. Pero la cola del dragón arroja las estrellas a la tierra, porque aquella extremidad de Satanás, erigida por la audacia del hombre asumido, muestra como réprobos obteniendo a algunos que encontró en la Iglesia como si fueran electos de Dios. Las estrellas, por tanto, caer del cielo a la tierra es que algunos, dejada la esperanza de las cosas celestiales, bajo aquel guía, anhelen el ámbito de la gloria secular.

26. Por Antíoco fue prefigurado.---De aquí Daniel bajo la especie de Antíoco habla contra esta cola del dragón, diciendo: Derribó de la fortaleza y de las estrellas, y las conculcó, y hasta el príncipe de la fortaleza se magnificó, y de él quitó el sacrificio perenne, y derribó el lugar de su santificación. Pero le fue dado poder contra el sacrificio perenne, por los pecados; y será postrada la verdad en tierra, y hará, y prosperará (Dan. 8, 10-12). Pues de la fortaleza y de las estrellas derriba, cuando quebranta a algunos tanto resplandecientes por la luz de la justicia, como robustos por la virtud de la obra. El cual hasta el príncipe de la fortaleza se magnifica, porque contra el mismo Autor de la virtud se ensalza. El sacrificio perenne quita, porque el estudio de la conversación de la Iglesia interrumpe en aquellos que hubiere capturado. Pero el poder por los pecados contra el sacrificio perenne le es dado, porque si no lo exigieran los méritos de los que perecen, de ningún modo el adversario podría obtener a aquellos que eran creídos rectos. La verdad en tierra es postrada, porque la fe entonces de las cosas celestiales se inclina al deseo de la vida temporal. Y hará, y prosperará, porque entonces no solo en las mentes de los réprobos, sino también en los cuerpos de los electos se ensañará con crueldad inestimable, sin cualquier objeción. De aquí de nuevo por Daniel se dice: Surgirá un rey impudente de rostro, y que entiende las proposiciones, y se robustecerá su fortaleza, pero no en sus propias fuerzas (Dan. 8, 23). Pues la fortaleza de aquel hombre no se robustece en sus propias fuerzas, porque por la virtud de Satanás es levantada a la gloria de la perdición. De aquí de nuevo dice: Interfecirá a los robustos y al pueblo de los santos según su voluntad, y se dirigirá el dolo en su mano (Ibíd., 24, 25). Pues a los robustos interfecirá, cuando a los que en la mente son invictos los vence corporalmente. O ciertamente a los robustos y al pueblo de los santos según su voluntad interfecirá, cuando a los que robustos y santos eran creídos los arrastra al arbitrio de su voluntad. En cuya mano el dolo se dirige, porque en él el fraude es ayudado por la obra. Pues lo que dice engañando, esto lo afirma haciendo cosas admirables; pues todo lo que la lengua mentirosa simula, esto como si fuera verdadero lo muestra la mano de la obra.

Caput XVII

[Vet. XVI, Rec. XIV].

VERS. 18.---Ossa ejus velut fistulae aeris.

29. Qui sint Antichristi ossa.---In corpore ossa sunt quae continent membra, et quae continentur. Habet ergo carnes haec bellua, habet et ossa, quia et iniqui sunt alii, qui tamen ab aliis in errore retinentur, et nequiores alii, qui in errore et alios retinent. Quid itaque aliud ossa Antichristi quam quoslibet in ejus corpore valentiores accipimus? in quorum corde iniquitas dum vehementer induruit, per eos tota ejus corporis compago subsistit. Multi namque in hoc mundo divites videntur, qui dum rebus opibusque subnixi sunt, quasi ex fortitudine solidantur; sed largiendo haec ipsa quibus fulti sunt, ad suum alios errorem trahunt. Modo nonnullos ut pravi fiant donis illiciunt, modo nonnullos ut pravi permaneant muneribus astringuat. Quid itaque hi nisi Antichristi ossa sunt, qui dum malos continendo multiplicant, in ejus corpore carnes portant? Hi nonnunquam in decipiendis auditoribus exhibent linguae dulcedinem, quia et spinae proferunt flores; et apparet quidem in eis quod oleat, sed latet quod pungat. Amaris dulcia, noxiis blanda permiscent, et potestate quidem admirandi videri appetunt, sed fallendi arte per remissa colloquia quasi humilitet substernuntur, et per sermonem de se insinuant quod per exhibitionem negant.

30. Cur fistulis aeris comparantur.---Unde et recte ossa Behemoth istius aeris fistulis comparantur, quia nimirum, more metalli insensibilis, sonum bene loquendi habent, sed sensum bene vivendi non habent. Hoc namque quasi humiliter loquendo asserunt, quod elate vivendo contemnunt. Unde bene per Paulum dicitur: Si linguis hominum loquar et angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut aes sonans aut cymbalum tinniens (I Cor. XIII, 1). Bona quippe loquens, sed per amorem eadem bona non sequens, velut aes aut cymbalum sonitum reddit, quia ipse non sentit verba quae ipse facit. [Vet. XVII.] Sunt vero nonnulli in hujus belluae corpore non honorus claibri, non divitiis fulti, non virtutum specie decorati, non scientia calliditatis periti, sed tamen videri quales non sunt ambiunt, et idcirco contra bonorum vitam nequiores fiunt, de quibus et sequitur:

Capítulo XVII

[Vet. XVI, Rec. XIV].

VERS. 18.---Sus huesos son como flautas de bronce.

29. Quiénes son los huesos del Anticristo. — En el cuerpo existen huesos que sostienen a los miembros, y que son sostenidos. Por tanto, esta bestia tiene carnes y tiene huesos, porque unos son inicuos que, sin embargo, son retenidos en el error por otros, y otros son más inicuos, quienes también retienen a otros en el error. ¿Qué otra cosa entendemos, pues, por los huesos del Anticristo sino a cualesquiera más poderosos en su cuerpo? En cuyo corazón, mientras la iniquidad se ha endurecido vehementemente, a través de ellos subsiste toda la estructura de su cuerpo. Pues muchos en este mundo parecen ricos, quienes, mientras se apoyan en cosas y riquezas, se consolidan como por una especie de fortaleza; pero al repartir estas mismas cosas en las que se apoyan, arrastran a otros a su propio error. Unas veces atraen a algunos con dones para que se vuelvan depravados, otras veces atan a algunos con regalos para que permanezcan depravados. ¿Qué son estos, pues, sino los huesos del Anticristo, quienes, al multiplicar a los malos sosteniéndolos, portan las carnes en su cuerpo? Estos, a veces, exhiben dulzura de lengua al engañar a sus oyentes, porque también las espinas brotan flores; y ciertamente aparece en ellos lo que huele, pero se oculta lo que punza. Mezclan lo dulce con lo amargo, lo blando con lo nocivo, y ciertamente apetecen ser vistos con la potestad de ser admirados, pero por el arte de engañar se rebajan como humildemente a través de coloquios relajados, y por medio del sermón insinúan de sí mismos lo que niegan por la exhibición.

30. Por qué se comparan con flautas de bronce. — Por lo cual también rectamente los huesos de este Behemot se comparan con flautas de bronce, porque sin duda, a la manera del metal insensible, tienen el sonido de hablar bien, pero no tienen el sentido de vivir bien. Pues afirman esto como hablando humildemente, lo cual desprecian viviendo eladamente. Por lo cual bien se dice por Pablo: *Si hablara las lenguas de los hombres y de los ángeles, pero no tuviera caridad, he venido a ser como bronce que suena o címbalo que retiñe* (1 Cor. 13:1). Pues quien habla cosas buenas, pero no sigue esas mismas cosas buenas por amor, devuelve un sonido como el bronce o el címbalo, porque él mismo no siente las palabras que él mismo hace. [Vet. XVII.] Existen ciertamente algunos en el cuerpo de esta bestia no cargados de honores, no apoyados en riquezas, no decorados con la apariencia de virtudes, no expertos en la ciencia de la astucia, pero que, sin embargo, pretenden ser vistos cual no son, y por ello se vuelven más inicuos contra la vida de los buenos, de los cuales también sigue:

Caput XVIII

[Rec. XV]

IBID.---Cartilago illius, quasi laminae ferreae.

31. Qui in Antichristi corpore debiliores sunt, ad perpetranda mala nequiores existunt.---Cartilago namque ossis quidem speciem habet, sed ossis fortitudinem non habet. Quid est ergo quod cartilago ejus laminis ferreis comparatur, nisi quod hi qui in illo debiliores sunt, ad perpetranda mala nequiores existunt? Ferro quippe caetera metalla conciduntur, et cartilago ejus ferro similis dicitur, quia hi qui in ejus corpore ad ostensionem virtutum non sufficiunt contra necem fidelium acrius accenduntur. Quia enim cum eo se facere signa et prodigia non posse considerant, fideles se illi per crudelitatem probant; et pro eo quod innocentium corda corrumpere persuadendo non possunt, multiplicius caeteris bonorum corpora se exstinguere gloriantur. Bene ergo dicitur: 1064 Cartilago ejus ut laminae ferreae, quia in ejus corpore quod infirmius quisque crediderit, hoc est quod nequius incidit. Qui recte non ferro tantummodo, sed laminis ferreis comparantur, quia dum se circumquaque in crudelitate dilatare ambiunt, quasi in ferri se laminas extendunt.

[Rec. XVI.] 32. Libet arctiori inquisitionis manu haec eadem verba conditoris, quae jam videntur discussa, distinguere, atque uberiores intelligentiae fructus instruendis moribus apportare. Nam quia antiquus hostis quid per assumptum hominem contra homines agat audivimus, superest ut nunc quid in hominibus etiam per semetipsum sine homine moliatur exploremus. Ecce enim dicitur:

CAPUT XIX.

VERS. 12.---Stringit caudam suam quasi cedrum.

33. Prima diaboli suggestio tenera est et facile conteritur. Sed postea robur ejus fit intolerabile. Peccatum tribus modis admittitur.---Prima quidem serpentis suggestio mollis ac tenera est, et facile virtutis pede conterenda, sed si haec invalescere negligenter admittitur, eique ad cor aditus licenter praebetur, tanta se virtute exaggerat, ut captam mentem deprimens, usque ad intolerabile robur excrescat. Caudam itaque quasi cedrum stringere dicitur, quia semel ejus in corde recepta tentatio, in cunctis quae subsequenter intulerit velut ex jure dominatur.

Capítulo XVIII

[Rec. XV]

IBID. — Su cartílago es como láminas de hierro.

31. Quienes son más débiles en el cuerpo del Anticristo resultan más inicuos para perpetrar males. — Pues el cartílago tiene ciertamente la apariencia del hueso, pero no tiene la fortaleza del hueso. ¿Qué es, pues, que su cartílago se compare con láminas de hierro, sino que aquellos que en él son más débiles, resultan más inicuos para perpetrar males? Pues con el hierro se cortan los demás metales, y su cartílago se dice semejante al hierro, porque quienes en su cuerpo no son suficientes para la ostentación de virtudes, se encienden más agriamente contra la muerte de los fieles. Pues porque consideran que no pueden hacer con él señales y prodigios, se le prueban a él a través de la crueldad; y por el hecho de que no pueden corromper persuadiendo los corazones de los inocentes, se glorían más múltiplemente que los demás en extinguir los cuerpos de los buenos. Bien, pues, se dice: 1064 Su cartílago es como láminas de hierro, porque en su cuerpo aquello que cada uno creyere que es más débil, esto es lo que incide más inicuamente. Quienes rectamente se comparan no solo al hierro, sino a láminas de hierro, porque mientras pretenden dilatarse por todas partes en la crueldad, se extienden como en láminas de hierro.

[Rec. XVI.] 32. Place distinguir con mano de más estrecha inquisición estas mismas palabras del Creador, que ya parecen discutidas, y aportar más abundantes frutos de inteligencia para instruir las costumbres. Pues porque hemos oído qué hace el antiguo enemigo contra los hombres a través del hombre asumido, resta que ahora exploremos qué maquina también en los hombres por sí mismo sin el hombre. He aquí que se dice:

CAPÍTULO XIX.

VERS. 17 (Vulg. 12). — Contrae su cola como un cedro.

33. La primera sugestión del diablo es tierna y se deshace fácilmente. Pero después su fuerza se hace intolerable. El pecado se admite de tres modos. — La primera sugestión de la serpiente es ciertamente blanda y tierna, y fácil de deshacer con el pie de la virtud; pero si esta se admite negligentemente para fortalecerse, y se le ofrece libremente entrada al corazón, se exagera con tal virtud que, deprimiendo la mente capturada, crece hasta una fuerza intolerable. Se dice, pues, que contrae su cola como un cedro, porque la tentación una vez recibida en el corazón, domina como por derecho en todas las cosas que introdujere posteriormente.

Hujus ergo Behemoth caput herba est, cauda cedrus, quia ex prima quidem suggestione blandiens substernitur, sed per usum vehementer invalescens, succrescente tentationis fine, roboratur. Superabile namque est omne quod initio suggerit, sed inde sequitur, quod vinci vix possit. Prius enim quasi consulens blanda ad animum loquitur; sed cum semel dentem delectationis infixerit, violenta post consuetudine pene insolubiliter innodatur. Unde et bene stringere caudam dicitur. Dente enim vulnerat, cauda ligat, quia suggestione prima percutit, sed percussam mentem, ne evadere valeat, invalescente fine tentationis, astringit. Quia enim peccatum tribus modis admittitur, cum videlicet serpentis suggestione, carnis delectatione, spiritus consensione perpetratur, Behemoth iste, prius illicita suggerens, linguam exerit; post, ad delectationem pertrahens, dentem figit; ad extremum vero, per consensionem possidens, caudam stringit. Hinc est enim quod nonnulli peccata longo usu perpetrata in semetipsis ipsi reprehendunt, atque haec ex judicio fugiunt, sed vitare opere nec decertantes possunt, quia dum Behemoth istius caput non conterunt, plerumque cauda et nolentes ligantur. Quae contra eos cedri more induruit, quia a blanda voluptate exordii usque ad violentiam retentionis excrevit. Dicatur ergo: Stringit caudam suam quasi cedrum, ut tanto quisque debeat initia tentationis fugere, quanto finem ejus intelligit citius solvi non posse.

[Vet. XVIII.] 34. Diabolus cum vitae finis imminet, tunc graviores tentationes suggerit.---Sciendum quoque est quod plerumque eis quos ceperit tunc graviores culpas ingerit, cum praesentis vitae termino illos propinquare cognoscit; et quo se consummaturum tentationem considerat, eo eis iniquitatum pondera graviora coacervat. Behemoth igitur caudam suam quasi cedrum stringit, quia quos per prava initia ceperit, ad finem deteriores reddit, ut tentamenta ejus quo citius cessatura sunt, eo valentius compleantur. Quia enim suis poenis eorum satagit aequare supplicium, 1065 in eis ardentius ante mortem nititur omne exaggerare peccatum.

Plerumque vero Behemoth iste jam cor male subditum possidet, sed tamen divina illum gratia repellit, et manus misericordiae ejicit, quem ad se captiva voluntas introduxit. Cumque a corde expellitur, acriores infigere iniquitatum stimulos conatur, ut eos tentationum fluctus mens ab illo impugnata sentiat, quos etiam possessa nesciebat. Quod bene in Evangelio exprimitur, cum exire ab homine immundus spiritus Domino jubente narratur.

Por tanto, la cabeza de este Behemot es hierba, su cola cedro, porque desde la primera sugestión se rebaja halagando, pero por el uso fortaleciéndose vehementemente, al crecer el fin de la tentación, se robustece. Pues es superable todo lo que sugiere al principio, pero de ahí sigue lo que apenas pueda vencerse. Pues primero habla cosas blandas al ánimo como aconsejando; pero cuando una vez ha clavado el diente del deleite, se encadena casi indisolublemente por la violenta consuetumbre posterior. Por lo cual también bien se dice contraer la cola. Pues hiere con el diente, liga con la cola, porque hiere por la primera sugestión, pero ata la mente herida, para que no pueda escapar, al fortalecerse el fin de la tentación. Pues porque el pecado se admite de tres modos, cuando a saber se perpetra con la sugestión de la serpiente, con el deleite de la carne, con el consentimiento del espíritu, este Behemot, primero sugiriendo cosas ilícitas, saca la lengua; después, arrastrando al deleite, clava el diente; pero finalmente, poseyendo por el consentimiento, contrae la cola. De aquí es, pues, que algunos reprueban en sí mismos pecados perpetrados por largo uso, y huyen de estos por el juicio, pero no pueden evitarlos con la obra ni aun luchando, porque mientras no deshacen la cabeza de este Behemot, frecuentemente son ligados por la cola aun sin querer. La cual se ha endurecido contra ellos al modo del cedro, porque ha crecido desde la blanda voluptuosidad del exordio hasta la violencia de la retención. Dígase, pues: *Contrae su cola como un cedro*, para que tanto más deba cada uno huir de los inicios de la tentación, cuanto entiende que su fin no puede desatarse prontamente.

[Vet. XVIII.] 34. El diablo, cuando la muerte es inminente, entonces sugiere tentaciones más graves. — Debe saberse también que frecuentemente ingiere culpas más graves a aquellos que ha capturado, cuando conoce que estos se aproximan al término de la vida presente; y cuanto considera que ha de consumar la tentación, tanto más coacerba sobre ellos pesos de iniquidades más graves. Por tanto, Behemot contrae su cola como un cedro, porque a quienes capturó por depravados inicios, los vuelve peores al fin, para que sus tentaciones, cuanto más pronto han de cesar, tanto más poderosamente se completen. Pues porque se afana en igualar el suplicio de ellos con sus propias penas, antes de la muerte se esfuerza más ardientemente en exagerar en ellos todo pecado.

Frecuentemente, en verdad, este Behemot posee ya un corazón malamente sometido, pero sin embargo la gracia divina lo repele, y la mano de la misericordia lo arroja, a quien la voluntad cautiva introdujo en sí misma. Y cuando es expulsado del corazón, intenta clavar más agrios estímulos de iniquidades, para que la mente impugnada por él sienta aquellos flujos de tentaciones que aun poseída no conocía. Lo cual bien se expresa en el Evangelio, cuando se narra que el espíritu inmundo sale del hombre por mandato del Señor.

Nam cum daemoniacus puer fuisset oblatus, scriptum est: Comminatus est Jesus spiritui immundo, dicens: Surde et mute spiritus, ego tibi praecipio, exi ab eo, et amplius ne introeas in eum. Et exclamans, et multum discerpens eum, exivit ab eo (Marc. IX, 24). Ecce eum non discerpserat cum tenebat, exiens discerpsit, quia nimirum tunc pejus cogitationes mentis dilaniat, cum jam egressui divina virtute compulsus appropinquat. Et quem mutus possederat, cum clamoribus deserebat, quia plerumque cum possidet, minora tentamenta irrogat; cum vero de corde pellitur, acriori infestatione perturbat. Bene itaque dicitur: Stringit caudam suam quasi cedrum, quia et cor possidens semper in malitia ex posterioribus crescit, et cor deserens vehementioribus cogitationum stimulis percutit. [Rec. XVII.] Adhuc autem Behemoth istius mira pietate conditoris astutiora argumenta panduntur, cum subditur:

CAPUT XX.

IBID.---Nervi testiculorum ejus perplexi sunt.

35. Peccata ita implicata sunt, ut dum unum vitatur, fere semper labamur in aliud. Tribus ordinibus constat Ecclesia.---Nervi testiculorum ejus sunt pestifera argumenta machinationum (Dist. 13, can. 2). Per ipsa quippe calliditatis suae vires erigit, et fluxa mortalium corda corrumpit. Testiculi ejus sunt suggestiones pravae, quibus in mentis corruptione fervescit, atque in construprata anima iniqui operis prolem gignit. Sed horum testiculorum nervi perplexi sunt, quia suggestionum illius argumenta implicatis inventionibus illigantur, ut plerosque ita peccare faciant, quatenus si fortasse peccatum fugere appetant, hoc sine alio peccati laqueo non evadant; et culpam faciant dum vitant, ac nequaquam se ab una valeant solvere, nisi in alia consentiant ligari. [Vet. XIX.] Quod melius ostendimus, si qua ex conversatione hominum illigationis hujus exempla proferamus. Quia vero in tribus ordinibus sancta Ecclesia constat, conjugatorum videlicet, continentium, atque rectorum; unde et Ezechiel tres viros liberatos vidit, videlicet Noe, Daniel, et Job (Ezech. XIV, 14, seq.); et in Evangelio Dominus dum alios in agro, alios in lecto, atque esse in molendino alios perhibet (Luc. XVII, 34, 35), tres procul dubio in Ecclesia ordines ostendit; liquido satisfacimus, si singula ex singulis exquiramus.

Pues habiendo sido presentado el niño endemoniado, está escrito: *Jesús amenazó al espíritu inmundo, diciendo: Espíritu sordo y mudo, yo te mando, sal de él, y no entres más en él. Y clamando, y desgarrándolo mucho, salió de él* (Mc 9, 24-25). He aquí que no lo había desgarrado cuando lo poseía, al salir lo desgarró, porque sin duda entonces dilacera peor los pensamientos de la mente, cuando ya se aproxima a la salida compelido por la virtud divina. Y a quien poseía mudo, lo abandonaba con clamores, porque frecuentemente cuando posee, irroga menores tentaciones; pero cuando es arrojado del corazón, perturba con más agria infestación. Bien, pues, se dice: *Contrae su cola como un cedro*, porque tanto poseyendo el corazón siempre crece en malicia por las partes posteriores, como abandonando el corazón hiere con más vehementes estímulos de pensamientos. [Rec. XVII.] Todavía más, se revelan los argumentos más astutos de este Behemot por la maravillosa piedad del Creador, cuando se añade:

CAPÍTULO XX.

IBID. — Los nervios de sus testículos están enlazados.

35. Los pecados están de tal modo implicados que, mientras se evita uno, casi siempre resbalamos en otro. La Iglesia consta de tres órdenes. — Los nervios de sus testículos son los pestíferos argumentos de sus maquinaciones. Pues por ellos yergue las fuerzas de su astucia y corrompe los fluidos corazones de los mortales. Sus testículos son las sugestiones depravadas con las que se enciende en la corrupción de la mente, y engendra la prole de la obra inicua en el alma deshonrada. Pero los nervios de estos testículos están enlazados, porque los argumentos de sus sugestiones se ligan con invenciones complicadas, de modo que hacen pecar a muchos de tal manera que, si tal vez desean huir del pecado, no escapen de este sin otro lazo de pecado; y cometen una culpa mientras la evitan, y de ninguna manera pueden soltarse de una, si no consienten en ser ligados en otra. [Vet. XIX.] Lo cual mostramos mejor si aportamos algunos ejemplos de esta ligadura a partir de la conversación de los hombres. Pero porque la santa Iglesia consta de tres órdenes, a saber, de los casados, de los continentes y de los rectores; por lo cual también Ezequiel vio a tres varones liberados, a saber, Noé, Daniel y Job (Ez 14, 14, ss.); y en el Evangelio el Señor, mientras afirma que unos están en el campo, otros en el lecho y otros en el molino (Lc 17, 34, 35), sin duda muestra tres órdenes en la Iglesia; satisfaceremos claramente si buscamos ejemplos de cada uno.

36. Tentationes saeculo militantium.---Ecce enim quidam dum mundi hujus amicitias appetit, cuilibet alteri similem sibi vitam ducenti quod secreta illius omni silentio contegat se jurejurando constringit; sed is cui juratum est adulterium perpetrare cognoscitur, ita ut etiam maritum adulterae occidere conetur. Is autem qui jusjurandum praebuit ad mentem revertitur, et 1066 diversis hinc inde cogitationibus impugnatur, atque hoc silere formidat, ne silendo, adulterii simul et homicidii particeps fiat; et prodere trepidat, ne reatu se perjurii obstringat. Perplexis ergo testiculorum nervis ligatus est, quia in quamlibet partem declinet, metuit ne a transgressionis contagio liber non sit.

37. Deo servire per obedientiam ambientium, praelatorum.---Alius cuncta quae mundi sunt deserens, atque per omnia frangere proprias voluntates quaerens, alieno se subdere regimini appetit, sed eum qui sibi apud Deum praeesse debeat minus cauta inquisitione discernit. Cui fortasse is qui sine judicio eligitur, cum praeesse jam coeperit, agi quae Dei sunt prohibet, quae mundi sunt jubet. Pensans itaque subditus vel quae sit culpa inobedientiae, vel quod contagium saecularis vitae, et obedire trepidat, et non obedire formidat, ne aut obediens Deum in suis praeceptis deserat, aut rursum non obediens Deum in electo priore contemnat; et aut, illicitis obtemperans, hoc quod pro Deo appetit contra Deum exerceat, aut rursum, non obtemperans, eum quem suum judicem quaesierat suo judicio supponat. Aperte ergo iste per indiscretionis suae vitium perplexis testiculorum nervis astringitur, quia aut obtemperans, aut certe non obtemperans, in culpa transgressionis ligatur. Studebat proprias voluntates frangere, et curat eas etiam contempto priore solidare. Decrevit mundum funditus relinquere, et ad mundi curas vel ex aliena voluntate compellitur redire. Perplexi itaque nervi sunt, cum sic nos argumenta hostis illigant, ut culparum nodi quo quaeruntur solvi, durius astringant.

38. Alius pensare pondus honoris ecclesiastici negligens, ad locum regiminis praemiis ascendit. Sed quia omne quod hic eminet plus moeroribus afficitur quam honoribus gaudet, dum cor tribulationibus premitur, ad memoriam culpa revocatur, doletque se ad laborem cum culpa pervenisse, et quam sit iniquum quod admiserit ex ipsa fractus difficultate agnoscit.

36. Tentaciones de los que militan en el siglo. — He aquí, pues, que alguien, mientras desea las amistades de este mundo, se obliga por juramento a cualquier otro que lleva una vida semejante a la suya a que ocultará sus secretos con todo silencio; pero aquel a quien juró es descubierto perpetrando adulterio, de modo que incluso intenta matar al marido de la adúltera. Pero aquel que prestó el juramento vuelve en sí, y es impugnado por diversos pensamientos de una y otra parte, y teme callar esto, para que callando no se haga partícipe a la vez del adulterio y del homicidio; y trepida en denunciarlo, para no obligarse con el reato de perjurio. Está ligado, pues, por los enlazados nervios de los testículos, porque hacia cualquier parte que se incline, teme no estar libre del contagio de la transgresión.

37. Servir a Dios por la obediencia de los que lo pretenden, de los prelados. — Otro, abandonando todas las cosas que son del mundo, y buscando quebrantar sus propias voluntades por todo, desea someterse al régimen ajeno, pero discierne con menos cauta inquisición a quien debe presidirle ante Dios. Al cual tal vez aquel que es elegido sin juicio, cuando ya ha empezado a presidir, le prohíbe que se hagan las cosas que son de Dios y le manda las que son del mundo. Sopesando, pues, el súbdito, ya sea cuál es la culpa de la desobediencia, ya sea cuál el contagio de la vida secular, trepida en obedecer y teme no obedecer, para no desertar de Dios en sus preceptos obedeciendo, o de nuevo despreciar a Dios en el prior elegido no obedeciendo; y o bien, contemporizando con lo ilícito, ejercer contra Dios esto mismo que desea por Dios, o de nuevo, no contemporizando, someter a su propio juicio a aquel a quien había buscado como su juez. Abiertamente, pues, este, por el vicio de su discreción, es atado por los enlazados nervios de los testículos, porque o bien obedeciendo, o ciertamente no obedeciendo, se liga en la culpa de la transgresión. Estudiaba quebrantar sus propias voluntades, y procura consolidarlas incluso despreciando al superior. Decretó renunciar al mundo totalmente, y es compelido a volver a las preocupaciones del mundo incluso por voluntad ajena. Enlazados están, pues, los nervios, cuando de tal modo nos ligan los argumentos del enemigo, que los nudos de las culpas, por donde se buscan desatar, se aprietan más duramente.

38. Otro, descuidando sopesar el peso del honor eclesiástico, asciende al lugar del régimen por medio de dádivas. Pero porque todo lo que aquí sobresale se ve más afectado por las tristezas que lo que se goza por los honores, mientras el corazón es oprimido por las tribulaciones, la culpa es traída a la memoria, y le duele haber llegado al trabajo con culpa, y reconoce cuán inicuo es lo que admitió, quebrantado por la dificultad misma.

Reum igitur se cum impensis praemiis agnoscens, vult adeptae sublimitatis locum deserere, sed timet ne gravius delictum sit suscepti gregis custodia reliquisse; vult suscepti gregis curam gerere, sed formidat ne deterior culpa sit regimina pastoralis gratiae empta possidere. Per honoris ergo ambitum ligatum culpa hinc inde se conspicit. Esse quippe sine reatu criminis neutrum videt, si aut susceptus semel grex relinquatur, aut rursum sacra actio saeculariter empta teneatur. Undique metuit, et suspectus latus omne pertimescit, ne aut stans in empto regimine non digne lugeat, quod non etiam deserens emendat; aut certe regimen deserens, dum aliud flere nititur, rursus aliud de ipsa gregis destitutione committat. Quia ergo Behemoth iste ita inexplicabilibus nodis ligat, ut plerumque mens in dubium adducta, unde se a culpa solvere nititur, inde in culpa arctius astringatur, recte dicitur. Nervi testiculorum ejus perplexi sunt. Argumenta namque machinationum ejus quasi quo laxantur 1067 ut relinquant, eo magis implicantur ut teneant.

[Vet. XX.] 39. Ubi nullus evadendi sine peccato patet aditus, quid agendum. Conjugatorum concubitus pro explenda libidine culpae non expers.---Est tamen quod ad destruendas ejus versutias utiliter fiat, ut dum mens inter minora et maxima peccata constringitur, si omnino nullus sine peccato evadendi aditus patet, minora semper eligantur, quia et qui murorum undique ambitu ne fugiat clauditur, ibi se in fugam praecipitat, ubi brevior murus invenitur. Et Paulus dum quosdam in Ecclesia incontinentes aspiceret, concessit minima, ut majora declinarent, dicens: Propter fornicationem autem unusquisque uxorem suam habeat (I Cor. VII, 2). Et quia tunc solum conjuges in admistione sine culpa sunt cum non pro explenda libidine, sed pro suspicienda prole miscentur, ut hoc etiam quod concesserat sine culpa, quamvis minima, non esse monstraret, illico adjunxit: Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium (Ibid., 6). Non enim est sine vitio quod ignoscitur, et non praecipitur. Peccatum profecto vidit, quod posse indulgere praevidit. Sed cum in dubiis constringimur, utiliter minimis subdimur, ne in magnis sine venia peccemus. Itaque plerumque nervorum Behemoth istius perplexitas solvitur dum ad virtutes maximas per commissa minora transitur. Sequitur:

CAPUT XXI.

VERS. 13.---Ossa ejus sicut fistulae aeris.

Reconociéndose, pues, reo por las dádivas gastadas, quiere abandonar el lugar de la sublimidad alcanzada, pero teme que sea un delito más grave haber dejado la custodia del gremio asumido; quiere llevar la cura del gremio asumido, pero teme que sea una culpa peor poseer los regímenes de la gracia pastoral comprados. Por la ambición del honor, pues, se ve ligado por la culpa de una y otra parte. Pues ve que ninguna de las dos cosas está libre del reato del crimen, si o bien se abandona el gremio una vez asumido, o de nuevo se mantiene la acción sagrada comprada secularmente. Por todas partes teme, y sospechoso teme de todos lados, para que o bien permaneciendo en el régimen comprado no lamente dignamente lo que no enmienda también abandonándolo; o ciertamente abandonando el régimen, mientras se esfuerza por llorar una cosa, de nuevo cometa otra por la misma destitución del gremio. Porque, pues, este Behemot liga con nudos tan inexplicables, que frecuentemente la mente puesta en duda, por donde se esfuerza en soltarse de la culpa, por allí se liga más estrechamente en la culpa, rectamente se dice: *Los nervios de sus testículos están enlazados.* Pues los argumentos de sus maquinaciones, como por donde se aflojan para que suelten, por allí más se complican para que retengan.

[Vet. XX.] 39. Donde no se abre ninguna vía de escape sin pecado, qué debe hacerse. El coito de los casados para saciar la libido no carece de culpa. — Existe, sin embargo, lo que se haga útilmente para destruir sus astucias, para que mientras la mente se ve constreñida entre pecados menores y máximos, si de ninguna manera se abre una vía de escape sin pecado, se elijan siempre los menores, porque también quien es cerrado por todas partes por un circuito de muros para que no huya, allí se lanza a la fuga donde se encuentra el muro más bajo. Y Pablo, mientras veía a algunos en la Iglesia incontinentes, concedió lo mínimo para que declinaran lo mayor, diciendo: *Pero por la fornicación tenga cada uno su mujer* (1 Cor 7, 2). Y porque solo entonces los cónyuges están sin culpa en la unión cuando se unen no para saciar la libido, sino para recibir prole, para mostrar que esto mismo que había concedido no carecía de culpa, aunque mínima, añadió inmediatamente: *Pero esto lo digo por indulgencia, no por mandato* (Ibíd., 6). Pues no carece de vicio lo que se perdona y no se manda. Ciertamente vio pecado en lo que previó que podía perdonar. Pero cuando somos constreñidos en las dudas, útilmente nos sometemos a lo mínimo, para no pecar en lo grande sin perdón. Así frecuentemente se deshace la complicación de los nervios de este Behemot mientras se pasa a las virtudes máximas a través de las menores cometidas. Sigue:

CAPÍTULO XXI.

VERS. 18 (Vulg. 13). — Sus huesos son como flautas de bronce.

40. Quantum ex astutis diaboli consiliis periculum immineat.---Quid per ossa Behemoth istius, nisi consilia designantur? Nam sicut in ossibus positio corporis roburque subsistit, ita in fraudulentis consiliis tota se ejus malitia erigit. Neque enim vi quempiam premit, sed calliditate pestiferae persuasionis interficit. Et rursum, sicut ossa quae irrigant medullae confortant, ita ejus consilia per spiritalis naturae potentiam infusa ingenii subtilitas roborat. Hoc vero testiculi ejus ab ossibus, id est suggestiones a consiliis, distant, quod per illas aperte noxia inserit, per haec autem quasi ex bono consulens ad culpam trahit, per illas pugnando superat, per haec velut consulendo supplantat. Unde et bene ejus ossa, id est haec eadem consilia, aeris fistulis comparantur. Aeris quippe listulae sonoris aptari cantibus solent, quae admotae auribus dum blandum carmen subtiliter concinunt, interiora mentis in exteriora delectationis trahunt; et dum dulce est quod auribus sonant, virilitatem cordis in voluptatis fluxu debilitant. Cumque auditus ad delectationem trabitur, sensus a statu suae fortitudinis enervatur. Ita quoque astuta ejus consilia dum quasi blanda provisione consulunt, cor a forti intentione invertunt; et dum dulcia resonant, ad noxia inclinant. Quasi ergo aeris fistulae sunt, quae dum libenter audiuntur, ab interna intentione animum in exterioris vitae delectationem dejiciunt. Hoc enim Behemoth iste magnopere ad exsequendam deceptionem satagit, ut dum perversitatis suae consilium quasi utile ostendit, suaviter valeat sonare quod dicit, quatenus et ostensa utilitate mentem mulceat, et absconsa iniquitate corrumpat.

[Vet. XXI.] 41. Exemplis palam fit. Qua arte divitiis acquirendis insudare suadeat.---Quae apertius in cunctis ostendimus, si pauca breviter consiliorum ejus argumenta pandamus. Ecce enim quidam rebus contentus propriis, decrevit nullis mundi hujus occupationibus implicari, valde formidans quietis suae commoda perdere, et valde despiciens cum peccatis lucra cumulare. 1068 Ad hunc hostis callidus veniens, ut intentionem bonae devotionis subruat, quasi utilitatis consilium subministrat, dicens: Ea quidem quae habes, in praesenti sufficiunt, sed his deficientibus quid acturus es? Si enim post haec nulla providentur, adsunt quae ad praesens impendenda sunt filiis, sed tamen paranda sunt quae serventur. Deesse potest citius etiam quod adest, si sollicitudo provida cesset parare quod deest. An non et terrena potest actio peragi, et tamen in actione culpa declinari, quatenus et exteriora stipendia praebeat, et tamen internam rectitudinem non inflectat? Haec interim blandiens insinuat, et seorsum jam in negotio terreno quod providet peccati laqueos occultat.

51. Se confuta la herejía de Arrio.---Ha de notarse también que, mientras Behemot es llamado principio de los caminos de Dios, el vesano dogma de Arrio es disipado por abierta razón. Pues afirma que el Hijo es una criatura de Dios, y he aquí que Behemot se muestra como el primero creado en la creación de las cosas. Resta, pues, que Arrio o bien predique que el Hijo no es creado, o que, como un estulto, piense que fue formado después de Behemot. Pero porque todo lo que se aplica se reduce a sí mismo, con razón se dice que la espada de Behemot está aplicada. Pues su malicia se consume en sí misma cuando, estando prohibida, no se ejercita según su deseo contra la vida de los elegidos. Pero se le permite herir a muchos según sus méritos exigentes, para que, al desertar de Dios, sirvan al enemigo condenado. Pero es vencido por los elegidos tanto más valientemente cuanto más humildemente se someten solo al Autor de todas las cosas. Porque, por tanto, por esto que se llama principio de los caminos de Dios, por esto que se demuestra muy intolerable con el permiso del Señor, conocemos abiertamente con qué enemigo luchamos. Resta, pues, que cada uno de nosotros se someta tanto más plenamente al Autor cuanto más verdaderamente sopesa contra sí las violentas fuerzas del adversario. ¿Pues qué somos nosotros sino polvo? ¿Y qué es él sino uno de los espíritus celestiales, y, lo que aún es mayor, el sumo? ¿Qué, pues, se atrevería por su propia virtud cuando el polvo lucha contra el príncipe de los ángeles? Pero porque el Creador de los espíritus celestiales asumió un cuerpo terreno, con razón ahora el humilde polvo vence al ángel soberbio. Pues al adherirse a la verdadera fortaleza recibe fuerzas, las cuales el espíritu tránsfuga perdió cuando se siguió a sí mismo. Y es digno que sea vencido por el polvo quien se creyó fuerte habiendo abandonado al Creador; para que, superado, encuentre que, elado, desfalleció. Pero jadea mucho ensañándose, porque mientras las cosas ínfimas lo atormentan, el hombre asciende a las sumas; porque en aquella celsitud permanece la carne asunta, desde la cual el mismo espíritu tan grande yace proyectado sin fin. Pero el orden de los méritos cambió los lugares de las mentes. Así, así la soberbia mereció ser derribada, así la humildad ser exaltada, a fin de que tanto el espíritu celestial, al erigirse, tolere el tártaro, como la tierra humilde reine sin término sobre los cielos.

LIBER TRIGESIMUS TERTIUS.

Expositionem versus decimi quinti et reliquorum capitis XL, nec non duodecim priorum cap. XLI exhibet, ubi variae daemonis artes deteguntur, doceturque praedestinatio gratuita, et cum libero arbitrio conciliatur.

1075 [Vet. et Rec. I.] 1. Superbi diabolo familiarius serviunt.---Antiquo hosti, qui sub Behemoth nomine dominica voce describitur, superbi quique tanto familiarius serviunt, quanto hujus vitae successibus apud semetipsos altius intumescunt. His namque cum gloria augetur elatio, cum elatione vero additur cura, huc illucque animus tenditur, quia et desideria cum rebus crescunt. Cumque cogitationes innumeras quasi agri fenum proferunt, eisdem cogitationibus velut desiderato pabulo Behemoth istius famem pascunt. Unde nunc recte dicitur:

CAPUT PRIMUM.

VERS. 15.---Huic montes herbas ferunt

2. Quid mons, quidve montes in sacra Scriptura significent.---In Scriptura sacra cum numero singulari mons ponitur, aliquando incarnatus Dominus, aliquando sancta Ecclesia, aliquando testamentum Dei, aliquando apostata angelus, aliquando quilibet haereticus designatur. Cum vero montes plurali numero nominantur, aliquando celsitudo apostolorum atque prophetarum, aliquando vero saecularium potestatum tumor exprimitur. Mons namque Dominum designat, sicut scriptum est: Et erit in novissimis diebus praeparatus mons domus Domini in vertice montium (Isai. II, 2). Mons quippe est in vertice montium incarnatus Dominus, transcendens celsitudinem prophetarum. Rursum per montem sancta designatur Ecclesia, sicut scriptum est: Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion (Psal. CXXIV, 1). Sion namque speculatio dicitur, per quam scilicet speculationem contemplans Deum Ecclesia figuratur. Rursum per montem testamentum Dei exprimitur, sicut Habacuc ait: Deus a Libano veniet, et sanctus de monte umbroso et condenso (Habac. III, 3). Qui enim venturum se per testamenti sui paginas spopondit, quasi inde venit, unde velut sub promissione se tenuit.

LIBRO TRIGÉSIMO TERCERO.

Presenta la exposición del verso decimoquinto y de los restantes del capítulo XL, así como de los doce primeros del capítulo XLI, donde se detectan varias artes del demonio, y se enseña la predestinación gratuita, conciliándola con el libre albedrío.

1075 [Vet. et Rec. I.] 1. Los soberbios sirven al diablo más familiarmente.---Al antiguo enemigo, que bajo el nombre de Behemot es descrito por la voz del Señor, todos los soberbios le sirven tanto más familiarmente cuanto más altamente se hinchan dentro de sí mismos con los sucesos de esta vida. Pues a estos, al aumentarles la gloria, crece la elación; con la elación se añade el cuidado, el ánimo se tensa aquí y allá, porque los deseos crecen con las posesiones. Y cuando producen innumerables pensamientos como la hierba del campo, con esos mismos pensamientos, como con un pasto deseado, alimentan el hambre de este Behemot. Por lo cual ahora se dice con razón:

CAPÍTULO I.

VERSO 15.---Para este los montes producen hierba.

2. Qué significa monte o montes en la sagrada Escritura.---En la sagrada Escritura, cuando se pone monte en número singular, se designa a veces al Señor encarnado, a veces a la santa Iglesia, a veces al testamento de Dios, a veces al ángel apóstata, a veces a cualquier hereje. Pero cuando se nombran montes en número plural, se expresa a veces la celsitud de los apóstoles y profetas, y a veces el tumor de las potestades seculares. Pues un monte designa al Señor, como está escrito: Y en los últimos días el monte de la casa del Señor estará preparado en la cima de los montes (Isa. II, 2). Pues el monte en la cima de los montes es el Señor encarnado, que trasciende la celsitud de los profetas. De nuevo, por monte se designa a la santa Iglesia, como está escrito: Los que confían en el Señor, como el monte Sion (Sal. CXXIV, 1). Sion, en efecto, se interpreta como especulación, por cuya especulación se figura la Iglesia que contempla a Dios. De nuevo, por monte se expresa el testamento de Dios, como dice Habacuc: Dios vendrá del Líbano, y el Santo del monte sombrío y espeso (Hab. III, 3). Pues quien prometió que vendría por las páginas de su testamento, como que de allí viene, de donde se mantuvo como bajo promesa.

Quod videlicet testamentum bene mons umbrosus et condensus dicitur, quia spissis allegoriarum obscuritatibus opacatur. Rursum per montem angelus apostata designatur, sicut sub Babylonis regis specie de antiquo hoste praedicatoribus dicitur: Super montem caliginosum levate signum (Isai. XIII, 2). Praedicatores quippe sancti super caliginosum montem signum elevant, quando contra Satanae superbiam, qui saepe sub nebula simulationis absconditur, virtutem crucis exaltant. Rursum per montem haereticus quilibet exprimitur, sicut ex voce Ecclesiae Psalmista ait: In Domino confido, quomodo dicitis animae meae, Transmigra in montem sicut passer (Psal. X, 1)? Cum enim fideli animae unitate relicta, in tumenti doctrina confidere haeretici praedicatoris dicitur, deserto Domino quasi in montem transmigrare suadetur. Rursum per montes apostolorum atque prophetarum celsitudo designatur, sicut scriptum est: Justitia tua sicut montes Dei (Psal. XXXV, 7). Et voce Pauli dicitur: Ut nos efficeremur justitia Dei in ipso (II Cor. V, 21). Vel sicut iterum vore sperantis Ecclesiae Psalmista ait: Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi (Psal. CXX, 1). Rursum per montes saecularium potestatum tumor exprimitur, de quibus Psalmista ait: Montes sicut cera fluxerunt a facie Domini (Psal. XCVI, 5), quia multi qui prius alta rigiditate tumuerant. Deo in carne apparente, magno sunt per poenitentiam timore liquefacti. Vel sicut idem Propheta iterum dicit: Ascendunt montes, et descendunt campi (Psal. CIII, 8). Plerique enim persecutores Domini superbi contra eum veniunt, sed ab eo humiles revertuntur. Qui montes ascendunt per tumorem potentiae, sed campi descendunt, plani videlicet facti per cognitionem culpae.

[Vet. II.] 3. Elati male operando daemones alunt.---Sed quia nonnulli in elationis suae altitudine remanent, et ad divina obsequia flecti humiliter dedignantur, eo quod juxta desiderium antiqui hostis prava cogitare ac perpetrare non desinunt, recte hoc loco de Behemoth dicitur: Huic montes ferunt herbas. Elati namque saeculi huic Behemoth herbas ferunt, quia ex eo illum reficiunt, quod nequiter operantur, Huic Behemoth herbas ferunt, quia suas illi offerunt fluxas et lubricas voluptates. Erunt enim, ait Apostolus, homines seipsos amantes (II Tim. III, 2). Quorum descriptionem complexus est, dicens: Voluptatum amatores magis quam Dei (Ibid., 4). Quae est ergo herba montium, nisi voluptas fluxa, quae ex corde gignitur superborum? Qui nisi Deum superbiendo contemnerent, nequaquam tot lubrica lasciviendo perpetrarent. Quibus nimirum herbis iste Behemoth pascitur, quia in eis poenam aeternae mortis esuriens, eorum perditis moribus satiatur.

Cuyo testamento con razón se llama monte sombrío y espeso, porque se opaca con densas oscuridades de alegorías. De nuevo, por monte se designa al ángel apóstata, como bajo la especie del rey de Babilonia se dice a los predicadores sobre el antiguo enemigo: Sobre el monte tenebroso levantad la señal (Isa. XIII, 2). Pues los santos predicadores levantan la señal sobre el monte tenebroso cuando exaltan la virtud de la cruz contra la soberbia de Satanás, que a menudo se esconde bajo la niebla de la simulación. De nuevo, por monte se expresa cualquier hereje, como por voz de la Iglesia dice el salmista: En el Señor confío, ¿cómo decís a mi alma: Trasmigra al monte como un pájaro (Sal. X, 1)? Pues cuando, abandonada la unidad de la alma fiel, se dice que confíe en la hinchada doctrina del predicador herético, se le persuade a trasmigrar como a un monte, habiendo desertado del Señor. De nuevo, por montes se designa la celsitud de los apóstoles y profetas, como está escrito: Tu justicia es como los montes de Dios (Sal. XXXV, 7). Y por voz de Pablo se dice: Para que nosotros fuésemos hechos justicia de Dios en él (II Cor. V, 21). O como de nuevo por voz de la Iglesia que espera dice el salmista: Levanté mis ojos a los montes, de donde me vendrá el auxilio (Sal. CXX, 1). De nuevo, por montes se expresa el tumor de las potestades seculares, de los cuales dice el salmista: Los montes fluyeron como cera ante la faz del Señor (Sal. XCVI, 5), porque muchos que antes se habían hinchado con alta rigidez. Al aparecer Dios en la carne, se licuaron con gran temor por la penitencia. O como el mismo profeta dice de nuevo: Ascienden los montes, y descienden los campos (Sal. CIII, 8). Pues muchos perseguidores del Señor vienen soberbios contra Él, pero vuelven de Él humildes. Quienes ascienden como montes por el tumor de la potencia, pero descienden como campos, hechos llanos evidentemente por el conocimiento de la culpa.

[Vet. II.] 3. Los elados, al obrar mal, alimentan a los demonios.---Pero porque algunos permanecen en la altura de su elación y se dignan humildemente inclinarse a los divinos obsequios, por el hecho de que no cesan de pensar y perpetrar cosas perversas según el deseo del antiguo enemigo, con razón se dice en este lugar sobre Behemot: Para este los montes producen hierba. Pues los elados del siglo producen hierba para este Behemot, porque lo refrescan con aquello que operan inicuamente. Producen hierba para este Behemot porque le ofrecen sus placeres fugaces y lúbricos. Pues serán, dice el Apóstol, hombres amantes de sí mismos (II Tim. III, 2). Cuya descripción comprendió diciendo: Amantes de los placeres más que de Dios (Ibíd., 4). ¿Cuál es, pues, la hierba de los montes sino el placer fugaz que nace del corazón de los soberbios? Quienes, si no despreciaran a Dios por su soberbia, de ninguna manera perpetrarían tantas cosas lúbricas por su lascivia. Con cuyas hierbas ciertamente se alimenta este Behemot, porque, hambriento de la pena de la muerte eterna en ellos, se sacia con sus costumbres perdidas.

Superbi enim hujus saeculi, etsi quando supernae dispensationis ordine praepediti, ab expletione pravorum operum cessant, prava tamen in cogitatione multiplicant, modo ut se potentiores caeteris, rebus et honoribus ostendant, modo ut eamdem suam potentiam in studio alienae laesionis exerceant, modo ut, lubricis motibus ducti, per levia se facta voluptatesque dissolvant. Qui dum rebus divinitus acceptis nequaquam recta, sed prava semper agere cogitant, quid aliud faciunt, nisi suis contra Deum donis pugnant? Quia igitur Behemoth iste in superborum mentibus sua semper desideria recognoscit, quasi herbas in montibus invenit, quibus refectum suae malitiae ventrem tendit. Bene autem subditur:

Caput II

[Rec. II].

IBID.---Omnes bestiae agri ludent ibi.

4. Ludus daemonum est humanas mentes de vitio in vitium rotare.---Quid per bestias nisi immundi spiritus, quid per agrum nisi praesens saeculum designatur? Unde de ipso malignorum spirituum principe contra Ephraim dicitur: Bestia agri scindet eos (Osee XIII, 8). Vel sicut Isaias ait: Et mala bestia non ascendet per eam (Isai. XXXV, 9). Quia autem agri nomine mundus accipiatur, dominicus per Evangelium sermo testatur, qui ait: Ager autem est mundus (Matth. XIII, 38). Agri ergo bestiae in herbis montium ludunt, quia projecta de superioribus in hoc mundo daemonia pravis superborum operibus delectantur. Bestiae in herbis ludunt cum reprobi spiritus humana corda in illicitas cogitationes pertrahunt. An non immundis spiritibus ludere est mentes hominum ad imaginem Dei conditas, modo ficta promissione decipere, modo vacuis terroribus irridere, modo eis transitoria gaudia quasi mansura imprimere, modo mansuras poenas quasi transitorias levigare? Harum procul dubio bestiarum illusionem pertimuerat, qui dicebat: Deus meus, in te confido, non erubescam; neque irrideant me inimici mei (Psal. XXIV, 2). Quia igitur superborum cor ad omne vitium sternitur, ut cuilibet maligno spiritui irruenti prava cogitatione praeparetur, recte de herbis montium dicitur: Omnes bestiae agri ludent ibi. Pro eo enim quod superbi quique nullum malum cogitando praetereunt, nulla est agri bestia, quae non horum montium herbis satietur. Nam etsi quando carnis luxuriam fugiunt, interioris luxuriae vitium de ipsa castitate gloriando committunt.

Pues los soberbios de este siglo, aun cuando a veces, impedidos por el orden de la dispensación suprema, cesan del cumplimiento de las obras inicuas, multiplican sin embargo cosas inicuas en el pensamiento; ya sea para mostrarse más poderosos que los demás en riquezas y honores, ya sea para ejercitar esa misma potencia suya en el estudio de la lesión ajena, ya sea para que, llevados por movimientos lúbricos, se disuelvan en hechos ligeros y placeres. Quienes, mientras piensan realizar con las cosas recibidas de Dios no cosas rectas, sino siempre perversas, ¿qué otra cosa hacen sino luchar contra Dios con sus propios dones? Porque, por tanto, este Behemot reconoce siempre sus propios deseos en las mentes de los soberbios, encuentra como hierbas en los montes, con las cuales extiende el vientre de su malicia al ser refrescado. Pero con razón se añade:

Capítulo II

[Rec. II].

IBÍD.---Todas las bestias del campo jugarán allí.

4. El juego de los demonios es rotar las mentes humanas de vicio en vicio.---¿Qué se designa por las bestias sino los espíritus inmundos, y qué por el campo sino el presente siglo? De donde sobre el mismo príncipe de los espíritus malignos se dice contra Efraín: La bestia del campo los despedazará (Ose. XIII, 8). O como dice Isaías: Y la mala bestia no subirá por ella (Isa. XXXV, 9). Pero que por el nombre de campo se entienda el mundo, lo atestigua el sermón del Señor por el Evangelio, que dice: El campo es el mundo (Mat. XIII, 38). Las de las bestias del campo, pues, juegan en las hierbas de los montes, porque los demonios, proyectados de las cosas superiores, se deleitan en este mundo con las obras inicuas de los soberbios. Las bestias juegan en las hierbas cuando los espíritus réprobos arrastran los corazones humanos a pensamientos ilícitos. ¿O acaso no es jugar para los espíritus inmundos el engañar las mentes de los hombres creadas a imagen de Dios, ya sea con una falsa promesa, ya sea para burlarse de ellos con vanos temores, ya sea para imprimirles gozos transitorios como si fueran permanentes, ya sea para aligerar penas permanentes como si fueran transitorias? Mucho había temido la ilusión de estas bestias quien decía: Dios mío, en ti confío, no me avergüence; ni se burlen de mí mis enemigos (Sal. XXIV, 2). Porque, por tanto, el corazón de los soberbios se expone a todo vicio, para que se prepare con pensamiento inicuo para cualquier espíritu maligno que irrumpa, con razón se dice sobre las hierbas de los montes: Todas las bestias del campo jugarán allí. Pues dado que los soberbios no pasan por alto ningún mal al pensar, no hay ninguna bestia del campo que no se sacie con las hierbas de estos montes. Pues aun cuando a veces huyen de la lujuria de la carne, cometen el vicio de la lujuria interior al gloriarse de esa misma castidad.

Si quando nil avare exterius rapiunt, nequaquam ab illecebra avaritiae mundi sunt, quia etsi res nullas ambiunt, favore tamen hominum laudem de continentia rapere conantur. Huic ergo Behemoth montes herbas ferunt, et omnes bestiae agri ludunt ibi, quia in superborum corde quilibet malignus spiritus tanto latius pascitur, quanto et omne vitium de superbia generatur. [Vet. III.] Sed quia audivimus quid iste Behemoth comedat, nunc audiamus necesse est ubi Interim per pravum suum desiderium requiescat. Sequitur:

Caput III

[Rec. III].

VERS. 16.---Sub umbra dormit in secreto calami, in locis humentibus.

5. Quid per umbram Scriptura intelligat.---Obumbratio in sacro eloquio aliquando incarnatio Domini ponitur, vel mentis refrigerium a fervore carnalium cogitationum, unde appellatione umbrae ex superna protectione hoc ipsum refrigerium cordis insinuari solet. Aliquando vero umbra, recedente charitate, torpor frigidae mentis accipitur. Nam quod dominica incarnatio servata veritate historiae, obumbrationis appellatione signetur, angelicus sermo testatur, qui ad Mariam ait: Virtus Altissimi obumbrabit tibi (Luc. I, 35). Quia enim umbra non aliter exprimitur, nisi per lumen et corpus, virtus ei Altissimi obumbravit, quia in ejus utero lux incorporea corpus sumpsit. Ex qua videlicet obumbratione omne in se refrigerium mentis accepit. Rursum per umbra ex superna protectione refrigerium cordis exprimitur, sicut Psalmista ait: Sub umbra alarum tuarum protege me (Psal. XVI, 9). Vel sicut sponsa in Canticis canticorum adventum sponsi praestolata praenuntiat, dicens: Sub umbra illius quem desideraveram sedi (Cant. II, 3). Ac si dicat: Ab aestu desideriorum carnalium sub adventus illius protectione requievi. Rursum per umbram recedente charitate, torpor frigidae mentis exprimitur, sicut de peccante homine scriptum est, quia secutus est umbram (Genes. III). Calorem enim charitatis fugiens, veritatis solem homo deseruit, et sub umbra se interni frigoris abscondit. Unde et voce ejusdem Veritatis dicitur: Abundabit iniquitas, et refrigescet charitas multorum (Matth. XXIV, 12). Unde primus homo post culpam inter arbores paradisi ad auram post meridiem absconsus invenitur (Genes. III, 8). Quia enim meridianum charitatis calorem perdiderat, jam sub peccati umbra quasi sub frigore aurae torpebat.

Si a veces no arrebatan nada con avaricia exteriormente, de ninguna manera están limpios del halago de la avaricia, porque aunque no ambicionan cosa alguna, intentan sin embargo arrebatar la alabanza de la continencia mediante el favor de los hombres. A este Behemot, pues, los montes le producen hierba, y todas las bestias del campo juegan allí, porque en el corazón de los soberbios cualquier espíritu maligno se alimenta tanto más ampliamente cuanto que todo vicio se genera de la soberbia. [Vet. III.] Pero porque hemos oído qué come este Behemot, ahora es necesario que oigamos dónde descansa mientras tanto por su perverso deseo. Sigue:

Capítulo III

[Rec. III].

VERSO 16.---Duerme bajo la sombra, en el secreto de la caña, en lugares húmedos.

5. Qué entiende la Escritura por sombra.---La obumbración en el sagrado elocuio se pone a veces por la encarnación del Señor, o el refrigerio de la mente del fervor de los pensamientos carnales, de donde por la apelación de sombra se suele insinuar este mismo refrigerio del corazón por la protección suprema. Pero a veces la sombra se toma por el torpor de la mente fría al alejarse la caridad. Pues que la encarnación dominica, preservada la verdad de la historia, se signifique con la apelación de obumbración, lo atestigua el sermón angélico que dice a María: La virtud del Altísimo te obumbrará (Luc. I, 35). Pues porque la sombra no se expresa sino por la luz y el cuerpo, la virtud del Altísimo la obumbró porque en su útero la luz incorpórea asumió un cuerpo. De cuya obumbración recibió en sí todo el refrigerio de la mente. De nuevo, por sombra se expresa el refrigerio del corazón por la protección suprema, como dice el salmista: Bajo la sombra de tus alas protégeme (Sal. XVI, 9). O como la esposa en el Cantar de los cantares, aguardando la llegada del esposo, anuncia diciendo: Bajo la sombra de aquel a quien había deseado me senté (Cant. II, 3). Como si dijera: Del calor de los deseos carnales descansé bajo la protección de su llegada. De nuevo, por sombra se expresa el torpor de la mente fría al alejarse la caridad, como está escrito sobre el hombre pecador, que siguió la sombra (Gén. III). Pues huyendo del calor de la caridad, el hombre desertó del sol de la verdad, y se escondió bajo la sombra del frío interno. De donde también por voz de la misma Verdad se dice: Abundará la iniquidad, y se enfriará la caridad de muchos (Mat. XXIV, 12). Por lo cual el primer hombre, después de la culpa, es hallado escondido entre los árboles del paraíso al aire después del mediodía (Gén. III, 8). Pues porque había perdido el calor meridiano de la caridad, ya torpía bajo la sombra del pecado como bajo el frío del aire.

6. Satanas in his quos frigidos facit, facile quasi sub umbra requiescit. In illis securus jacet.---Iste igitur Behemoth quia in illis quasi quamdam requiem invenit, quos a veri solis ardore subtrahendo frigidos facit, sub umbra dormire perhibetur. Nonnunquam vero per umbram, si tamen cum adjectione mortis ponatur, vel mors carnis exprimitur, vel quilibet reprobi, qui antiqui hostis tenebras studio pravae operationis imitantur. Unde voce martyrum per Psalmistam dicitur: Humiliasti nos in loco afflictionis, et cooperuit nos umbra mortis (Psal. XLIII, 20). Umbra enim mortis electos Dei operit, cum mors carnis, quae imago mortis aeternae est, ab hac eos vita disjungit, quia sicut illa animam a Deo, ita haec ab anima separat corpus. Vel certe umbra eos mortis operit, quia de antiquo hoste scriptum est: Nomen illi mors (Apoc. VI, 8). Umbra ergo mortis sunt omnes reprobi, quia illius nequitiam elationis imitantur; ejusque imaginem quasi umbram exprimunt, dum ejus in se malitiae similitudinem trahunt. Qui electos Dei operiunt, dum contra illos in atrocitate persecutionis temporaliter convalescunt. Hoc autem loco umbra nequitiae torpor accipitur, in qua iste Behemoth dormit, quia contra corda charitate calentia sollicitus vigilat, in frigidis autem mentibus securus jacet. Dormire enim in sanctorum mentibus non potest, quia et si quando se in eis ad breve momentum collocat, ipse eum desideriorum coelestium aestus fatigat, et quasi toties ut recedat pungitur, quoties ab eis amore intimo ad aeterna suspiratur. Tantae eum voces excitant, quantae ex illorum mentibus sanctae cogitationes ad coelum clamant. Unde fit ut bonarum actionum armis territus, ac suspiriorum spiculis percussus fugiat, et ad corda reproborum frigida rediens, eam quam securus possideat malitiae umbram quaerat. Qua ubi ab illo inveniatur ostenditur, cum protinus subinfertur: In secreto calami.

[Vet. IV.] 7. Calami et arundinis variae significationes in sacra Scriptura.---In sacro eloquio calami vel arundinis appellatione aliquando verbum manens, aliquando doctorum peritia, aliquando mobilitas mentis, aliquando nitor gloriae temporalis accipitur. Per calamum quippe Verbi aeternitas designatur, cum voce Patris per Psalmistam dicitur: Lingua mea calamus scribae velociter scribentis (Psal. XLIV, 2). Quia enim quod loquimur transit, quod scribimus permanet, lingua Patris scribae calamus dicitur, quia ab eo est Verbum illi coaeternum, ac sine transitu generatum.

6. Satanás descansa fácilmente como bajo una sombra en aquellos a quienes hace fríos. En ellos yace seguro.---Este Behemot, pues, porque encuentra un cierto descanso en aquellos a quienes, sustrayéndolos del ardor del verdadero sol, hace fríos, se dice que duerme bajo la sombra. Pero a veces por sombra, si sin embargo se pone con la adición de muerte, se expresa o la muerte de la carne, o cualquier réprobo que imita las tinieblas del antiguo enemigo con el estudio de la perversa operación. De donde por voz de los mártires dice el salmista: Nos humillaste en el lugar de la aflicción, y nos cubrió la sombra de la muerte (Sal. XLIII, 20). Pues la sombra de la muerte cubre a los elegidos de Dios cuando la muerte de la carne, que es imagen de la muerte eterna, los disocia de esta vida, porque así como aquella separa el alma de Dios, así esta separa el cuerpo del alma. O ciertamente la sombra de la muerte los cubre porque del antiguo enemigo está escrito: Su nombre es Muerte (Apoc. VI, 8). Sombra de muerte son, pues, todos los réprobos, porque imitan su nequedad de elación; y expresan su imagen como una sombra mientras atraen a sí la semejanza de su malicia. Quienes cubren a los elegidos de Dios mientras prevalecen temporalmente contra ellos en la atrocidad de la persecución. Pero en este lugar se entiende por sombra el torpor de la nequedad en el que duerme este Behemot, porque vigila solícito contra los corazones que arden de caridad, pero en las mentes frías yace seguro. Pues no puede dormir en las mentes de los santos, porque aun si a veces se coloca en ellas por un breve momento, el mismo calor de los deseos celestiales lo fatiga, y es punzado como tantas veces para que se retire, cuantas se suspira por las cosas eternas por ellos con íntimo amor. Tantas voces lo excitan cuantas pensamientos santos claman al cielo desde sus mentes. De donde sucede que, aterrado por las armas de las buenas acciones y herido por los dardos de los suspiros, huye, y volviendo a los corazones fríos de los réprobos, busca aquella sombra de malicia que posee seguro. Dónde se encuentre por él se muestra cuando se añade enseguida: En el secreto de la caña.

[Vet. IV.] 7. Varias significaciones de la caña y del junco en la sagrada Escritura.---En el sagrado elocuio, con la apelación de caña o junco se entiende a veces el Verbo que permanece, a veces la pericia de los doctores, a veces la movilidad de la mente, a veces el esplendor de la gloria temporal. Por la caña se designa la eternidad del Verbo cuando por voz del Padre dice el salmista: Mi lengua es caña de escribano que escribe velozmente (Sal. XLIV, 2). Pues porque lo que hablamos pasa y lo que escribimos permanece, la lengua del Padre se llama caña de escribano porque de Él es el Verbo coeterno a Él y generado sin tránsito.

Rursum per calamum scriptorum doctrina exprimitur, sicut de sancta Ecclesia propheta pollicetur, dicens: In cubilibus in quibus dracones prius habitabant, orietur viror calami et junci (Isai. XXXV, 7). Qua nimirum sententia, sicut in hoc opere longe superius diximus (Sup. lib. XXIX, n. 51), per calamum exprimitur doctrina scribentium, per juncum viriditas auditorum. Rursum per calamum, seu certe arundinem, mentis mobilitas designatur, sicut Judaeorum turbis in Joannis laude a Domino dicitur: Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam (Matth. XI, 7)? ut videlicet subintelligatur non. Joannes quippe arundo vento agitata non erat, quia ejus mentem Spiritu sancto solidam per diversas partes nullus linguarum flatus inclinabat. Rursum per calamum vel arundinem nitor gloriae temporalis exprimitur, sicut de justis per Sapientiam dicitur: Fulgebunt justi, et tanquam scintillae in arundineto discurrent (Sap. III, 7). Arundinetum namque vitam saecularium appellat, qui more arundinum per temporalem gloria foris quasi ad alta proficiunt, sed intus a soliditate veritatis inanescunt. Unde et Judaeorum regnum calamo comparatur, cum per prophetam apparente in veritate carnis Domino dicitur: Calamum quassatum non confringet, et linum fumigans non exstinguet (Isai. XLII, 3). Quid enim calami nomine, nisi Judaici populi temporale regnum denuntiat, nitens quidem exterius, sed interius vacuum? Et quia in eodem populo genus jam regale defecerat, et regnum ejus alienigena possidebat, apte hoc idem regnum calamum quassatum vocat. Quid vero per linum, nisi ejus sacerdotium exprimitur, quod lineis nimirum vestibus utebatur? Quod quia in adventu Domini charitatis ardorem perdidit, quasi amisso jam igne fidei, non ardens, sed fumigans fuit. Incarnatus autem Dominus calamum quassatum non confregit, et linum fumigans non exstinxit, quia Judaeae regnum, quod pene destructum jam fuerat, ejusque sacerdotium quod ignem fidei non tenebat, non potestate judicii perculit, sed cum patientiae longanimitate toleravit.

8. Mentes saecularium gloriae temporali deditae, arundini similes.---Hoc ergo loco quid aliud appellatione calami, nisi mentes saecularium temporali gloriae deditae designantur? Qui tanto apud semetipsos intus inanescunt, quanto alti et nitidi exterius ostenduntur, quia dum ad exteriorem gloriam per superficiem defluunt, nulla intus firmitate solidantur. More quippe calami intus sunt quidem per fatuitatem vacui, sed foris per speciem et ostentationem pulchri; sed quanto ab eis exterior gloria studiosius quaeritur, tanto eorum corda gravioribus cogitationum stimulis agitantur.

De nuevo, por la caña se expresa la doctrina de los escritores, como promete el profeta sobre la santa Iglesia diciendo: En los cubiles en que antes habitaban los dragones, nacerá el verdor de la caña y del junco (Isa. XXXV, 7). Por cuya sentencia, como dijimos mucho antes en esta obra (Sup. lib. XXIX, n. 51), por la caña se expresa la doctrina de los que escriben, por el junco el verdor de los oyentes. De nuevo, por la caña, o ciertamente el junco, se designa la movilidad de la mente, como se dice por el Señor a las turbas de los judíos en la alabanza de Juan: ¿Qué salisteis a ver al desierto? ¿una caña agitada por el vicio? (Mat. XI, 7); para que evidentemente se sobentienda que no. Pues Juan no era una caña agitada por el viento, porque ningún soplo de lenguas inclinaba su mente, sólida por el Espíritu Santo, hacia diversas partes. De nuevo, por la caña o junco se expresa el esplendor de la gloria temporal, como se dice de los justos por la Sabiduría: Brillarán los justos, y como centellas en el cañaveral discurrirán (Sab. III, 7). Pues llama cañaveral a la vida de los seculares, que al modo de las cañas avanzan por la gloria temporal exteriormente como hacia lo alto, pero interiormente se vacían de la solidez de la verdad. De donde también el reino de los judíos se compara con una caña cuando por el profeta, apareciendo el Señor en la verdad de la carne, se dice: La caña cascada no la quebrará, y el lino que humea no lo extinguirá (Isa. XLII, 3). ¿Pues qué denuncia con el nombre de caña sino el reino temporal del pueblo judaico, luciente ciertamente por fuera pero vacío por dentro? Y porque en el mismo pueblo ya había desfallecido el género real y un extranjero poseía su reino, aptamente llama a este mismo reino caña cascada. ¿Pero qué por el lino sino su sacerdocio se expresa, que ciertamente usaba vestiduras de lino? El cual, porque al advenimiento del Señor perdió el ardor de la caridad, como perdido ya el fuego de la fe, no fue ardiente sino humeante. Pero el Señor encarnado no quebró la caña cascada y no extinguió el lino que humea, porque el reino de Judea, que ya casi había sido destruido, y su sacerdocio, que no mantenía el fuego de la fe, no los hirió con la potencia del juicio, sino que los toleró con la longanimidad de la paciencia.

8. Las mentes de los seculares entregadas a la gloria temporal, semejantes a la caña.---En este lugar, por tanto, ¿qué otra cosa se designa con la apelación de caña sino las mentes de los seculares entregadas a la gloria temporal? Los cuales tanto se vacían interiormente ante sí mismos cuanto más altos y lucientes se muestran exteriormente, porque mientras fluyen hacia la gloria exterior por la superficie, no se consolidan con ninguna firmeza interior. Pues al modo de la caña están ciertamente vacíos por dentro por la necedad, pero hermosos por fuera por la apariencia y la ostentación; pero cuanto más estudiosamente buscan ellos la gloria exterior, tanto más se agitan sus corazones por los más graves estímulos de los pensamientos.

Unde recte nunc Behemoth iste in secreto calami dormire perhibetur, quia quorum studia ad appetitum temporalis nitoris atque altitudinis commovet, eorum corda tacitus tenet; et quasi ipse ibi quietus dormit, ubi eos quos possidet quiescere non permittit. Dum enim excedere caeteros bonorum altitudine ambiunt, dum more calami per nitorem exterioris munditiae justorum speciem, quasi solidarum arborum corticem, vincunt, in hoc quod ipsi interius vacui remanent, locum Behemoth isti, ubi apud se requiescere debeat, praebent. [Vet. V.] Unde et in Evangelio Dominus dicit quod spiritus exiens qui in locis aridis et inaquosis requiem non invenit, quia domum quam reliquerat vacuam scopisque mundatam reperit, hanc multiplicior intravit (Matth. XII, 43, seq.). Quia enim fluxa fit terra quae infunditur, loca arentia atque inaquosa sunt corda justorum, quae per disciplinae fortitudinem ab omni carnalis concupiscentiae humore siccantur. Unde hic quoque adhuc ubi Behemoth iste dormiat, demonstratur, cum protinus subditur: In locis humentibus.

1080 9. Carnales homines locis humidis similes. Diabolus hominibus per elationem vel per luxuriam dominatur.---Loca enim humentia sunt terrenorum hominum mentes, quas humor carnalis concupiscentiae, quia replet, fluidas facit. In quibus Behemoth iste iniquitatis suae vestigia tanto altius imprimit, quanto in eisdem mentibus pertransitus illius quasi in fluxa terra descendit. Loca quippe humentia sunt opera voluptuosa. Pes quippe in arida terra non labitur, fixus vero in lubrica vix tenetur. In locis ergo humentibus iter vitae praesentis faciunt, qui in hac ad justitiam recti stare non possunt. In his itaque locis humentibus Behemoth dormit, quia in reproborum hominum lubrica operatione requiescit. Nonnulli vero loca humentia, membra genitalia suspicantur. Quod si ita est, quid aperte aliud locis humentibus nisi luxuria designatur, ut et per calamum gloria superbiae, et per loca humentia luxuria corporis exprimatur? Duo quippe haec sunt vitia, quae humano generi immaniter dominantur, unum videlicet spiritus, atque aliud carnis. Elatio namque spiritum erigit, luxuria carnem corrumpit. Antiquus itaque hostis humanum genus vel per elationem praecipue, vel per luxuriam premens, in secreto calami atque in locis humentibus dormit, quia hominem damnatum sub ditione suae dominationis aut per elationem spiritus, aut per carnis corruptionem tenet. Quosdam vero in utroque possidet, quia cum eos superbiae spiritus elevat, a tumore suae altitudinis nec verecundia corruptionis inclinat. Sed nunquid contra hos intra sanctam Ecclesiam incessanter quotidie virtutum magistri non vigilant? Nunquid redarguere voluptates infimas, et suadere gaudia patriae coelestis cessant?

De donde rectamente se dice ahora que ese Behemoth duerme en el secreto de la caña, porque mantiene callados los corazones de aquellos cuyos estudios mueve al apetito del esplendor y la altura temporal; y como si él mismo durmiera allí quieto, donde no permite descansar a los que posee. Pues mientras ambicionan exceder a los demás en la altura de los bienes, mientras al modo de la caña superan por el esplendor de la limpieza exterior la apariencia de los justos, como si fuera la corteza de árboles sólidos, en esto que ellos mismos permanecen interiormente vacíos, ofrecen un lugar a ese Behemoth donde deba descansar consigo mismo. [Vet. V.] De donde también en el Evangelio dice el Señor que el espíritu que sale, el cual no encontró descanso en lugares áridos e inacuosos, porque encontró la casa que había dejado vacía y barrida con escobas, entró en ella más múltiple (Mat. XII, 43 y ss.). Pues porque se hace fluida la tierra que se infunde, los lugares áridos e inacuosos son los corazones de los justos, que por la fortaleza de la disciplina se secan de todo humor de la concupiscencia carnal. De donde aquí también se demuestra todavía dónde duerme ese Behemoth, cuando se añade a continuación: En lugares húmedos.

1080 9. Los hombres carnales semejantes a los lugares húmedos. El diablo domina a los hombres por la elación o por la lujuria.---Pues los lugares húmedos son las mentes de los hombres terrenos, a las que el humor de la concupiscencia carnal, porque las llena, las hace fluidas. En las cuales ese Behemoth imprime las huellas de su iniquidad tanto más profundamente cuanto el tránsito de aquel en las mismas mentes desciende como en tierra fluida. Ciertamente, los lugares húmedos son las obras voluptuosas. Pues el pie no resbala en tierra árida, pero apenas se mantiene fijo en la lubricidad. En los lugares húmedos, por tanto, hacen el camino de la vida presente los que en ésta no pueden estar rectos para la justicia. En estos lugares húmedos, pues, Behemoth duerme, porque descansa en la operación lúbrica de los hombres réprobos. Algunos, en cambio, sospechan que los miembros genitales son los lugares húmedos. Lo cual, si es así, ¿qué otra cosa se designa claramente por lugares húmedos sino la lujuria, para que tanto por la caña se exprese la gloria de la soberbia como por los lugares húmedos la lujuria del cuerpo? Pues estos son dos vicios que dominan inmensamente al género humano, uno a saber del espíritu y otro de la carne. Pues la elación erige el espíritu, la lujuria corrompe la carne. El antiguo enemigo, por tanto, oprimiendo al género humano o principalmente por la elación o por la lujuria, duerme en el secreto de la caña y en los lugares húmedos, porque mantiene al hombre condenado bajo el poder de su dominación o por la elación del espíritu o por la corrupción de la carne. A algunos, en cambio, los posee en ambos, porque cuando el espíritu de la soberbia los eleva, ni siquiera la vergüenza de la corrupción los inclina del tumor de su altura. Pero, ¿acaso no vigilan incesantemente cada día dentro de la santa Iglesia los maestros de las virtudes contra éstos? ¿Acaso cesan de reprender los placeres ínfimos y de persuadir a los gozos de la patria celestial?

Sed pravorum mentes tanto obstinatius summa non audiunt, quanto arctius infimis inhaeserunt. Quibus neque hoc sufficit, ut ipsi pereant, sed adhuc, quod est deterius, cum quoslibet argui emendarique conspiciunt, justorum increpationibus obviant, ne saltem alii corrigantur. Unde et bene subditur:

Caput IV

[Rec. IV].

VERS. 17.---Protegunt umbrae umbram ejus.

10. Umbrae sunt diaboli peccatores qui se invicem protegunt. Crimen dum defenditur, augetur.---Umbrae quippe sunt diaboli, omnes iniqui: qui dum imitationi iniquitatis ejus inserviunt, quasi ab ejus corpore imaginis speciem trahunt. Sicut autem umbrae ejus sunt pluraliter reprobi, ita singulariter umbra ejus est unusquisque peccator. Sed dum doctrinae justorum mali contradicunt, dum ab eis iniquum quemlibet corrigi non permittunt, umbrae Behemoth istius umbram ejus protegunt, quia peccatores quique in quo sibi male sunt conscii, in eo et alium peccantem defendunt. Umbrae umbram ejus protegunt, dum nequissimorum facta nequlores perversis patrociniis tuentur. Quod hoc nimirum studio faciunt, ne dum culpa in qua et ipsi obligati sunt, in aliis corrigitur, ad ipsos quandoque veniatur. Se igitur tegunt dum alios protegunt, quia suam vitam inde praevident impeti, unde alios considerant libera correptione confundi. Sicque fit ut summa criminum dum defenditur augeatur, et uniuscujusque nequitia eo sit ad perpetrandum facilis, quo difficilis ad puniendum. Scelera quippe peccantium tanto majora incrementa percipiunt, quanto per defensionem potentium diu inulla tolerantur. Sed 1031 tales quique seu extra, seu intra sanctam Ecclesiam esse videantur, tanto se apertiores Dei hostes exhibent, quanto majores sunt patroni vitiorum. Contra illum quippe suis defensionibus pugnant, cui ea displicent, quae defendendo multiplicant. Quod factum bene per prophetam Dominus sub Babylonis specie redarguit, dicens: Oriuntur in domibus ejus spinae et urticae, et paliurus in munitionibus ejus (Isai. XXXIV, 13).

Pero las mentes de los malvados tanto más obstinadamente no oyen las cosas supremas cuanto más estrechamente se han adherido a las ínfimas. Para quienes ni siquiera esto basta, que ellos mismos perezcan, sino que todavía, lo cual es peor, cuando ven que algunos son reprendidos y enmendados, se oponen a las increpaciones de los justos, para que al menos otros no se corrijan. De donde también bien se añade:

Capítulo IV

[Rec. IV].

VERS. 17.---Las sombras protegen su sombra.

10. Las sombras son los pecadores del diablo que se protegen mutuamente. El crimen aumenta mientras se defiende.---Ciertamente, las sombras del diablo son todos los inicuos: quienes, mientras sirven a la imitación de su iniquidad, toman como de su cuerpo la apariencia de una imagen. Pero así como sus sombras son los réprobos en plural, así su sombra es cada pecador en singular. Pero mientras los malos contradicen la doctrina de los justos, mientras no permiten que ningún inicuo sea corregido por ellos, las sombras de este Behemoth protegen su sombra, porque todos los pecadores en lo que son mal conscientes ante sí mismos, en eso también defienden a otro que peca. Las sombras protegen su sombra mientras los más malvados defienden los hechos de los más inicuos con perversos patrocinios. Lo cual ciertamente hacen con este estudio: para que, mientras la culpa en la que ellos mismos también están obligados se corrige en otros, no llegue en algún momento a ellos mismos. Se cubren, por tanto, a sí mismos mientras protegen a otros, porque prevén que su vida sea atacada desde allí, desde donde consideran que otros son confundidos por la libre corrección. Y así sucede que la suma de los crímenes aumenta mientras se defiende, y la iniquidad de cada uno es tanto más fácil de perpetrar cuanto más difícil de castigar. Ciertamente, los crímenes de los pecadores perciben tanto mayores incrementos cuanto que, por la defensa de los poderosos, se toleran impunes durante mucho tiempo. Pero tales personas, ya parezcan estar fuera o dentro de la santa Iglesia, se muestran tanto más abiertos enemigos de Dios cuanto mayores son los patronos de los vicios. Pues con sus defensas luchan contra Aquel a quien le desagradan esas cosas que, al defenderlas, multiplican. Hecho que bien reprende el Señor por el profeta bajo la especie de Babilonia, diciendo: Nacerán en sus casas espinas y ortigas, y el paliuro en sus fortificaciones (Isa. XXXIV, 13).

Quid namque per urticas nisi cogitationum prurigines, quid vero per spinas nisi vitiorum punctiones accipimus? In domibus igitur Babylonis urticae et spinae pullulant, quia in confusione mentis reprobae et desideria cogitationum surgunt quae exasperant, et operum peccata quae pungunt. Sed haec agentes habent etiam nequiores alios defensores suos. Unde illic apte protinus subdidit: Et paliurus in munitionibus ejus. Paliurus quippe tanta spinarum circumdatione densescit, ut prae asperitate tangi vix possit. Intus igitur urtica et spina nascitur, sed utrumque hoc exterius per paliurum munitur, quia videlicet minores iniqui mala quaelibet faciunt, sed ea nequissimi majores tuentur. Unde bene et hic dicitur: Protegunt umbrae umbram ejus. Dum enim malum pejor vindicat, quasi umbra umbram, ne a veritatis lumine irradietur, obscurat. Sequitur:

Caput V

[Vet. VI, Rec. V].

IBID.---Circumdabunt eum salices torrentis.

11. Mali salicibus similes: virent quidem, sed fructum non ferunt.---Infructuosae quidem arbores sunt salices; sed tamen tantae viriditatis sunt, ut arescere vel abscissae radicitus et projectae vix possint. Unde in sacro eloquio salicum nomine aliquando pro viriditate boni, aliquando pro sterilitate, reprobi designantur. Nisi enim electorum vitam per constantiam suae viriditatis exprimerent, nequaquam de sanctae Ecclesiae filiis propheta dixisset: Germinabunt inter herbas, sicut salices juxta praeterfluentes aquas (Isai. XLIV, 4). Sanctae enim Ecclesiae filii inter herbas sicut salices germinant, dum inter arescentem vitam carnalium hominum, et multiplici numerositate, et perpetua mentis viriditate perdurant. Qui bene juxta praeterfluentes aquas germinare perhibentur, quia unusquisque eorum ubertatem ad fructum percipit ex doctrina sacri eloquii, quae temporaliter percurrit. Et rursum nisi per sterilitatem salicum vita peccantium signaretur, nequaquam ex voce praedicantium contra Babyloniam Psalmista dixisset: In salicibus in medio ejus suspendimus organa nostra (Psal. CXXXVI, 2). Babylonis quippe medio inesse salices describuntur, quia nimirum infructuosi quique, atque ab amore patriae coelestis alieni, totis visceribus cordis in hac saeculi confusione radicantur. Unde et praedicatores sancti in istis salicibus non exercent organa, sed suspendunt, quia cum infructuosas ac reprobas mentes aspiciunt, vim suae praedicationis non exhibent, sed potius lugentes silent. Quid etiam per torrentem, nisi hujus mortalis vitae cursus exprimitur?

¿Pues qué entendemos por ortigas sino los picores de los pensamientos, y qué por espinas sino las punzadas de los vicios? En las casas de Babilonia, por tanto, brotan ortigas y espinas, porque en la confusión de la mente réproba surgen tanto deseos de pensamientos que exasperan como pecados de obras que punzan. Pero los que hacen estas cosas tienen también otros defensores suyos más malvados. De donde allí aptamente añadió a continuación: Y el paliuro en sus fortificaciones. Pues el paliuro se espesa con tal cerco de espinas que apenas puede tocarse por su aspereza. Dentro, por tanto, nace la ortiga y la espina, pero ambas cosas se protegen exteriormente por el paliuro, porque a saber los inicuos menores hacen cualesquiera males, pero los más malvados mayores los protegen. De donde bien se dice también aquí: Las sombras protegen su sombra. Pues mientras el peor vindica el mal, como una sombra oscurece a la sombra para que no sea irradiada por la luz de la verdad. Sigue:

Capítulo V

[Vet. VI, Rec. V].

IBÍD.---Los sauces del torrente lo rodearán.

32. Christus infirma mundi eligens, diaboli fortitudinem debellavit. Domus sapientiae Christi corpus, et Ecclesia. Ad praedicandum Evangelium soli assumpti sunt qui per se non essent idonei.---Subaudis ut ego. In servis etsi despecta est conditio, virilitas viget; in ancillis autem cum conditione pariter sexus jacet. Bene ergo Dominus Leviathan istum non servis, sed ancillis suis ligare se asserit, quia ad nostram redemptionem veniens, et suos contra mundi superbiam praedicatores mittens, relictis sapientibus insipientes, relictis fortibus debiles, relictis divitibus pauperes elegit. Ancillis ergo suis Leviathan hujus fortitudinem Dominus ligavit, quia attestante Paulo: Infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia (I Cor. I, 27). Unde bene per Salomonem dicitur: Sapientia aedificavit sibi domum, excidit columnas septem, immolavit victimas, miscuit vinum, proposuit mensam, misit ancillas suas ut vocarent ad arcem et moenia civitatis (Prov. IX, 1, 2, 3). Sapientia quippe domum sibi condidit, cum unigenitus Dei Filius in semetipso intra uterum Virginis, mediante anima, humanum sibi corpus creavit. Sic quippe corpus Unigeniti domus Dei dicitur, sicut etiam templum vocatur; ita vero, ut unus idemque Dei atque hominis filius ipse sit qui inhabitat, ipse qui inhabitatur. Quod tamen recte et aliter accipitur, si domus sapientiae Ecclesia vocetur. Quae septem sibi columnas excidit, quia ab amore praesentis saeculi disjunctas ad portandam ejusdem Ecclesiae fabricam mentes praedicantium erexit. Quae pro eo quod perfectionis virtute subnixae sunt, septenario numero designantur. Immolavit victimas, quia vitam praedicantium mactari in persecutione permisit. Vinum miscuit, quia divinitatis et humanitatis suae nobis pariter arcana praedicavit. Mensam quoque proposuit, quia Scripturae sacrae nobis pabula aperiendo praeparavit. Ancillas etiam suas misit, quae ad arcem nos atque civitatis moenia vocarent, quia praedicatores infirmos abjectosque habere studuit, qui fideles populos ad spiritalis patriae aedificia superna colligerent. Unde in Evangelio Dominus Nathanaelem laudat (Joan. I, 47), nec tamen in sorte praedicantium numerat, quia ad praedicandum eum tales venire debuerant, qui de laude propria nihil habebant, ut tanto solidius veritatis esse cognosceretur quod agerent, quanto et aperte cerneretur quia ad hoc agendum per se idonei non fuissent. Ut ergo mira potentia per praedicatorum linguas claresceret, prius mirabilius actum est ut eorumdem praedicantium meritum nullum esset.

32. Cristo, eligiendo lo débil del mundo, venció la fortaleza del diablo. La casa de la sabiduría es el cuerpo de Cristo y la Iglesia. Para predicar el Evangelio sólo fueron asumidos los que por sí mismos no serían idóneos.---Entiéndase como yo. En los siervos, aunque la condición sea despreciada, la virilidad tiene vigor; mas en las doncellas, junto con la condición, yace el sexo. Bien, pues, afirma el Señor que ata a este Leviatán no para sus siervos, sino para sus doncellas, porque viniendo para nuestra redención y enviando a sus predicadores contra la soberbia del mundo, eligió a los insipientes dejando a los sabios, a los débiles dejando a los fuertes, a los pobres dejando a los ricos. Para sus doncellas, pues, ató el Señor la fortaleza de este Leviatán, porque atestiguándolo Pablo: Lo débil del mundo eligió Dios para confundir a lo fuerte (1 Cor. 1, 27). Por lo cual bien se dice por Salomón: La sabiduría se edificó una casa, labró siete columnas, inmoló víctimas, mezcló el vino, puso la mesa, envió a sus doncellas para que llamaran a la fortaleza y a los muros de la ciudad (Prov. 9, 1, 2, 3). Pues la Sabiduría se fundó una casa cuando el Hijo unigénito de Dios creó para sí un cuerpo humano dentro del útero de la Virgen, por medio del alma, en sí mismo. Pues así el cuerpo del Unigénito se llama casa de Dios, como también es llamado templo; de tal modo, ciertamente, que uno mismo sea el hijo de Dios y del hombre que habita y el que es habitado. Lo cual, sin embargo, recta y de otro modo se entiende si la Iglesia es llamada casa de la sabiduría. La cual se labró siete columnas porque elevó las mentes de los predicadores, disjuntas del amor del presente siglo, para portar la fábrica de la misma Iglesia. Las cuales, por el hecho de estar apoyadas en la virtud de la perfección, se designan por el número septenario. Inmoló víctimas porque permitió que la vida de los predicadores fuera sacrificada en la persecución. Mezcló el vino porque nos predicó igualmente los arcanos de su divinidad y de su humanidad. Puso también la mesa porque nos preparó los alimentos de la Sagrada Escritura abriéndolos. Envió también a sus doncellas, que nos llamaran a la fortaleza y a los muros de la ciudad, porque se esmeró en tener predicadores débiles y abyectos que congregaran a los pueblos fieles para los edificios supremos de la patria espiritual. Por lo cual en el Evangelio el Señor alaba a Natanael (Juan 1, 47) y, sin embargo, no lo numera en la suerte de los predicadores, porque para predicar debían venir a Él tales que nada tuvieran de alabanza propia, para que tanto más sólidamente se conociera que era de la verdad lo que hacían cuanto también abiertamente se viera que no habrían sido idóneos por sí mismos para hacer esto. Para que, pues, la maravillosa potencia brillara por las lenguas de los predicadores, primero se actuó más maravillosamente que el mérito de los mismos predicadores fuera nulo.

Ancillas ergo Dominus misit, et Leviathan hujus fortitudinem ligavit, quia infirmos praedicatores mundo exhibuit, et potentes quosque, qui ejus corpus fuerant, sub terroris sui vinculo restrinxit. Et in semetipso Leviathan iste ancillis ligatur, cum infirmis praedicantibus, veritatis clarescente lumine, contra electorum mentes antiquus hostis non quantum vult saevire permittitur; sed ne sub infidelitatis captivitate cunctos quos appetit teneat, signis et virtutibus coarctatur. Ipse ergo per se hoc fortiter facit, qui contra contra illum vires non fortibus tribuit. Sed quia quos contra eum Dominus mittat insinuat, nunc etiam quid ipsi agant qui mittuntur, adjungit. Sequitur:

Caput XVII

[Vet. XXII, Rec. XVI].

VERS. 25.---Concident eum amici, divident illum negotiatores.

33. Diaboli membra conciduntur, cum ab ejus corpore peccatores separantur Christo sociandi. Praedicatores sunt negotiatores.---Leviathan iste toties conciditur, quoties divini verbi gladio sua ab illo membra separantur. Iniqui enim cum verbum veritatis audiunt, et, sancto timore perculsi, ab antiqui se hostis imitatione suspendunt, ipse in corpore suo dividitur, cui hi qui prave inhaeserant subtrahuntur. Ipsos vero amicos nominat, quos superius ancillas vocat; ipsos etiam negotiatores appellat, quos amicos dixerat. Sancti etenim praedicatores prius ancillae sunt per formidinem, post amici per fidem, ad extremum quoque negotiatores per actionem. Ipsis quippe infirmantibus dicitur: Nolite timere, pusille grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum (Luc. XII, 32). Ipsis rursum convalescentibus dicitur: Vos autem dixi amicos, quia omnia quaecunque audivi a Patre meo, nota feci vobis (Joan. XV, 15). Ipsis ad extremum in negotii operationem pergentibus jubetur: Euntes in mundum universum, praedicate Evangelium omni creaturae (Marc. XVI, 15). In praedicatione quippe fidei quasi quoddam negotium geritur, dum verbum datur, et fides ab auditoribus sumitur. Quasi quoddam negotium faciunt, qui praedicationem praerogant, et a populis fidem reportant. Fidem impartiunt, et eorum sanctam protinus vitam sumunt. Si enim justorum praedicatio negotium non fuisset, profecto Psalmista non diceret: Sumite psalmum, et date tympanum (Psal. LXXX, 2). In tympano etenim corium siccatur ut sonet. Quid est ergo dicere: Sumite psalmum, et date tympanum, nisi accipite spiritale canticum cordis, et reddite temporalem macerationem corporis?

Envió, pues, el Señor a las doncellas y ató la fortaleza de este Leviatán, porque exhibió al mundo predicadores débiles y restringió bajo el vínculo de su terror a cuantos potentes habían sido el cuerpo de él. Y en sí mismo este Leviatán es atado por las doncellas cuando, brillando la luz de la verdad por los débiles que predican, no se permite al antiguo enemigo ensañarse contra las mentes de los elegidos cuanto quiere; sino que para que no retenga bajo el cautiverio de la infidelidad a cuantos apetece, es coartado por signos y virtudes. Él mismo, pues, hace esto fuertemente por sí mismo, quien contra él da fuerzas a los que no son fuertes. Pero porque insinúa a quiénes envía el Señor contra él, añade ahora también qué hacen los mismos que son enviados. Sigue:

Capítulo XVII

[Vet. XXII, Rec. XVI].

VERS. 25.---Los amigos lo trocearán, los negociantes lo dividirán.

33. Los miembros del diablo son troceados cuando de su cuerpo son separados los pecadores para ser asociados a Cristo. Los predicadores son los negociantes.--- Este Leviatán es troceado tantas veces cuantas por la espada de la palabra divina son separados de él sus miembros. Pues los inicuos, cuando oyen la palabra de la verdad y, heridos de santo temor, se suspenden de la imitación del antiguo enemigo, él mismo es dividido en su cuerpo, al cual se le sustraen los que malamente le estaban adheridos. A los mismos llama amigos a los que arriba llama doncellas; a los mismos llama también negociantes a los que había dicho amigos. Pues los santos predicadores primero son doncellas por el temor, después amigos por la fe, al final también negociantes por la acción. Pues a los mismos siendo débiles se les dice: No temáis, manada pequeña, porque a vuestro Padre le ha placido daros el reino (Luc. 12, 32). A los mismos de nuevo fortaleciéndose se les dice: Mas a vosotros os he dicho amigos, porque todas las cosas que oí de mi Padre os las he hecho conocer (Juan 15, 15). A los mismos al final dirigiéndose a la operación del negocio se les manda: Id por todo el mundo, predicad el Evangelio a toda criatura (Mar. 16, 15). Pues en la predicación de la fe se gestiona como un cierto negocio mientras se da la palabra y se toma la fe de los oyentes. Hacen como un cierto negocio los que prorrogan la predicación e informan de la fe de los pueblos. Imparten la fe y al punto toman la vida santa de ellos. Pues si la predicación de los justos no hubiera sido un negocio, ciertamente el Salmista no diría: Tomad el salmo y dad el tamboril (Sal. 80, 2). Pues en el tamboril se seca el cuero para que suene. ¿Qué es, pues, decir: Tomad el salmo y dad el tamboril, sino recibid el cántico espiritual del corazón y devolved la maceración temporal del cuerpo?

Si superna praedicatio negotium non fuisset, nequaquam sub typo fortis mulieris Salomon de sancta Ecclesia diceret: Sindonem fecit et vendidit, et cingulum tradidit Chananaeo (Prov. XXXI, 24). Quid enim signatur per linteum sindonis, nisi subtilis intextio sanctae praedicationis? In qua molliter quiescitur, quia mens in illa fidelium spe superna refovetur. Unde et Petro animalia in linteo demonstrantur (Act. X, 11), quia peccatorum animae misericorditer aggregatae, in blanda fidei quiete continentur. Hanc ergo sindonem Ecclesia fecit, et vendidit, quia fidem quam credendo texuerat loquendo dedit, et ab infidelibus vitam rectae conversationis accepit. Quae et Chananaeo cingulum tradidit, quia per vigorem demonstratae justitiae, fluxa opera gentilitatis astrinxit, ut hoc quod praecipitur vivendo teneatur: Sint lumbi vestri praecincti (Luc. XII, 35). Praedicatores ergo suos Dominus quaerendo ancillas invenit, permutando amicos facit, ditando negotiatores exhibet. Qui enim mundi prius minas infirmi timuerunt, post ad cognoscenda divina consilia ascendunt. Ditati autem virtutibus, usque ad exercendum negotium fidei perducuntur, ut Leviathan istius membra increpando atque suadendo tanto severius incidant, quanto et amici facti amori veritatis semetipsos verius copulant, atque ab eo peccantium animas tanto celerius subtrahant, quanto negotiatores idonei effecti in semetipsis amplissimas apothecas virtutum monstrant. Quia enim per praedicatores Dei valde laudabiliter a Leviathan isto res possessa dividitur, veritatis vox per prophetam pollicetur, dicens: Et si separaveris pretiosum a vili, quasi os meum eris (Jerem. XV, 19). Pretiosum quippe a vili separat, qui humanas mentes a reproba antiqui hostis imitatione disjungit. Recte os Dei dicitur, quia per eum procul dubio eloquia divina formantur. Sequitur:

Caput XVIII

[Rec. XVII].

VERS. 26. Nunquid implebis sagenas pelle ejus, et gurgustium piscium capite illius?

34. In Ecclesiae sagena prius capti piscatores, deinde per eos rhetores et philosophi.---Quid per sagenas vel gurgustium piscium nisi ecclesiae fidelium, quae unam Ecclesiam catholicam faciunt, designatur? Unde in Evangelio scriptum est: Simile est regnum coelorum sagenae missae in mare, et ex omni genere piscium congreganti (Matth. XIII, 47). Regnum coelorum scilicet vocatur Ecclesia, cujus dum mores Dominus ad superna sublevat, jam haec ipsa in Domino per coelestem conversationem regnat.

Si la suprema predicación no hubiera sido un negocio, de ningún modo diría Salomón de la santa Iglesia bajo el tipo de la mujer fuerte: Hizo una sábana y la vendió, y entregó un cinturón al cananeo (Prov. 31, 24). ¿Qué se significa por el lienzo de la sábana sino el sutil tejido de la santa predicación? En la cual se descansa blandamente porque la mente de los fieles es recreada en ella por la esperanza suprema. Por lo cual también a Pedro se le muestran animales en un lienzo (Hech. 10, 11), porque las almas de los pecadores misericordiosamente congregadas son contenidas en la blanda quietud de la fe. Esta sábana, pues, hizo la Iglesia y la vendió, porque la fe que creyendo había tejido, hablando la dio, y de los infieles recibió la vida de la recta conversación. La cual también entregó el cinturón al cananeo porque por el vigor de la justicia demostrada, restringió las obras fluidas de la gentilidad para que esto que se preceptúa se mantenga viviendo: Estén ceñidos vuestros lomos (Luc. 12, 35). A sus predicadores, pues, el Señor buscándolos los encuentra doncellas, permutándolos los hace amigos, enriqueciéndolos los exhibe negociantes. Pues los que primero temieron débiles las amenazas del mundo, después ascienden a conocer los consejos divinos. Enriquecidos, pues, con virtudes, son conducidos hasta ejercer el negocio de la fe, para que increpando y persuadiendo incidan los miembros de este Leviatán tanto más severamente cuanto amigos hechos se acoplan más verdaderamente al amor de la verdad, y de él sustraigan las almas de los que pecan tanto más pronto cuanto negociantes idóneos hechos muestran en sí mismos amplísimos almacenes de virtudes. Pues porque por los predicadores de Dios es muy laudablemente dividida de este Leviatán la cosa poseída, la voz de la verdad promete por el profeta diciendo: Y si separares lo precioso de lo vil, serás como mi boca (Jer. 15, 19). Pues separa lo precioso de lo vil quien disjunta las mentes humanas de la réproba imitación del antiguo enemigo. Rectamente es llamado boca de Dios porque por él sin duda se forman los elocuio divinos. Sigue:

Capítulo XVIII

[Rec. XVII].

VERS. 26. ¿Llenarás las redes con su piel, o la cabaña de los peces con su cabeza?

34. En la red de la Iglesia primero fueron capturados los pescadores, luego por ellos los retóricos y filósofos.---¿Qué se designa por las redes o la cabaña de los peces sino las iglesias de los fieles, que hacen una sola Iglesia católica? Por lo cual está escrito en el Evangelio: El reino de los cielos es semejante a una red echada al mar, y que congrega de todo género de peces (Mat. 13, 47). Se llama reino de los cielos a la Iglesia, cuyas costumbres, mientras el Señor las eleva a lo supremo, ya ésta reina en el Señor por la conversación celestial.

Quae recte etiam sagenae missae in mare comparatur, ex omni genere piscium congreganti, quia missa in hoc gentilitatis saeculum, nullum respuit; sed malos cum bonis, superbos cum humilibus, iracundos cum mitibus, et fatuos cum sapientibus cepit. In pelle vero Leviathan istius, stultos ejus corporis, in capite autem prudentes accipimus. Vel certe pelle, quae est exterius, subditi ad haec extrema servientes, capite autem praepositi, designantur. Et bene Dominus, servato ordine, has sagenas vel gurgustium piscium, id est Ecclesiam suam, et vota fidelium prius se pelle ejus et postmodum capite asserit impleturum, quia, sicut superius diximus (Sup., c. 16 hujus lib., n. 32), prius elegit infirma, ut post confunderet fortia. Elegit quippe stulta mundi, ut confunderet sapientes (I Cor. I, 27). Prius namque collegit indoctos, et postmodum philosophos; et non per oratores docuit piscatores, sed mira potentia per piscatores subegit oratores. Dicit ergo: Nunquid implebis sagenas pelle ejus, aut gurgustium piscium capite illius. Subaudis, ut ego, qui intra Ecclesiam fidelium prius quasi pellem diaboli extremos atque infimos colligo, et postmodum caput illius, id est prudentes mihi adversarios, subdo. Sequitur: Pones super eum manum tuam? Id est ut ego, qui forti illum potentia reprimens, non plus quam expediat saevire permitto, ejusque saevitiam quantum permisero in electorum meorum utilitatem retorqueo. Vel certe manum super eum ponere est virtutis potestate superare. Beato igitur Job per interrogationem dicitur: VERS. 27.---Pones super eum manum tuam? [Vet. XXIII.] Ac si aperte diceretur? Nunquid virtute illum propria reprimes? Unde et apte mox subditur:

CAPUT XIX.

IBID.---Memento belli, nec ultra addas loqui.

35. Quam alta dispensatione Deus famulos suos vel minis, vel etiam flagellis premat.---Alta dispensatio judiciorum Dei idcirco saepe bene merentes famulos vel minis impetit, vel flagellis premit, vel quibusdam superimpositis oneribus gravat, vel laboriosis occupationibus implicat, quia mira potentia praevidet quod si quieti ac liberi in tranquillitate persisterent, tentationes ferre adversarii non valentes, mentis prostrati vulneribus jacerent. Dum ergo eos foris tolerandis flagellis vel oneribus occupat, a suscipiendis intus tentationum jaculis occultat. Moris quippe medicinalis est, ut saepe fervorem viscerum in pruriginem cutis trahat, et plerumque inde interius curat, unde exterius sauciat.

La cual rectamente se compara también a una red echada al mar, que congrega de todo género de peces, porque echada en este siglo de la gentilidad, a ninguno rechaza; sino que capturó a los malos con los buenos, a los soberbios con los humildes, a los iracundos con los mansos, y a los fatuos con los sabios. En la piel de este Leviatán, pues, entendemos a los necios de su cuerpo, mas en la cabeza a los prudentes. O ciertamente por la piel, que está fuera, se designan los súbditos que sirven en estas cosas extremas, mas por la cabeza los prepósitos. And well the Lord, guardado el orden, afirma que llenará estas redes o la cabaña de los peces, esto es su Iglesia y los votos de los fieles, primero con su piel y después con su cabeza, porque, como dijimos arriba (Sup., c. 16 de este libro, n. 32), primero eligió lo débil para después confundir lo fuerte. Eligió ciertamente lo necio del mundo para confundir a los sabios (1 Cor. 1, 27). Pues primero congregó a los indoctos y después a los filósofos; y no enseñó a los pescadores por los retóricos, sino que por maravillosa potencia sometió a los retóricos por los pescadores. Dice, pues: ¿Llenarás las redes con su piel, o la cabaña de los peces con su cabeza? Entiéndase como yo, que dentro de la Iglesia de los fieles primero congrego casi como la piel del diablo a los extremos e ínfimos, y después someto a mí su cabeza, esto es a los adversarios prudentes. Sigue: ¿Pondrás sobre él tu mano? Esto es como yo, que reprimiéndolo con fuerte potencia, no permito que se ensañe más de lo que conviene, y su saña, cuanto permitiere, la retuerzo para utilidad de mis elegidos. O ciertamente poner la mano sobre él es superarlo por la potestad de la virtud. Se dice, pues, al bienaventurado Job por interrogación: VERS. 27.---¿Pondrás sobre él tu mano? [Vet. XXIII.] ¡Como si se dijera abiertamente: ¿Lo reprimirás por tu propia virtud? Por lo cual también aptamente se añade pronto:

CAPÍTULO XIX.

IBID.---Acuérdate de la guerra, y no vuelvas a hablar más.

35. Con qué alta dispensación Dios oprime a sus siervos ya con amenazas, ya incluso con azotes.---La alta dispensación de los juicios de Dios por eso a menudo acomete a los siervos beneméritos ya con amenazas, ya los oprime con azotes, ya los grava con ciertas cargas superpuestas, ya los implica en laboriosas ocupaciones, porque por maravillosa potencia prevé que si persistieran quietos y libres en la tranquilidad, no pudiendo soportar las tentaciones del adversario, yacerían postrados por las heridas de la mente. Mientras, pues, los ocupa fuera con azotes o cargas que tolerar, los oculta de recibir dentro los dardos de las tentaciones. Pues es de costumbre medicinal que a menudo atraiga el fervor de las vísceras a la picazón de la piel, y la mayoría de las veces cura de allí interiormente de donde hiere exteriormente.

Ita nonnunquam divinae dispensationis medicamine agitur ut exterioribus doloribus internum vulnus adimatur, et flagellorum sectionibus repellatur ea quae occupare mentem poterat interior putredo vitiorum; et tamen saepe dum patentis culpae sibi homines conscii non sunt, et aut doloribus cruciantur, aut laboribus deprimuntur, contra justum atque omnipotentem judicem in querelam prosiliunt, scilicet minus intuentes contra quam fortem adversarium bellum gerunt. Cujus si intolerabiles vires sollicite attenderent, nequaquam de his quae exterius tolerant murmurarent.

36. Haec gravia non videntur, si bella occulti adversarii graviora ponderemus. Non patris flagellum sed hostis gladium formidemus.---Sed ideo videntur nobis haec gravia, quia bella occulti adversari nolumus pensare graviora. A quibus plerumque bellis, ut diximus, dum flagellamur, defendimur, dum affligimur, occultamur. Caro enim nostra prius quam resurrectionis incorruptione solidetur, si nullo moerore afficitur, in tentationibus effrenatur. Quis autem nesciat quod multo melius sit ardere flamma febrium quam igne vitiorum? Et tamen cum febre corripimur, quia vitiorum aestum qui occupare nos poterat considerare negligimus, de percussione murmuramus. Quis nesciat quod multo melius sit duris in servitio hominibus subjici, quam blandientibus daemoniacis spiritibus subdi? Et tamen cum alto Dei judicio jugo humanae conditionis atterimur, in querelam prosilimus, nimirum quia minus attendimus quod si nos nulla conditio servitutis opprimeret, fortasse mens nostra multis iniquitatibus pejus libera deserviret. Ideo ergo haec quae toleramus, gravia credimus, quia bella hostis callidi, quam sint contra nos dura atque intolerabilia non videmus. Menti enim nostrae omne pondus vilesceret, si ea quae se opprimere poterant, occulti adversarii bella pensaret. Quid enim si omnipotens Deus onera quae patimur sublevet, sed tamen sua nobis adjutoria subtrahat, et inter Leviathan istius nos tentamenta derelinquat? Saeviente tanto hoste quo ibimus, si nullis auctoris nostri protectionibus defendamur? Quia ergo beatus Job culpae sibi conscius non erat, et dura tamen flagella tolerabat, ne fortasse in vitio murmurationis excedat, memoretur quod timeat, et dicatur ei: Memento belli, nec ultra addas loqui. [Rec. XVIII.] Ac si ei aperte diceretur: Si occulti hostis contra te bellum consideras, quidquid a me pateris, non accusas. Si impetentem te adversarii gladium prospicis, flagellum patris nullatenus perhorrescis. Vides enim quali flagello te ferio, sed intueri negligis a quanto te hoste flagellando liberum servo.

Así a veces se actúa por la medicina de la divina dispensación para que por los dolores exteriores se quite la herida interna, y por las secciones de los azotes se repela aquella que podía ocupar la mente, la interna putrefacción de los vicios; y sin embargo a menudo, mientras los hombres no son conscientes de culpa patente y o son atormentados con dolores o son deprimidos con trabajos, prorrumpen en quejas contra el justo y omnipotente Juez, a saber, mirando menos contra qué fuerte adversario llevan a cabo la guerra. Cuya intolerable fuerza si atendieran solícitamente, de ningún modo murmurarían de estas cosas que toleran exteriormente.

36. Estas cosas pesadas no parecen tales si ponderamos las guerras más pesadas del adversario oculto. No temamos el azote del padre sino la espada del enemigo.---Pero por eso nos parecen estas cosas pesadas, porque no queremos pensar en las guerras más pesadas del adversario oculto. De las cuales guerras, la mayoría de las veces, como dijimos, mientras somos azotados, somos defendidos; mientras somos afligidos, somos ocultados. Pues nuestra carne, antes de que sea consolidada por la incorrupción de la resurrección, si no es afectada por ningún pesar, se desenfrena en las tentaciones. ¿Quién, pues, ignora que es mucho mejor arder con la llama de las fiebres que con el fuego de los vicios? Y sin embargo, cuando somos arrebatados por la fiebre, porque descuidamos considerar el ardor de los vicios que podía ocuparnos, murmuramos por el golpe. ¿Quién ignora que es mucho mejor estar sujetos a hombres duros en el servicio que estar sujetos a los halagadores espíritus demoníacos? Y sin embargo, cuando por el alto juicio de Dios somos quebrantados por el yugo de la condición humana, prorrumpimos en quejas, a saber, porque atendemos menos que si ninguna condición de servidumbre nos oprimiera, tal vez nuestra mente, libre, serviría peor a muchas iniquidades. Por eso, pues, estas cosas que toleramos las creemos pesadas, porque no vemos cuán duras e intolerables son contra nosotros las guerras del enemigo astuto. Pues todo peso se envilecería para nuestra mente si pensara en las guerras del adversario oculto que podían oprimirla. Pues ¿qué si Dios omnipotente levantara las cargas que padecemos, pero sin embargo nos sustrajera sus auxilios y nos abandonara entre las tentaciones de este Leviatán? Ensañándose tanto enemigo, ¿a dónde iremos si no somos defendidos por ninguna protección de nuestro autor? Porque, pues, el bienaventurado Job no era consciente de culpa y, sin embargo, toleraba duros azotes, para que tal vez no exceda en el vicio de la murmuración, acuérdese de lo que debe temer y dígasele: Acuérdate de la guerra, y no vuelvas a hablar más. [Rec. 18.] ¡Como si se le dijera abiertamente: Si consideras la guerra del enemigo oculto contra ti, no acusas cualquier cosa que de mí padeces. Si prevés la espada del adversario que te acomete, de ningún modo te horrorizas por el azote del padre. Pues ves con qué azote te hiero, pero descuidas mirar de cuánto enemigo te guardo libre azotándote.

Memento ergo belli, nec ultra addas loqui, id est, tanto te ad disciplinam patris exhibe tacitum, quanto te prospicis ad bella hostis infirmum. Dum ergo me corripiente percuteris, ut aequanimiter feras, hostem tuum ad memoriam revoca, et durum non aestimes omne quod pateris, dum externis cruciatibus ab interna passione liberaris. Quia autem Leviathan iste de divina misericordia falsa sibi promissione blanditur, postquam terrorem fortitudinis ejus intulit, et beati Job animum in ejus circumspectione commovit, dicens: Memento belli, nec ultra addas loqui; ut irremissibilem reatum ejus ostenderet, illico adjunxit:

Caput XX

[Vet. XXIV, Rec. XIX].

VERS. 28.---Ecce spes ejus frustrabitur eum.

37. Diaboli et reproborum omnium aeterna damnatio, praesentibus omnibus electis publicanda.---Quod sic de eo debet intelligi, ut referri etiam ad illius corpus possit, quia iniqui omnes qui districtionem justitiae divinae non metuunt, incassum sibi de misericordia blandiuntur. Moxque ad consolationem nostram rediens, extremi judicii futurum ejus interitum praenuntiat, dicens: Et videntibus cunctis praecipitabitur. Cunctis enim videntibus praecipitabitur, quia aeterno tunc judice terribiliter apparonte, astantibus legionibus angelorum, assistente cuncto ministerio coelestium potestatum, atque electis omnibus ad hoc spectaculum deductis, ista bellua crudelis et fortis in medium captiva deducitur, et cum suo corpore, id est cum reprobis omnibus, aeternis gehennae incendiis mancipatur, cum dicitur: Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, qui praeparatus est diabolo et angelis ejus (Matth. XXV, 41). O quale erit illud spectaculum, quando haec immanissima bestia electorum oculis ostendetur, quae hoc belli tempore nimis illos terrere potuerat, si videretur! Sed occulto ac miro Dei consilio agitur, ut et nunc per ejus gratiam a pugnantibus non visa vincatur, et tunc a laetis victoribus jam captiva videatur. Tunc autem justi divino adjutorio quantum debitores sunt plenius recognoscunt, quando tam fortem bestiam viderint quam nunc infirmi vicerunt, et in hostis sui immanitate conspiciunt quantum debeant gratiae defensoris sui. Redeunt enim de hoc praelio tunc milites nostri virtutum trophaea referentes; et receptis corporibus, cum jam in illo judicio coelestis regni introitum sortiuntur, prius immanissimas vires hujus antiqui serpentis aspiciunt, ne vile aestiment quod evaserunt. Bene ergo dicitur: Et videntibus cunctis praecipitabitur, quia visa mors ejus tunc gaudium exhibet, cujus tolerata vita nunc justis quotidie in cruciatibus bellum movet.

Acuérdate, pues, de la guerra, y no vuelvas a hablar más, esto es, muéstrate tan tácito a la disciplina del padre cuanto te prevés débil para las guerras del enemigo. Mientras, pues, por mi corrección eres golpeado, para que lo lleves con ecuanimidad, vuelve a la memoria a tu enemigo y no estimes como duro todo lo que padeces, mientras por los tormentos externos eres liberado de la pasión interna. Pero porque este Leviatán se halaga con falsa promesa acerca de la divina misericordia, después de que introdujo el terror de su fortaleza y conmovió el ánimo del bienaventurado Job en su circunspección, diciendo: Acuérdate de la guerra, y no vuelvas a hablar más; para mostrar su irreprochable reato, al punto añadió:

Capítulo XX

[Vet. XXIV, Rec. XIX].

VERS. 28.---He aquí que su esperanza lo frustrará.

37. La eterna condenación del diablo y de todos los réprobos, que se hará pública ante todos los elegidos presentes.---Lo cual debe entenderse así de él, que pueda referirse también a su cuerpo, porque todos los inicuos que no temen la estrechez de la divina justicia, se halagan en vano con la misericordia. Y pronto volviendo a nuestra consolación, preanuncia su futuro exterminio del juicio final, diciendo: Y a vista de todos será precipitado. Pues a vista de todos será precipitado, porque apareciendo entonces terriblemente el Juez eterno, estando presentes las legiones de ángeles, asistiendo todo el ministerio de las potestades celestiales, y habiendo sido conducidos todos los elegidos a este espectáculo, esta bestia cruel y fuerte es conducida cautiva al medio, y con su cuerpo, esto es con todos los réprobos, es entregada a los eternos incendios de la Gehena cuando se dice: Apartaos de mí, malditos, al fuego eterno que está preparado para el diablo y sus ángeles (Mat. 25, 41). ¡Oh, qué espectáculo será aquél, cuando esta bestia inmensísima sea mostrada a los ojos de los elegidos, la cual en este tiempo de guerra hubiera podido aterrorizarlos demasiado si fuera vista! Pero se actúa por el oculto y maravilloso consejo de Dios para que tanto ahora, por su gracia, sea vencida por los que luchan sin ser vista, como entonces sea vista ya cautiva por los alegres vencedores. Entonces, pues, los justos reconocen más plenamente cuánto son deudores al auxilio divino cuando vean a una bestia tan fuerte a la que ahora siendo débiles vencieron, y en la inmensidad de su enemigo contemplan cuánto deben a la gracia de su Defensor. Pues vuelven de este combate entonces nuestros soldados de las virtudes refiriendo los trofeos; y recibidos los cuerpos, cuando ya en aquel juicio sortean la entrada del reino celestial, primero contemplan las inmensísimas fuerzas de esta antigua serpiente para que no estimen como vil lo que evitaron. Bien, pues, se dice: Y a vista de todos será precipitado, porque su muerte vista exhibe entonces gozo, cuya vida tolerada mueve ahora diariamente guerra a los justos en los tormentos.

Sed audientes ista, ac si protinus quereremur, Domino dicentes: Domine, qui Leviathan istum tantae esse fortitudinis non ignoras, eum in certamine infirmitatis nostrae cur suscitas? illico adjunxit: CAP. XLI, VERS. 1.---Non quasi crudelis suscitabo eum. [Vet. XXV, Rec. XX.] Et velut si mox a nobis causa rationis quaereretur. Quomodo non eum quasi crudelis suscitas, quem scimus quia tantos invadere et devorare permittis? statim subdidit, dicens:

CAPUT XXI.

VERS. 1, 2.---Quis enim resistere potest vultui meo? et quis ante dedit mihi, ut reddam ei?

38. Gratia Dei gratuita.---Quibus duobus versibus et virtutem suae potentiae, et omne pondos rationis explevit. Nam propter potentiam dixit: Quis enim resistere potest vultui meo? Et propter rationem subdidit: Quis ante dedit mihi, ut reddam ei? Ac si diceret: Non eum quasi crudelis suscito, quia de ejus fortitudine et electos meos potenter eripio, et rursum reprobos non injuste, sed rationabiliter damno; id est, et eos quos benigne eligo eripere mirabiliter possum, et eos quos respuo non injuste derelinquo. Nemo quippe ut divina illum gratia subsequatur prius aliquid contulit Deo. Nam si nos Deum bene operando praevenimus, ubi est quod Propheta ait: Misericordia ejus praeveniet me (Psal. LVIII, 11). Si quid nos bonae operationis dedimus, ut ejus gratiam mereremur, ubi est quod Apostolus dicit: Gratia salvati estis per fidem; et hoc non ex vobis, sed Dei donum est, non ex operibus (Ephes. II, 8)? Si nostra dilectio Deum praevenit, ubi est quod Joannes apostolus dicit: Non quia nos dilexerimus Deum, sed quia ipse prior dilexit nos (I Joan. IV, 10)? Ubi est quod per Osee Dominus dicit: Diligam eos spontanee (Oseae XIV, 5)? Si sine ejus munere nostra virtute Deum sequimur, ubi est quod per Evangelium Veritas protestatur, dicens: Sine me nihil potestis facere (Joan. XV, 5)? Ubi est quod ait: Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum (Ibid. VI, 43)? Ubi est quod iterum dicit: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos (Ibid. XV, 16)? Si saltem dona bonorum operum virtute nostra bene cogitando praevenimus, ubi est quod rursum per Paulum tam salubriter dicitur, ut omnis de se humanae mentis fiducia ab ipsa cordis radice succidatur, cum dicit: Non quia sufficientes simus aliquid cogitare a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est (II Cor. III, 5)? Nemo ergo Deum meritis praevenit, ut tenere eum quasi debitorem possit; sed miro modo aequus omnibus conditor, et quosdam praeelegit, et quosdam in suis pravis moribus juste derelinquit.

Pero oyendo estas cosas, como si al punto nos quejáramos diciendo al Señor: Señor, que no ignoras que este Leviatán es de tanta fortaleza, ¿por qué lo suscitas en el certamen de nuestra debilidad? al punto añadió: CAP. 41, VERS. 1.---No como cruel lo suscitaré. [Vet. XXV, Rec. XX.] Y como si pronto se nos preguntara la causa de la razón: ¿Cómo no lo suscitas como cruel, a quien sabemos que permites invadir y devorar a tantos? al punto añadió diciendo:

CAPÍTULO XXI.

VERS. 1, 2.---¿Pues quién podrá resistir a mi rostro? ¿y quién me dio a mí primero para que yo se lo devuelva?

38. La gracia de Dios es gratuita.---Con cuyos dos versículos cumplió tanto la virtud de su potencia como todo el peso de la razón. Pues por la potencia dijo: ¿Pues quién podrá resistir a mi rostro? Y por la razón añadió: ¿y quién me dio a mí primero para que yo se lo devuelva? Como si dijera: No lo suscito como cruel porque de su fortaleza tanto arrebato potentemente a mis elegidos, como de nuevo condeno a los réprobos no injustamente sino racionalmente; esto es, tanto puedo arrebatar maravillosamente a los que benignamente elijo, como no injustamente abandono a los que rechazo. Pues nadie, para que la gracia divina le subsiga, dio primero algo a Dios. Pues si nosotros prevenimos a Dios obrando bien, ¿dónde está lo que el Profeta dice: Su misericordia me prevendrá (Sal. 58, 11)? Si algo de buena operación dimos para merecer su gracia, ¿dónde está lo que el Apóstol dice: Por gracia sois salvos por la fe; y esto no de vosotros, sino que es don de Dios, no de las obras (Ef. 2, 8)? Si nuestra dilección previno a Dios, ¿dónde está lo que el apóstol Juan dice: No porque nosotros hayamos amado a Dios, sino porque Él nos amó primero a nosotros (1 Juan 4, 10)? ¿Dónde está lo que por Oseas dice el Señor: Los amaré espontáneamente (Os. 14, 5)? Si sin su don seguimos a Dios por nuestra propia virtud, ¿dónde está lo que por el Evangelio la Verdad protesta diciendo: Sin mí nada podéis hacer (Juan 15, 5)? ¿Dónde está lo que dice: Nadie puede venir a mí si el Padre que me envió no lo trajere (Ibíd. 6, 44)? ¿Dónde está lo que de nuevo dice: No me elegisteis vosotros a mí, sino que yo os elegí a vosotros (Ibíd. 15, 16)? Si al menos prevenimos los dones de las buenas obras pensando bien por nuestra propia virtud, ¿dónde está lo que de nuevo por Pablo se dice tan saludablemente que toda confianza de la mente humana sobre sí sea cercenada desde la misma raíz del corazón cuando dice: No porque seamos suficientes para pensar algo de nosotros como de nosotros mismos, sino que nuestra suficiencia es de Dios (2 Cor. 3, 5)? Nadie, pues, previene a Dios con méritos para poder tenerlo como deudor; sino que de modo maravilloso el Creador, igual para todos, a unos preelegió y a otros en sus depravadas costumbres justamente abandonó.

39. Nec electis pietas sine justitia, nec reprobis justitia sine misericordia exhibetur. Nec tamen electis suis pietatem sine justitia exhibet, quia hic eos duris afflictionibus premit; nec rursum reprobis justitiam sine misericordia exercet, quia hic aequanimiter tolerat quos quandoque in perpetuum damnat. Si ergo et electi praevenientem se gratiam sequuntur, et reprobi juxta quod merentur accipiunt, et de misericordia inveniunt electi quod laudent, et de justitia non habent reprobi quod accusent. Bene itaque dicitur: Quis ante dedit mihi, ut reddam ei? Ac si aperte diceretur: Ad parcendum reprobis nulla ratione compellor, quia eis debitor ex sua actione non teneor. Idirco enim nequaquam coelestis patriae praemia aeterna percipiunt, quia ea nunc dum promereri poterant, ex libero arbitrio contempserunt. Quod videlicet liberum arbitrium in bono formatur electis, cum eorum mens a terrenis desideriis gratia aspirante suspenditur.

[Vet. XXVI.] 40. Bonum quod agimus et Dei est, et nostrum.---Bonum quippe quod agimus, et Dei est, et nostrum: Dei per praevenientem gratiam, nostrum per obsequentem liberam voluntatem. Si enim Dei non est, unde ei gratias in aeternum agimus? Rursum si nostrum non est, unde nobis retribui praemia speramus? Quia ergo non immerito gratias agimus, scimus quod ejus munere praevenimur; et rursum, quia non immerito retributionem quaerimus, scimus quod obsequente libero arbitrio bona elegimus quae ageremus. Sequitur: Omnia quae sub coelo sunt mea sunt. Omnibus liquet quod non solum ea quae sub coelo sunt, sed ipsa quoque quae super coelos condita coelestia vocantur ejus voluntati serviunt a quo se creata esse meminerunt. Cur ergo tantummodo de inferioribus loquens ait.

CAPUT XXII.

IBID.---Omnia quae sub coelo sunt, mea sunt?

41. Omnia Deo serviunt.---Sed quia de Leviathan loquitur, qui jam non in aetherei coeli sede continetur, cuncta quae sub coelo sunt asserit sua esse, ut eum quoque qui de coelo cecidit, suae doceat potesta servire, ac si diceret: Leviathan iste beatitudinem quidem meam perdidit, sed dominium non evasit, quia et ipsae mihi potestates inserviunt quae mihi pravis actionibus adversantur. Sequitur:

VERS. 3.---Non parcam ei verbis potentibus, et ad deprecandum compositis.

39. Ni a los elegidos se les exhibe piedad sin justicia, ni a los réprobos justicia sin misericordia exhibetur. Mas ni a sus elegidos les exhibe piedad sin justicia porque aquí los oprime con duras aflicciones; ni de nuevo ejerce justicia con los réprobos sin misericordia porque aquí tolera con ecuanimidad a los que alguna vez condena para siempre. Si, pues, tanto los elegidos siguen a la gracia que los previene, como los réprobos reciben según lo que merecen, tanto encuentran los elegidos en la misericordia qué alabar, como no tienen los réprobos en la justicia qué acusar. Bien, pues, se dice: ¿quién me dio a mí primero para que yo se lo devuelva? ¡Como si se dijera abiertamente: Para perdonar a los réprobos por ninguna razón soy compelido porque no me tengo como deudor de ellos por su acción. Pues por eso de ningún modo perciben los premios eternos de la patria celestial porque ahora, mientras podían merecerlos, por su libre albedrío los despreciaron. El cual libre albedrío ciertamente se forma en el bien para los elegidos cuando su mente es suspendida de los deseos terrenos por la gracia que aspira.

[Vet. XXVI.] 40. El bien que hacemos es tanto de Dios como nuestro.---Pues el bien que hacemos es tanto de Dios como nuestro: de Dios por la gracia preveniente, nuestro por la libre voluntad obediente. Pues si no es de Dios, ¿por qué le damos gracias eternamente? De nuevo, si no es nuestro, ¿por qué esperamos que se nos retribuyan premios? Porque, pues, no inmerecidamente damos gracias, sabemos que somos prevenidos por su don; y de nuevo, porque no inmerecidamente buscamos la retribución, sabemos que por el libre albedrío obediente elegimos los bienes que hiciéramos. Sigue: Todas las cosas que están bajo el cielo son mías. A todos consta que no sólo las cosas que están bajo el cielo, sino también aquellas mismas que criadas sobre los cielos se llaman celestiales, sirven a su voluntad por quien se recuerdan haber sido creadas. ¿Por qué, pues, hablando sólo de las cosas inferiores dijo?

CAPÍTULO XXII.

IBÍD.---¿Todas las cosas que están bajo el cielo son mías?

41. Todas las cosas sirven a Dios.---Pero porque habla de Leviatán, quien ya no es contenido en la sede del cielo etéreo, afirma que todas las cosas que están bajo el cielo son suyas, para enseñar que también aquel que cayó del cielo sirve a su potestad, como si dijera: Ese Leviatán perdió ciertamente mi bienaventuranza, pero no escapó a mi dominio, porque también me sirven aquellas mismas potestades que se me oponen con sus acciones depravadas. Sigue:

VERS. 3.---No le perdonaré por sus palabras potentes y compuestas para suplicar.

[Rec. XXI.] 42. Qua ratione diabolus dicitur Deum deprecari.---Quis hoc, quod legisse se nequaquam novit, existimet, quia culparum suarum diabolus sit veniam petiturus? Sed ille fortasse homo, quem Leviathan iste in mundi termino vas sibi proprium facit, quem, attestante Paulo, Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui, et destruet illustratione adventus sui (II Thess. II, 8), territus tantae majestatis praesentia, quia exercere vires suas non valet, ad preces inclinatur. Quod tamen de ejus corpore, id est iniquis omnibus intelligi aptius potest, qui sero ad petitionum verba veniunt, quia nunc exsequi facta contemnunt. Unde per Evangelium Veritas dicit: Novissime veniunt et reliquae virgines, dicentes: Domine, Domine, aperi nobis (Matth. XXV, 11). Quibus illico respondetur: Amen dico vobis, nescio vos (Ibid., 12). Sed cum verba potentia ad deprecandum componere dicitur, urget magis ut quod de ejus corpore in futuro diximus in hoc tempore sentiamus.

[Vet. XXVII.] 1102 43. Irritae sunt preces quas pia vita non sequitur. Nonnullis in usum negotiationis vertitur oratio. Veram orationem efficiunt amari gemitus, non verba composita.---Sunt namque intra sanctam Ecclesiam nonnulli, qui prolixas ad Dominum preces habent, sed vitam deprecantium non habent; nam promissa coelestia petitionibus sequuntur, operibus fugiunt. Hi nonnunquam etiam lacrymas in oratione percipiunt, sed cum post orationis tempora eorum mentem superbia pulsaverit, illico in fastu elationis intumescunt; cum avaritia instigat, mox per incendia avidae cogitationis exaestuant; cum luxuria tentaverit, illicitis protinus desideriis anhelant; cum ira suaserit, mox mansuetudinem mentis flamma insaniae concremat. Ut ergo diximus, et fletus in prece percipiunt, et tamen, expletis precibus, cum vitiorum suggestione pulsantur, nequaquam pro aeterni regni desiderio se flevisse mensinerunt. Quod aperte de se Balaam innotuit, qui justorum tabernacula conspiciens, ait: Moriatur anima mea morte justorum, et fiant novissima mea horum similia (Num. XXIII, 10). Sed cum compunctionis tempus abscessit, contra eorum vita quibus se similem fieri etiam moriendo poposcerat, consilium praebuit; et cum occasionem de avaritia reperit, illico oblitus est quidquid sibi de innocentia optavit. Virtutis igitur pondus oratio non habet, quam nequaquam perseverantia continui amoris tenet.

[Rec. XXI.] 42. Por qué razón se dice que el diablo suplica a Dios.---¿Quién pensaría esto, que de ningún modo recuerda haber leído, que el diablo va a pedir perdón por sus culpas? Pero quizá aquel hombre, a quien este Leviatán en el término del mundo hace vaso propio para sí, a quien, atestiguándolo Pablo, el Señor Jesús matará con el espíritu de su boca y destruirá con la ilustración de su venida (2 Tes. 2, 8), aterrado por la presencia de tanta majestad, porque no puede ejercer sus fuerzas, se inclina a las preces. Lo cual, sin embargo, puede entenderse más aptamente de su cuerpo, esto es, de todos los inicuos, que llegan tarde a las palabras de las peticiones porque ahora desprecian ejecutar las obras. Por lo cual a través del Evangelio la Verdad dice: Al último vienen también las demás vírgenes, diciendo: Señor, Señor, ábrenos (Mat. 25, 11). A las cuales al punto se les responde: En verdad os digo que no os conozco (Ibíd. 12). Pero cuando se dice que compone palabras potentes para suplicar, urge más que lo que dijimos de su cuerpo en el futuro lo sintamos en este tiempo.

[Vet. XXVII.] 1102 43. Vanas son las preces que no sigue una vida piadosa. En algunos la oración se convierte en uso de negociación. Los gemidos amargos, no las palabras compuestas, efectúan la verdadera oración.---Pues hay dentro de la santa Iglesia algunos que tienen prolijas preces al Señor, pero no tienen la vida de los que suplican; pues siguen las promesas celestiales con las peticiones, pero las huyen con las obras. Estos a veces perciben incluso lágrimas en la oración, pero cuando después de los tiempos de la oración la soberbia ha pulsado su mente, al punto se hinchan en el fasto de la elación; cuando la avaricia instiga, pronto hierven por los incendios de la ávida cogitación; cuando la lujuria ha tentado, de continuo anhelan con deseos ilícitos; cuando la ira ha persuadido, pronto la llama de la locura quema la mansedumbre de la mente. Como dijimos, perciben tanto el llanto en la prece, como sin embargo, terminadas las preces, cuando son pulsados por la sugestión de los vicios, de ningún modo recordaron haber llorado por el deseo del reino eterno. Lo cual abiertamente dio a conocer de sí Balaam, quien contemplando los tabernáculos de los justos dijo: Muera mi alma con la muerte de los justos, y sean mis novísimos semejantes a los de estos (Núm. 23, 10). Pero cuando el tiempo de la compunción se alejó, ofreció consejo contra la vida de aquellos a quienes había pedido hacerse semejante incluso muriendo; y cuando encontró ocasión de la avaricia, al punto olvidó lo que fuera que para sí de la inocencia deseó. No tiene, pues, peso de virtud la oración a la cual de ningún modo mantiene la perseverancia del continuo amor.

Quo contra bene de Anna flente perhibetur: Vultusque ejus non sunt amplius in diversa mutati (I Reg. I, 18), quia videlicet mens ejus nequaquam post preces inepta laetitia lasciviendo perdidit, quod orationis suae tempore gemituum rigore exquisivit. Nonnullis vero in usum negotiationis vertitur labor orationis. De quibus in Evangelio Veritas dicit: Devorant domos viduarum sub obtentu prolixae orationis. Hi accipient prolixius judicium (Marc. XII, 40). Quia ergo iniquorum petitionibus qui Leviathan istius corpus sunt nullo modo parcitur, cum eorum preces opere destruuntur, recte nunc dicitur: Non parcam ei verbis potentibus et ad deprecandum compositis. Quamvis et per hoc quod verba potentia et ad deprecandum composita referuntur, aperte inanitas orationis ostenditur. Veraciter namque orare, est amaros in compunctione gemitus, et non composita verba resonare.

[Vet. XXVIII.] Sed quia antiquus hostis quo districtius frangitur, eo nequius per multiplicia argumenta dilatatur, cujus tamen insidias Dominus quanto subtilius occultari considerat, tanto nobis misericordius manifestat, recte subjungitur:

Caput XXIV

[Rec. XXII].

VERS. 14.---Quis revelabit faciem indumenti?

44. Satan aliter religiosas mentes, aliter mundo deditas tentat.---Leviathan iste aliter religiosas hominum mentes, aliter vero huic mundo deditas tentat; nam pravis mala quae desiderant aperte objicit, bonis autem latenter insidians, sub specie sanctitatis illudit. Illis velut familiaribus suis iniquum se manifestius insinuat; istis vero velut extraneis cujusdam quasi honestatis praetextu se palliat, ut mala quae eis publice non valet, tecta bonae actionis velamine subintromittat. Unde et membra ejus saepe cum aperta nequitia nocere non possunt, bonae actionis habitum sumunt; et prava quidem se opere exhibent, sed sancta specie mentiuntur. Iniqui enim si aperte mali essent, a bonis recipi omnino non possent; sed sumunt aliquid de visione bonorum, 1103 ut dum boni viri in eis recipiunt speciem quam amant, permistum sumant etiam virus quod vitant. Unde quosdam Paulus apostolus intuens sub praedicationis velamine ventris studio servientes, ait: Ipse enim Satanas transfigurat se in angelum lucis (II Cor. XI, 14).

Por el contrario de lo cual bien se refiere de Ana llorando: Y su rostro no se mudó más en diversas maneras (1 Sam. 1, 18), porque ciertamente su mente de ningún modo después de las preces perdió jugueteando lascivamente lo que en el tiempo de su oración buscó con el rigor de los gemidos. Mas para algunos el trabajo de la oración se convierte en uso de negociación. De los cuales en el Evangelio la Verdad dice: Devoran las casas de las viudas bajo el pretexto de prolija oración. Estos recibirán un juicio más prolijo (Mar. 12, 40). Porque, pues, de ningún modo se perdona a las peticiones de los inicuos que son el cuerpo de este Leviatán cuando sus preces son destruidas por la obra, rectamente se dice ahora: No le perdonaré por sus palabras potentes y compuestas para suplicar. Aunque también por esto de que se refieren palabras potentes y compuestas para suplicar se muestra abiertamente la inanidad de la oración. Pues orar verdaderamente es resonar amargos gemidos en la compunción y no palabras compuestas.

[Vet. XXVIII.] Pero porque el antiguo enemigo cuanto más estrechamente es quebrantado tanto más inicuamente se dilata por múltiples argumentos, cuyas insidias sin embargo el Señor cuanto más sutilmente considera que se ocultan tanto más misericordiosamente nos las manifiesta, rectamente se subjunta:

Capítulo XXIV

[Rec. XXII].

VERS. 14.---¿Quién revelará la faz de su vestidura?

44. Satanás tienta de una manera a las mentes religiosas, de otra a las entregadas al mundo.---Este Leviatán tienta de una manera a las mentes religiosas de los hombres, pero de otra a las entregadas a este mundo; pues a los inicuos les objeta abiertamente los males que desean, pero a los buenos, acechándolos latente, los ilude bajo la especie de santidad. A aquellos, como a sus familiares, se les insinúa más manifiestamente como inicuo; pero a estos, como a extraños, se encubre con el pretexto de una como honestidad, para que los males que no puede introducirles públicamente los subintroduzca cubiertos con el velo de la buena acción. Por lo cual también sus miembros a menudo, cuando no pueden dañar con abierta maldad, asumen el hábito de la buena acción; y ciertamente se exhiben depravados en la obra, pero mienten con santa apariencia. Pues los inicuos, si fueran abiertamente malos, no podrían ser recibidos de ningún modo por los buenos; sino que asumen algo de la visión de los buenos, 1103 para que mientras los varones buenos reciben en ellos la especie que aman, reciban también mezclado el virus que evitan. Por lo cual el apóstol Pablo, contemplando a algunos que bajo el velo de la predicación servían al estudio del vientre, dijo: Pues el mismo Satanás se transfigura en ángel de luz (2 Cor. 11, 14).

Quid ergo mirum si ministri ejus transfigurantur velut ministri justitiae? Hanc transfigurationem Josue timuit, quando videns angelum, cujus esset partis inquisivit, dicens: Noster es, an adversariorum (Josue V, 13)? ut videlicet si adversae virtutis esset, eo ipso quo se suspectum cognosceret, ab illusione resiliret. Quia ergo Leviathan iste in eo quod iniquitatis opus molitur, saepe specie sanctitatis induitur; et quia nisi per divinam gratiam simulationis ejus detegi indumenta non possunt, bene dicitur: Quis revelabit faciem indumenti ejus? Subaudis nisi ego, qui servorum meorum mentibus gratiam subtilissimae discretionis inspiro, ut revelata malitia faciem ejus nudam videant, quam coopertam ille sub habitu sanctitatis occultat. Et quia aliquando fidelium mentes corrumpere ostensione sua, aliquando suggestione conatur (agit enim modo opere, modo persuasione), recte subjungitur:

CAPUT XXV.

IBID.---Et in medium oris ejus quis intrabit?

45. Deus electis calliditatem ejus revelat.---Subaudis nisi ego, qui per discretas electorum mentes suggestionum ejus verba dicutio, et non ita haec esse ut sonuerunt manifesto. Bonum namque videntur promittere, sed ad perditum finem trahunt. In medium igitur oris ejus intrare est calliditatis ejus verba penetrare, ut nequaquam pensetur quid resonant, sed quo intendant. Intrare Adam in medium oris ejus noluit, quando intentionem persuasionis illius caute pensare neglexit; divinitatem quippe se per illum accipere credidit, et immortalitatem amisit (Genes. III). Unde ergo ab intellectu verborum ejus incaute exterius stetit, inde se ori illius devorandum funditus praebuit. Sequitur:

Caput XXVI.

[Rec. XXIII].

VERS. 5.---Portas vultus ejus quis aperiet?

46. Portae Leviathan pseudopraedicatores appellantur. Has Dominus aperit, magistros errorunt manifestando.---Portae vultus ejus sunt iniqui doctores, qui idcirco portae vultus ejus vocati sunt, quia per ipsos quisque ingreditur, ut Leviathan iste quasi in potestatis suae principatu videatur.

¿Qué maravilla, pues, si sus ministros se transfiguran como ministros de justicia? Esta transfiguración temió Josué cuando, viendo a un ángel, inquirió de qué parte era diciendo: ¿Eres de los nuestros o de los adversarios? (Josué 5, 13); para que ciertamente, si fuera de la virtud adversa, por eso mismo que se conociera sospecho, saltara atrás de la ilusión. Porque, pues, este Leviatán en aquello que maquina la obra de iniquidad a menudo se viste con la especie de santidad; y porque si no es por la gracia divina no pueden detectarse las vestiduras de su simulación, bien se dice: ¿Quién revelará la faz de su vestidura? Subentiende: sino yo, que inspiro a las mentes de mis siervos la gracia de la sutilísima discreción, para que revelada la malicia vean su cara desnuda, la cual él oculta cubierta bajo el hábito de la santidad. Y porque a veces intenta corromper las mentes de los fieles por su ostentación, a veces por su sugestión (pues actúa ahora por la obra, ahora por la persuasión), rectamente se subjunta:

CAPÍTULO XXV.

IBÍD.---¿Y en medio de su boca quién entrará?

45. Dios revela su astucia a los elegidos.---Subentiende: sino yo, que por las mentes discretas de los elegidos discuto las palabras de sus sugestiones y manifiesto que estas cosas no son como sonaron. Pues parecen prometer el bien, pero arrastran a un fin perdido. Entrar, pues, en medio de su boca es penetrar las palabras de su astucia, para que de ningún modo se piense qué resuenan, sino a qué tienden. Adán no quiso entrar en medio de su boca cuando descuidó pesar cautamente la intención de aquella persuasión; pues creyó recibir por él la divinidad y perdió la inmortalidad (Gén. 3). Por lo cual, por cuanto permaneció incautamente fuera del intelecto de sus palabras, por eso se ofreció a aquella boca para ser devorado fundadamente. Sigue:

Capítulo XXVI.

[Rec. XXIII].

VERS. 5.---¿Quién abrirá las puertas de su cara?

46. Las puertas de Leviatán son llamadas los pseudopredicadores. El Señor las abre manifestando a los maestros de los errores.---Las puertas de su cara son los doctores inicuos, que por eso son llamados las puertas de su cara, porque por ellos cada uno entra para que este Leviatán sea visto como en el principado de su potestad.

Sicut enim Scriptura sacra sanctos viros portas Sion vocare consuevit (Sion quippe speculatio interpretatur, et non immirito praedicatores sanctos portas Sion dicimus, quia per eorum vitam atque doctrinam abscondita supernae contemplationis intramus), ita etiam portis Leviathan istius errorum magistri signantur, quorum dum praedicatio perversa recipitur, miseris auditoribus via perditionis aperitur. Sed portae istae ante oculos hominum plerumque ad introducendum quidem apertae sunt, sed tamen ad deprehendendum clausae, quia recta in specie exhibent, sed opere prava persuadent. Ad deprehendendum ergo clausae sunt, quia ne intrinsecus cognosci valeant, exteriori simulatione muniuntur. Quas tamen mira potentia Dominus aperit, quia electis suis hypocritarum mentes comprehensibiles facit. Portas ergo vultus ejus quis aperiet? Subaudis nisi ego, qui electis meis magistros errorum sub specie sanctitatis absconditos 1104 perspicua cognitione manifesto. Et quia Antichristus veniens ipsas etiam summas hujus saeculi potestates obtinebit, qui duplici errore saeviens conatur ad se corda hominum et missis praedicatoribus trahere, et commotis potestatibus inclinare, bene de Leviathan isto Dominus subdidit, dicens:

Caput XXVII

[Vet. XXIX].

IBID.---Per gyrum dentium ejus formido.

47. Dentes Leviathan iidem falsi doctores.---Mutato namque nomine, hos ejus dentes insinuare aliter voluit, quos superius portas vocavit. Perversi enim praedicatores portae ejus sunt, quia ingressum perditionis aperiunt. Dentes ejus sunt, quia eos quos in errore capiunt, a veritatis soliditate confringunt. Sicut enim sanctae Ecclesiae dentes accipimus eos qui praedicationibus suis peccantium duritiam conterunt, unde ei per Salomonem dicitur: Dentes tui sicut greges detonsarum ascendentium de lavacro (Cant. IV, 2); qui non immerito detonsis ac lotis ovibus comparantur, quia innocuam vitam sumentes, in lavacro baptismatis conversationis pristinae vellera vetusta posuerunt; ita etiam dentibus Leviathan istius errorum magistri figurantur, quia reproborum vitam mordendo dilaniant, et eos a veritatis integritate subductos in sacrificio falsitatis mactant. Quorum quidem praedicatio facile despici ab auditoribus poterat, sed hanc ante humana judicia adjunctus saecularium potestatum terror exaltat.

Pues así como la Sagrada Escritura acostumbra llamar a los varones santos puertas de Sión (pues Sión se interpreta "especulación", y no inmerecidamente llamamos a los predicadores santos puertas de Sión porque por su vida y doctrina entramos en lo escondido de la contemplación suprema), así también por las puertas de este Leviatán se señalan los maestros de los errores, por cuya predicación perversa, cuando es recibida, se abre a los míseros oyentes la vía de la perdición. Pero estas puertas ante los ojos de los hombres por lo común están abiertas ciertamente para introducir, pero sin embargo cerradas para detectar, porque exhiben cosas rectas en la apariencia pero persuaden cosas depravadas en la obra. Para detectar, pues, están cerradas, porque para que no puedan ser conocidas intrínsecamente, están amparadas por la simulación exterior. Las cuales, sin embargo, con maravillosa potencia el Señor abre porque hace comprensibles a sus elegidos las mentes de los hipócritas. ¿Quién, pues, abrirá las puertas de su cara? Subentiende: sino yo, que manifiesto a mis elegidos los maestros de los errores escondidos 1104 bajo la especie de santidad por un conocimiento conspicuo. Y porque el Anticristo, al venir, obtendrá incluso las mismas potencias sumas de este siglo, el cual ensañándose con un doble error intenta atraer hacia sí los corazones de los hombres tanto enviando predicadores como inclinarles conmoviendo a las potestades, bien acerca de este Leviatán añadió el Señor diciendo:

Capítulo XXVII

[Vet. XXIX].

IBÍD.---Alrededor de sus dientes está el pavor.

47. Los dientes de Leviatán son los mismos falsos doctores.---Pues mudado el nombre, quiso insinuar estos sus dientes de otra manera, a los cuales arriba llamó puertas. Pues los predicadores perversos son sus puertas porque abren el ingreso de la perdición. Son sus dientes porque a los que captan en el error, los quebrantan de la solidez de la verdad. Pues así como tomamos por dientes de la santa Iglesia a aquellos que con sus predicaciones trituran la dureza de los pecadores, por lo cual se le dice por Salomón: Tus dientes como greyes de esquiladas que suben del lavadero (Cant. 4, 2); los cuales no inmerecidamente son comparados con ovejas esquiladas y lavadas porque, asumiendo una vida inocente, en el lavadero del bautismo depusieron los vellones viejos de su conversación prístina; así también por los dientes de este Leviatán se figuran los maestros de los errores porque, mordiendo, desuellan la vida de los réprobos y, a estos apartados de la integridad de la verdad, los inmolan en el sacrificio de la falsedad. Cuya predicación ciertamente podría ser despreciada fácilmente por los oyentes, pero a esta la ensalza ante los juicios humanos el terror adjunto de las potestades seculares.

48. Muniunt illos saeculi potestates. Alii verbis, alii gladiis saeviunt. Insidiae Antichristi ex falsis miraculis.---Recte ergo dicitur: Per gyrum dentium ejus formido, id est, iniquos praedicatores Antichristi perversae hujus saeculi protegunt potestates. Nam quos illi appetunt loquendo seducere, multi potentium student saeviendo terrere. Per gyrum ergo dentium ejus formido est, ac si aperte diceretur: Idcirco isti perversi praedicatores aliquos suadentes conterunt, quia circa ipsos sunt alii qui infirmorum mentes terrentes affligunt. Quale itaque illud tempus persecutionis apparebit, quando ad pervertendam fidelium pietatem alii verbis saepiunt, alii gladiis? Quis enim etiam infirmus Leviathan istius dentes non despiceret, si non eos per circuitum potestatum saecularium terror muniret? Sed duplici contra eos calliditate agitur, quia quod eis ab aliis verbis blandientibus dicitur, hoc ab aliis gladiis ferientibus imperatur. Qua utrorumque actio, id est potentium atque loquentium, in Joannis Apocalypsi brevi est sententia comprehensa, qua dicitur: Potestas equorum in ore et in caudis eorum erat (Apoc. IX, 19). In ore namque doctorum, scientia; in cauda vero, saecularium potentia figuratur. Per caudam quippe, quae retro est, hujus saeculi postponenda temporalitas designatur, de qua Paulus apostolus dicit: Unum autem, quae retro sunt oblitus, ad ea quae ante sunt extentus (Philip. III, 13). Retro enim est omne quod transit, ante vero est omne quod veniens permanet. Istis ergo equis, id est nequissimis praedicatoribus, ubique carnali impulsu currentibus, in ore et in cauda potestas est, quia ipsi quidem perversa suadendo praedicant, sed temporalibus potestatibus fulti, per ea se quae retro sunt exaltant. Et quia ipsi apparere despicabiles possunt, ab iniquis auditoribus suis per eos sibi reverentiam exigunt, quorum patrociniis fulciuntur. Unde hic quoque 1105 non immerito per gyrum dentium ejus formido inesse describitur, quia multis terroribus agitur, ut in perversis eorum praedicationibus etsi non veritatis sententia, certe temporalis potentia timeatur. Unde bene eumdem Antichristum Psalmista descripsit, dicens: Sub lingua ejus labor et dolor, sedet in insidiis cum divitibus in occultis (Psal. IX, 28). Propter enim perversa dogmata sub lingua ejus labor et dolor est; propter miraculorum vero specie sedet in insidiis; propter saecularis autem potestatis gloriam, cum divitibus in occultis. Quia enim simul et miraculorum fraude et terrena potestate utitur, et in occultis et cum divitibus sedere perhibetur:

Caput XXVIII

[Rec. XXIV].

48. Las potestades del siglo los amparan. Unos se ensañan con palabras, otros con espadas. Las insidias del Anticristo por los falsos milagros.---Rectamente, pues, se dice: Alrededor de sus dientes está el pavor, esto es, las potestades perversas de este siglo protegen a los inicuos predicadores del Anticristo. Pues a los que ellos pretenden seducir hablando, muchos de los potentes se esmeran en aterrar ensañándose. Alrededor de sus dientes, pues, está el pavor, como si se dijera abiertamente: Por eso estos predicadores perversos trituran a algunos persuadiendo porque alrededor de ellos hay otros que afligen las mentes de los enfermos aterrándolas. ¿Qué tal, pues, aparecerá aquel tiempo de la persecución cuando, para pervertir la piedad de los fieles, unos se ensañan con palabras y otros con espadas? Pues ¿quién, incluso enfermo, no despreciaría los dientes de este Leviatán si no los amparara por el circuito el terror de las potestades seculares? Pero se actúa contra ellos con doble astucia porque lo que a ellos se les dice por unos con palabras halagadoras, esto se les manda por otros con espadas hirientes. Cuya acción de ambos, esto es, de los potentes y de los que hablan, está comprendida en una breve sentencia en el Apocalipsis de Juan, por la cual se dice: La potestad de los caballos estaba en su boca y en sus colas (Apoc. 9, 19). Pues en la boca de los doctores se figura la ciencia; mas en la cola la potencia de los seculares. Pues por la cola, que está atrás, se designa la temporalidad de este siglo que ha de ser pospuesta, de la cual el apóstol Pablo dice: Mas una cosa, olvidado de las cosas que están atrás y extendido a las que están adelante (Fil. 3, 13). Pues atrás está todo lo que pasa, mas adelante está todo lo que viniendo permanece. Para estos caballos, pues, esto es, predicadores nequísimos que corren por doquier por impulso carnal, hay potestad en la boca y en la cola porque ellos ciertamente predican persuadiendo cosas perversas, pero apoyados en las potestades temporales se ensalzan por aquellas cosas que están atrás. Y porque ellos mismos pueden aparecer despreciables, exigen para sí reverencia de sus inicuos oyentes por medio de aquellos en cuyos patrocinios se apoyan. Por lo cual aquí también 1105 no inmerecidamente se describe que el pavor está alrededor de sus dientes porque se actúa con muchos terrores para que en sus perversas predicaciones, si no la sentencia de la verdad, ciertamente se tema la potencia temporal. Por lo cual bien describió al mismo Anticristo diciendo: Bajo su lengua el trabajo y el dolor, se sienta en insidias con los ricos en ocultos (Sal. 9, 28). Pues por los perversos dogmas bajo su lengua está el trabajo y el dolor; mas por la especie de los milagros se sienta en insidias; mas por la gloria de la potestad secular, con los ricos en ocultos. Porque, pues, al mismo tiempo usa el fraude de los milagros y la potestad terrena, se dice que se sienta tanto en ocultos como con los ricos:

Capítulo XXVIII

[Rec. XXIV].

VERS. 6.---Corpus illius quasi scuta fusilia.

49. Mali corripientibus scutum excusationis opponunt.---Sacra Scriptura scuti nomine aliquando uti in parte prospera, aliquando in adversa consuevit. Nam saepe scuti defensio pro divina protectione ponitur, nonnunquam vero pro humana repugnatione memoratur. Pro divina enim protectione ponitur, sicut per Psalmistam dicitur: Scuto bonae voluntatis tuae coronasti nos (Psal. V, 13). Scuto nos Dominus coronare perhibetur, quia quos protegens adjuvat, remunerans coronat. Rursum pro humana repugnatione per eumdem Prophetam scutum ponitur sicut alibi ait: Ibi confregit cornua, arcum, scutum, gladium et bellum (Psal. LXXV, 4). In cornibus quippe elatio superborum, in arcu vero insidiae longe ferientium, in scuto autem obstinata duritia defensionum, in gladio vicina percussio, in bello vero ipsa contra Dominum mentis motio designatur. Quod nimirum totum in sancta Ecclesia confringitur, dum mentes Deo resistentium, superposito jugo humilitatis, edomantur. Hinc rursum per eumdem Psalmistam dicitur: Arcum conteret, et confringet arma, et scuta comburet igni (Psal. XLV, 10). Arcum enim Dominus conterit, cum occulta insidiantium machinamenta dissolvit. Arma confringit, cum ea quae contra se erecta fuerant patrocinia humana comminuit. Scuta igni comburit, cum peccantium mentes obstinata se duritia defendentes, ad poenitentiae et confessionis ardorem sancti Spiritus calore succendit. [Vet. XXX.] Quod vero in hoc loco corpus Leviathan istius scutis fusilibus comparatur, perscrutandum nobis innuitur, quia durum quidem, sed tamen cum labitur, fragile solet esse vas omne quod fusile est. Scuta ergo si sunt fusilia, in suscipienda sagittarum percussione robusta sunt, sed casu fragilia. Ictu quidem ferientium minime penetrantur, sed suo se lapsu per fragmenta dissolvunt. Corpus ergo Leviathan istius, id est omnes iniqui, quia per obstinationem duri sunt, sed per vitam fragiles, scutis fusilibus comparantur. Cum enim verba praedicationis audiunt, nulla correptionis jacula se penetrare permittunt, quia in omni peccato quod faciunt, scutum superbae defensionis opponunt. Nam cum talium quisque de reatu suae iniquitatis arguitur, non mox cogitat quomodo culpam corrigat, sed quid in adjutorio suae defensionis opponat. Nulla igitur veritatis sagitta penetratur, quia verba sanctae correptionis in scuto excipit superbae defensionis. Unde bene de Judaeis contra praecepta Domini superba se defensione tuentibus per Jeremiam dicitur; Reddes eis vicem, Domine, juxta opera manuum suarum (Thren. III, 64).

VERS. 6.---Su cuerpo es como escudos fusiles.

49. Los malos oponen el escudo de la excusa a los que los corrigen.---La Sagrada Escritura acostumbra usar el nombre de escudo a veces en parte próspera, a veces en adversa. Pues a menudo la defensa del escudo se pone por la protección divina, mas a veces se menciona por la repugnancia humana. Pues se pone por la protección divina como se dice por el Salmista: Con el escudo de tu buena voluntad nos coronaste (Sal. 5, 13). Se refiere que el Señor nos corona con un escudo porque a los que ayuda protegiendo, los corona remunerando. De nuevo, por la repugnancia humana se pone el escudo por el mismo Profeta, como dice en otro lugar: Allí quebrantó los cuernos, el arco, el escudo, la espada y la guerra (Sal. 75, 4). En los cuernos ciertamente se designa la elación de los soberbios, en el arco las insidias de los que hieren de lejos, en el escudo la obstinada dureza de las defensas, en la espada la percusión vecina, en la guerra la misma moción de la mente contra el Señor. Lo cual ciertamente todo se quebranta en la santa Iglesia cuando las mentes de los que resisten a Dios son domadas, impuesto el yugo de la humildad. De aquí de nuevo se dice por el mismo Salmista: Triturará el arco y quebrantará las armas y quemará los escudos con fuego (Sal. 45, 10). Pues el Señor tritura el arco cuando disuelve los ocultos maquinamientos de los que acechan. Quebrantará las armas cuando desmenuza aquellos patrocinios humanos que contra sí habían sido erigidos. Quema los escudos con fuego cuando las mentes de los pecadores que se defienden con obstinada dureza, las enciende al ardor de la penitencia y de la confesión por el calor del Espíritu Santo. [Vet. XXX.] Pero porque en este lugar el cuerpo de este Leviatán se compara con escudos fusiles, se nos insinúa que ha de ser escrutado, porque todo vaso que es fusil suele ser ciertamente duro, pero sin embargo, cuando cae, frágil. Los escudos, pues, si son fusiles, son robustos para recibir la percusión de las saetas, pero frágiles por la caída. Por el golpe ciertamente de los que hieren mínimamente son penetrados, pero por su propia caída se disuelven por fragmentos. El cuerpo, pues, de este Leviatán, esto es, todos los inicuos, porque por la obstinación son duros pero por la vida frágiles, se comparan con escudos fusiles. Pues cuando oyen las palabras de la predicación, no permiten que ningún dardo de corrección los penetre, porque en cada pecado que hacen oponen el escudo de la soberbia defensa. Pues cuando cualquiera de tales es argüido del reato de su iniquidad, no piensa pronto cómo corregir la culpa, sino qué oponer en ayuda de su defensa. Por ninguna saeta de la verdad, pues, es penetrado, porque recibe las palabras de la santa corrección en el escudo de la soberbia defensa. Por lo cual bien se dice por Jeremías de los judíos que se protegían con soberbia defensa contra los preceptos del Señor: Les darás el pago, Señor, según las obras de sus manos (Lam. 3, 64).

1106 Moxque eamdem vicem expressius subdidit dicens: Dabis eis scutum cordis laborem tuum (Ibid., 65). Labor quippe Domini apparens inter homines passibilis ejus humanitas fuit, quam Judaei superbe sapientes dum cernerent, despexerunt; eumque immortalem credere dedignati sunt, quem natura passibili mortalem viderunt. Cumque ejus humilitatem conspicerent, superbiae fastibus obdurati, summa cura moliti sunt, ne eorum mentes sancta praedicantium verba penetrarent. Dum ergo eis Dominus vicem malorum operum redderet, dedit illis scutum cordis laborem suum, quia recto judicio inde illos contra se superbe obstinatos exhibuit, unde ipse pro nobis infirmitate laboravit. Repulerunt quippe a se verba praedicantium, quia dedignati sunt in Domino infirma passionum. Laborem igitur Domini contra eumdem Dominum scutum cordis habuerunt, quia superba sapientibus eo despectus apparuit, quo propter eos humilis fuit.

[Vet. XXXI.] 50. Hoc scuto usi Adam et Eva.---Hoc scutum, sicut jam superius diximus, primus ille peccator tenuit, qui, requirente Domino cur lignum vetitum contigisset, non ad se culpam retulit, sed a muliere quam Dominus dederat se accepisse respondit (Genes. III, 12); ut quasi reatum suum oblique in auctorem relideret, qui ei mulierem dederat quae talia persuaderet. Hoc scutum etiam requisita mulier tenuit, quando neque ipsa ad se culpam retulit, sed serpentis illud persuasionibus replicavit, dicens: Serpens decepit me, et comedi (Ibid., 13), ut ipsa quoque reatum suum oblique in creatorem reduceret, qui illuc intrare serpentem persuasurum talia permisisset. Serpens vero jam non requiritur, quia nec ejus poenitentia quaerebatur. Hi autem quorum poenitentia quaesita est, scutum nequissimae defensionis contra justissimae correptionis verba protulerunt (Genes. III). Unde nunc usque in usum peccantium trahitur, ut culpa cum arguitur defendatur; et unde finiri reatus debuit, inde cumuletur. Bene ergo dicitur: Corpus illius quasi scuta fusilia, quia omnes iniqui, ne ad se corripientium verba perveniant, quasi contra adversariorum jacula scuta defensionum parant. Quod videlicet ejus corpus adhuc nobis expressus detegit, dum subjungit:

CAPUT XXIX.

IBID.---Compactum squamis se prementibus.

1106 Y pronto añadió más expresamente el mismo pago diciendo: Les darás escudo de corazón tu trabajo (Ibíd. 65). Pues el trabajo del Señor apareciendo entre los hombres fue su humanidad pasible, la cual los judíos soberbiamente sabios, mientras la veían, la despreciaron; y se dignaron no creerlo inmortal a quien por la naturaleza pasible vieron mortal. Y cuando contemplaban su humildad, endurecidos por los fastos de la soberbia, se esforzaron con sumo cuidado para que las santas palabras de los que predicaban no penetraran sus mentes. Mientras, pues, el Señor les daba el pago de las malas obras, les dio escudo de corazón su trabajo, porque por recto juicio de ahí los exhibió soberbiamente obstinados contra sí de donde él mismo trabajó en la enfermedad por nosotros. Pues repelieron de sí las palabras de los que predicaban porque se dignaron despreciar en el Señor lo enfermo de las pasiones. Tuvieron, pues, el trabajo del Señor por escudo de corazón contra el mismo Señor porque para los soberbiamente sabios apareció despreciable por aquello por lo que fue humilde por causa de ellos.

[Vet. XXXI.] 50. De este escudo usaron Adán y Eva.---Este escudo, como ya dijimos arriba, lo sostuvo aquel primer pecador, quien, preguntándole el Señor por qué había tocado el leño vedado, no refirió a sí la culpa, sino que respondió que lo había recibido de la mujer que el Señor le había dado (Gén. 3, 12); para que como oblicuamente hiciera recaer su reato sobre el Autor, que le había dado la mujer que tales cosas le persuadiera. Este escudo sostuvo también la mujer al ser preguntada, cuando tampoco ella refirió a sí la culpa, sino que lo replicó a las persuasiones de la serpiente diciendo: La serpiente me engañó y comí (Ibíd. 13), para que ella también oblicuamente redujera su reato al Creador, que había permitido que entrara allí la serpiente que habría de persuadir tales cosas. Mas ya no se le pregunta a la serpiente porque ni se buscaba su penitencia. Pero estos cuya penitencia se buscó, profirieron el escudo de nequísima defensa contra las palabras de justísima corrección (Gén. 3). De donde hasta ahora se trae al uso de los pecadores que la culpa, cuando es argüida, sea defendida; y de donde debió terminarse el reato, de ahí se acumula. Bien, pues, se dice: Su cuerpo es como escudos fusiles, porque todos los inicuos, para que no lleguen a sí las palabras de los que los corrigen, preparan como contra los dardos de los adversarios escudos de defensas. El cual su cuerpo ciertamente todavía más expresamente nos lo detecta mientras subjunta:

CAPÍTULO XXIX.

IBÍD.---Compacto con escamas que se oprimen entre sí.

51. Squamis tecti reprobi jaculis veritatis resistunt.---Fertur quia draconis corpus squamis tegitur, ne citius jaculatione penetretur. Ita corpus omne diaboli, id est multitudo reproborum, cum de iniquitate sua corripitur, quibus valet tergiversationibus se excusare conatur, et quasi quasdam defensionis squamas objicit, ne transfigi sagitta veritatis possit. Quisquis enim dum corripitur, peccatum suum magis excusare appetit quam deflere, quasi squamis tegitur, dum a sanctis praedicatoribus gladio verbi jaculatur. Squamas habet, et idcirco ad ejus praecordia transeundi viam verbi sagitta non habet. Duritia enim carnali repellitur, ne spiritalis ei gladius infigatur.

52. His squamis obduratum cor Sauli, gratias sagittis patuit.---Carnali sapientia contra Deum Saulus obduruerat, quando cor ejus nulla praedicationis Evangelicae sagitta nulla penetrabat. Sed postquam forti coelitus increpatione jaculatus, et superno respectu caecatus est (lumen quippe ut acciperet amisit), ad Ananiam veniens illuminatur. In qua 1107 illuminatione quia defensionum suarum duritia caruit, bene de eo scriptum est: Ceciderunt quasi squamae ab oculis ejus (Act. IX, 18). Carnalis videlicet tegumenti illum duritia presserat, et idcirco radios veri luminis non videbat. Sed postquam superbae repugnationes ejus victae sunt, defensionum ejus squamae ceciderunt. Quae quidem sub Ananiae manibus ab oculis ceciderunt corporis, sed ante jam sub dominica increpatione ceciderant ab oculis cordis. Cum enim altae invectionis jaculo confossus jaceret, humili jam et penetrato corde requirebat, dicens: Domine, quid me vis facere (Act. XI, 6)? Repulsis videlicet squamis, jam ad cordis viscera veritatis sagitta pervenerat, quando, deposita elatione superbiae, eum quem impugnaverat, Dominum confitens, et quid ageret nesciens, requirebat. Intueri libet ubi est saevus ille persecutor, ubi lupus rapax. [Vet. XXXII.] Ecce in ovem jam versus est, qui percunctatur pastoris semitam quam sequatur. Et notandum quod cum diceret: Quis es, Domine (Act. XXII, 8)? non ei a Domino respondetur: Ego sum unigenitus Patris, ego principium, ego Verbum ante saecula. Quia enim Saulus incarnatum Dominum credere contemnebat, et ejus humanitatis infirma despexerat, de coelo hoc quod contempserat audivit: Ego sum Jesus Nazarenus, quem tu persequeris (Ibid., 8). Ac si diceret: Hoc a me audi de superioribus, quod in me de inferioribus despicis.

51. Los réprobos cubiertos de escamas resisten a los dardos de la verdad.---Se dice que el cuerpo del dragón está cubierto de escamas para que no sea penetrado tan pronto por el lanzamiento. Así todo el cuerpo del diablo, esto es, la multitud de los réprobos, cuando es corregido por su iniquidad, intenta excusarse con cuantas tergiversaciones puede, y objeta como unas escamas de defensa para que no pueda ser atravesado por la saeta de la verdad. Quienquiera que mientras es corregido apetece más excusar su pecado que llorarlo, como que se cubre de escamas mientras es saeteado por los santos predicadores con la espada de la palabra. Tiene escamas, y por eso la saeta de la palabra no tiene vía de pasar a sus entrañas. Pues por la dureza carnal es repelida, para que no se le clave la espada espiritual.

52. El corazón de Saulo, endurecido con estas escamas, se abrió a las saetas de la gracia.---Con carnal sabiduría se había endurecido Saulo contra Dios cuando ninguna saeta de la predicación evangélica penetraba su corazón. Pero después que fue saeteado por una fuerte increpación del cielo y cegado por el aspecto superno (pues perdió la luz para recibirla), viniendo a Ananías es iluminado. En cuya 1107 iluminación, porque careció de la dureza de sus defensas, bien está escrito de él: Cayeron como escamas de sus ojos (Hech. 9, 18). Ciertamente la dureza del tegumento carnal lo había oprimido y por eso no veía los rayos de la verdadera luz. Pero después que sus soberbias repugnancias fueron vencidas, las escamas de sus defensas cayeron. Las cuales ciertamente cayeron bajo las manos de Ananías de los ojos del cuerpo, pero antes ya, bajo la increpación dominical, habían caído de los ojos del corazón. Pues cuando yacía atravesado por el dardo de la alta invectiva, con el corazón ya humilde y penetrado inquiría diciendo: Señor, ¿qué quieres que haga? (Hech. 11, 6). Repelidas ciertamente las escamas, ya a las vísceras del corazón había llegado la saeta de la verdad cuando, depuesta la elación de la soberbia, confesando por Señor a aquel a quien había impugnado, e ignorando qué hiciera, inquiría. Gusta mirar dónde está aquel sañudo perseguidor, dónde el lobo rapaz. [Vet. XXXII.] He aquí ya convertido en oveja el que pregunta la senda del pastor para seguirla. Y es de notar que cuando decía: ¿Quién eres, Señor? (Hech. 22, 8), no se le responde por el Señor: Yo soy el unigénito del Padre, yo el principio, yo el Verbo antes de los siglos. Porque, pues, Saulo despreciaba creer al Señor encarnado y había despreciado lo enfermo de su humanidad, desde el cielo oyó esto que había despreciado: Yo soy Jesús Nazareno, a quien tú persigues (Ibíd. 8). Como si dijera: Oye esto de mí acerca de las cosas superiores, lo que en mí desprecias de las inferiores.

Auctorem coeli venisse despexeras in terram, ex terra ergo hominem cognosce de coelo, ut tanto in me amplius sacramenta infirmitatis metuas, quanto et haec perducta in coelestibus ad excellentiam potestatis probas. Prosternens igitur te, nequaquam tibi hoc astruo quod ante saecula Deus sum; sed illud a me audis quod de me credere dedignaris. Postquam enim dixit Jesus, adhuc in expressionem terrenae inhabitationis subdidit Nazarenus; velut si apertius diceretur: Humilitatis meae infirma suscipe, et tuae superbiae squamas amitte.

53. In hypocritis duriores illae squamae. Malitiosae mentes hericiis similes.---Sciendum tamen est quod istae defensionum squamae, quamvis pene omne humanum genus contegant, hypocritarum tamen specialiter et callidorum hominum mentes premunt. Ipsi etenim culpas suas tanto vehementius confiteri refugiunt, quanto se stultius videri ab hominibus peccatores erubescunt. Correpta itaque sanctitatis simulatio, et malitia occulta deprehensa, squamas objicit defensionis, et veritatis gladium repellit. Unde bene per Prophetam contra Judaeam dicitur: Ibi cubavit lamia, et invenit sibi requiem, ibi habuit foveam hericius (Isai. XXXIV, 14, 15). Per lamiam quippe hypocritae, per hericium vero malitiosi quique, qui diversis se defensionibus contegunt, designantur. Lamia etenim humana habere dicitur faciem, sed corpus bestiale. Sic et omnes hypocritae in prima facie quod ostendunt quasi ex ratione sanctitatis est; sed bestiale est corpus quod sequitur, quia valde iniqua sunt quae sub boni specie moliuntur. Hericii autem nomine malitiosarum mentium defensio designatur, quia videlicet hericius cum apprehenditur ejus et caput cernitur, 1108 et pedes videntur, et corpus omne conspicitur; sed mox ut apprehensus fuerit, semetipsum in sphaeram colligit, pedes introrsus subtrahit, caput abscondit; et intra tenentis manum totum simul amittitur, quod totum simul ante videbatur. Sic nimirum sic malitiosae mentes sunt, cum in suis excessibus comprehenduntur. Caput enim hericii cernitur, quia quo initio peccator ad culpam accesserit videtur. Pedes hericii conspiciuntur, quia quibus vestigiis nequitia sit perpetrata cognoscitur; et tamen, adductis repente excusationibus, malitiosa mens introrsus pedes colligit, quia cuncta iniquitatis suae vestigia abscondit. Caput subtrahit, quia miris defensionibus nec inchoasse se pravum aliquid ostendit; et quasi sphaera in manu tenentis remanet, quia is qui corripit, cuncta quae jam cognoverat subito amittens, involutum intra conscientiam peccatorem tenet, et qui totum jam deprehendendo viderat, tergiversatione pravae defensionis illusus, totum pariter ignorat.

Habías despreciado que el Autor del cielo hubiera venido a la tierra, de la tierra pues conoce al hombre del cielo, para que tanto más temas en mí los sacramentos de la enfermedad cuanto pruebas que estos también han sido llevados en las cosas celestiales a la excelencia de la potestad. Postrándote, pues, de ningún modo te asevero esto, que soy Dios antes de los siglos; sino que oyes de mí aquello que de mí te dignas no creer. Pues después que dijo Jesús, todavía para expresión de la habitación terrena añadió Nazareno; como si se dijera más abiertamente: Recibe lo enfermo de mi humildad y pierde las escamas de tu soberbia.

53. En los hipócritas aquellas escamas son más duras. Las mentes maliciosas son semejantes a los erizos.---Se ha de saber, sin embargo, que estas escamas de las defensas, aunque cubren a casi todo el género humano, sin embargo oprimen especialmente las mentes de los hipócritas y de los hombres astutos. Pues ellos mismos tanto más vehementemente rehúyen confesar sus culpas cuanto más neciamente se avergüenzan de ser vistos por los hombres como pecadores. Corregida, pues, la simulación de la santidad y detectada la malicia oculta, objeta las escamas de la defensa y repele la espada de la verdad. Por lo cual bien se dice por el Profeta contra Judea: Allí se echó la lamia y encontró para sí descanso, allí tuvo su hoyo el erizo (Is. 34, 14. 15). Por la lamia ciertamente se designan los hipócritas, mas por el erizo todos los maliciosos que se cubren con diversas defensas. Pues se dice que la lamia tiene cara humana pero cuerpo bestial. Así también todos los hipócritas en la primera cara lo que muestran es como por razón de santidad; pero bestial es el cuerpo que sigue porque son muy inicuas las cosas que maquinan bajo la especie de bien. Mas con el nombre de erizo se designa la defensa de las mentes maliciosas, porque ciertamente el erizo cuando es aprehendido se le ve tanto la cabeza 1108 como se le ven los pies y se contempla todo el cuerpo; mas tan pronto como fuera aprehendido, se recoge a sí mismo en una esfera, retrae los pies hacia adentro, esconde la cabeza; y dentro de la mano del que lo sostiene se pierde todo a la vez, lo que todo junto antes se veía. Así, sin duda, así son las mentes maliciosas cuando son comprendidas en sus excesos. Pues se ve la cabeza del erizo porque se ve por qué inicio el pecador accedió a la culpa. Se contemplan los pies del erizo porque se conoce por qué huellas fue perpetrada la maldad; y sin embargo, aducidas de repente las excusas, la mente maliciosa recoge hacia adentro los pies porque esconde todas las huellas de su iniquidad. Retrae la cabeza porque con maravillosas defensas muestra no haber ni siquiera comenzado algo depravado; y queda como una esfera en la mano del que lo sostiene porque aquel que corrige, perdiendo súbitamente todo lo que ya había conocido, sostiene al pecador envuelto dentro de su conciencia, y el que detectando ya lo había visto todo, iludido por la tergiversación de la depravada defensa, ignora todo por igual.

Foveam ergo hericius in reprobis habet, quia malitiosa mens sese intra se colligens in tenebris defensionis abscondit. Sed in hoc quod se peccator excusat, in hoc quod caliginosis defensionibus fixum in se oculum corripientis obnubilat, divinus nobis sermo etiam quomodo a similibus fulciatur ostendit. Sequitur:

Caput XXX

[Vet. XXXIII].

VERS. 7.---Una uni conjungitur, et ne spiraculum quidem incedit per eas.

54. Iniqui alterna se invicem defensione tuentur. Istae squamae peccantium, ne ab ore praedicantium aliquo vitae spiraculo penetrentur, et obduratae sunt et conjunctae. Quos enim similis reatus sociat, concordi pertinacia etiam defensio perversa constipat, ut de facinoribus suis alterna se invicem defensione tueantur. Sibi enim quisque metuit, dum admoneri vel corrigi alterum cernit; et idcirco contra corripientium verba unanimiter assurgit, quia se in altero protegit. Bene ergo dicitur: Una uni conjungitur, et ne spiraculum quidem incedit per eas, quia in iniquitatibus suis, dum vicissim superba se defensione protegunt, sanctae exhortationis spiracula ad se nullatenus intrare permittunt. Quorum pestiferam concordiam adhuc apertius subdidit, dicens:

CAPUT XXXI.

VERS. 8.---Una alteri adhaerebunt, et tenentes se nequaquam separabuntur.

55. Qui divisi vix corrigi poterant, quomodo emendabuntur uniti? Qui enim divisi corrigi poterant, in iniquitatum suarum pertinacia uniti perdurant, et tanto magis quotidie a cognitione justitiae separabiliores sunt, quanto a se invicem nulla increpatione separantur. Nam sicut esse noxium solet si unitas desit bonis, ita perniciosum est si non desit malis. Perversos quippe unitas corroborat, dum concordat; et tanto magis incorrigibiles, quanto unanimes facit. De hac unitate reproborum per Sapientem dicitur: Stuppa collecta, synagoga peccantium (Eccli. XXI, 10).

El erizo, pues, tiene su hoyo en los réprobos porque la mente maliciosa, recogiéndose dentro de sí, se esconde en las tinieblas de la defensa. Pero en esto que el pecador se excusa, en esto que con caliginosas defensas nubla el ojo del que lo corrige fijo en él, la divina palabra nos muestra también cómo es apoyado por sus semejantes. Sigue:

Capítulo XXX

[Vet. XXXIII].

VERS. 7. --- Una se une a otra, y ni siquiera un soplo pasa entre ellas.

54. Los inicuos se protegen mutuamente con una defensa recíproca. Estas escamas de los pecadores, para que no sean penetradas por ningún soplo de vida proveniente de la boca de los que predican, están endurecidas y unidas. Porque a quienes un reato similar asocia, también una defensa perversa los apiña con concorde pertinacia, de modo que se protegen unos a otros de sus fechorías con una defensa recíproca. Pues cada uno teme por sí mismo mientras ve que el otro es amonestado o corregido; y por eso, se levanta unánimemente contra las palabras de los que reprenden, porque se protege a sí mismo en el otro. Bien se dice, pues: Una se une a otra, y ni siquiera un soplo pasa entre ellas, porque en sus iniquidades, mientras se protegen por turnos con una soberbia defensa, no permiten de ningún modo que los soplos de la santa exhortación entren en ellos. Cuya pestífera concordia añadió aún más claramente, diciendo:

CAPÍTULO XXXI.

VERS. 8. --- Una se adherirá a la otra, y manteniéndose unidas, de ningún modo se separarán.

55. Quienes divididos apenas podían ser corregidos, ¿cómo se enmendarán estando unidos? Pues los que, estando divididos, podían ser corregidos, permanecen unidos en la pertinacia de sus iniquidades, y son cada día tanto más inseparables del conocimiento de la justicia, cuanto no son separados unos de otros por ninguna reprensión. Pues así como suele ser nocivo si falta la unidad a los buenos, así es pernicioso si no falta a los malos. Pues la unidad corrobora a los perversos mientras los pone de acuerdo; y los hace tanto más incorregibles cuanto más unánimes los vuelve. De esta unidad de los réprobos se dice por el Sabio: Estopa amontonada es la sinagoga de los pecadores (Ecli. 21, 10).

De hac Nahum propheta ait: Sicut spinae invicem se complectuntur, sic convivium eorum pariter potantium (Nahum I, 10). Convivium namque reproborum est delectatio temporalium voluptatum. In quo nimirum convivio pariter potant qui delectationis suae illecebris se concorditer debriant. Igitur quia membra Leviathan istius, id est iniquos omnes, quos Dei sermo squamarum compactionibus comparat, ad defensionem suam par culpa concordat, bene dicitur: Una alteri adhaerebunt, et tenentes se nequaquam separabuntur. Tenentes enim se separari nequeunt, quia eo ad defensionem suam vicissim constricti sunt, quo se sibi per omnia similes esse meminerunt. Descripto itaque ejus corpore, ad caput sermo reducitur, et quid per semetipsum extremae persecutionis tempore antiquus hostis exerceat nuntiatur. Nam sequitur:

Caput XXXII

[Vet. XXXIV, Rec. XXV].

VERS. 9.---Sternutatio ejus splendor ignis.

56. Quanta commotio ex Antichristi signis et virtutibus immineat. Quod melius exponimus, si prius sternutatio quomodo agatur indagemus. In sternutatione quippe inflatio a pectore exsurgit, quae cum apertos ad emanandum poros non invenit, cerebrum tangit, et congesta per nares exiens, totum caput protinus concutit. In hoc itaque Leviathan corpore, id est sive in malignis spiritibus, sive in reprobis hominibus, qui illi per similitudinem iniquitatis inhaeserunt, quasi inflatio surgit a pectore, dum elatio se erigit ex praesentis saeculi potestate. Quae quasi ad emanandum poros non invenit, quia in hoc quod contra justos extollitur, disponente Deo, quantum appetit praevalere prohibetur. Exsurgens autem cerebrum tangit et concutit, quia collecta elatio Satanae sensum in fine mundi arctius percutit, et caput turbat, dum ipsum auctorem malignorum spirituum per eum qui Antichristus dicitur in persecutione fidelium vehementius excitat. Tunc congesta inflatio per ejus nares egreditur, quia tota superbiae ejus iniquitas apertis malitiae flatibus demonstratur.

De esto dice el profeta Nahúm: Como las espinas se entrelazan entre sí, así es el banquete de los que beben juntos (Nahúm 1, 10). Pues el banquete de los réprobos es la delectación de los placeres temporales. En cuyo banquete, sin duda, beben juntos quienes se embriagan concordemente con los halagos de su propia delectación. Por lo tanto, porque los miembros de este Leviatán, es decir, todos los inicuos, a quienes la palabra de Dios compara con las uniones de las escamas, concuerdan en la misma culpa para su defensa, bien se dice: Una se adherirá a la otra, y manteniéndose unidas, de ningún modo se separarán. Pues manteniéndose unidas no pueden ser separadas, porque están ligados unos a otros para su defensa mutua por el hecho mismo de que recuerdan ser semejantes entre sí en todas las cosas. Descrito así su cuerpo, el discurso vuelve a la cabeza, y se anuncia lo que el antiguo enemigo por sí mismo ejerce en el tiempo de la última persecución. Pues sigue:

Capítulo XXXII

[Vet. XXXIV, Rec. XXV].

VERS. 9. --- Su estornudo es el esplendor del fuego.

56. Cuánta conmoción por los signos y virtudes del Anticristo es inminente. Explicamos esto mejor si primero indagamos cómo se produce el estornudo. Pues en el estornudo se levanta una inflación desde el pecho, la cual, cuando no encuentra poros abiertos para emanar, toca el cerebro y, saliendo amontonada por las narices, sacude inmediatamente toda la cabeza. En este cuerpo del Leviatán, pues, ya sea en los espíritus malignos o en los hombres réprobos que se le han unido por la semejanza de la iniquidad, se levanta como una inflación desde el pecho, mientras la elación se yergue desde el poder del presente siglo. La cual, como si no encontrara poros para emanar, porque en aquello que se ensalza contra los justos se le prohíbe, por disposición de Dios, prevalecer cuanto desea. Pero al levantarse toca y sacude el cerebro, porque la acumulada elación de Satanás golpea más estrechamente su sentido al fin del mundo, y turba la cabeza, mientras excita más vehementemente al autor mismo de los espíritus malignos a través de aquel que es llamado Anticristo en la persecución de los fieles. Entonces la inflación acumulada sale por sus narices, porque toda la iniquidad de su soberbia se demuestra con los abiertos soplos de la malicia.

Quia ergo sternutatio caput maxime concutit, Leviathan istius sternutatio vocatur illa ejus extrema commotio qua damnatum hominem ingreditur, et per eum reprobis principatur. Qui tanta tunc virtute se commovet, ut membra Domini, si potest fieri, etiam electa perturbet; tantis signis et prodigiis utitur, ut miraculorum potentia quasi quodam ignis lumine resplendere videatur. Quia ergo commotum caput illius miraculis clarescere nititur, recte ejus sternutatio splendor ignis vocatur. In eo enim quod se ad persequendos justos commovet, ante reproborum oculos signorum virtutibus lucet. Et quia ejus tyrannidi sapientes mundi adhaerent, eorumque consiliis omne quod pravum molitur exercet, recte subjungitur:

Caput XXXIII

[Vet. XXXV].

IBID.---Et oculi ejus ut palpebrae diluculi.

57. Oculi ejus, id est consiliarii, cur palpebris diluculi comparantur. Per oculos quippe, qui, inhaerentes capiti, utilitati visionis inserviunt, non immerito ejus consiliarii designantur, qui dum perversis machinationibus quae qualiter agenda sunt, praevident, malignis ejus operariis quasi ostensum pedibus iter praebent. Qui recte palpebris diluculi comparantur. Palpebras namque diluculi, extremas noctis horas accipimus, in quibus quasi nox oculos aperit, dum venturae lucis jam initia ostendit. Prudentes igitur saeculi, malitiae Antichristi perversis consiliis inhaerentes, quasi palpebrae sunt diluculi, quia fidem quam in Christo inveniunt quasi erroris noctem asserunt, et venerationem Antichristi verum esse mane pollicentur. Spondent enim se tenebras repellere et veritatis lucem signis clarescentibus nuntiare, quia nec persuadere quae volunt possunt, nisi exhibere se meliora fateantur. Unde hic ipse coluber in paradiso primis hominibus loquens (Genes. III, 5), in eo quod se melius aliquid providere simulavit, quasi diluculi palpebras aperuit, quando in innocentibus mentibus humanitatis ignorantiam reprehendit, et scientiam divinitatis promisit. Quasi ignorantiae enim tenebras repellebat, et aeternae scientiae divinum mane nuntiabat, dicens: Aperientur oculi vestri, et eritis sicut dii, scientes bonum et malum (Ibid.).

Porque, por tanto, el estornudo sacude principalmente la cabeza, se llama estornudo de este Leviatán a aquella su extrema conmoción por la que entra en el hombre condenado y a través de él impera sobre los réprobos. Quien entonces se conmueve con tanta virtud que perturbaría incluso a los miembros electos del Señor, si fuera posible; usa tantos signos y prodigios que por la potencia de los milagros parece resplandecer como con cierta luz de fuego. Porque, por tanto, su cabeza conmovida se esfuerza por clarear con milagros, rectamente su estornudo es llamado esplendor del fuego. En aquello, pues, que se conmueve para perseguir a los justos, luce ante los ojos de los réprobos con las virtudes de los signos. Y porque a su tiranía se adhieren los sabios del mundo, y por los consejos de ellos ejerce todo lo perverso que trama, rectamente se subraya:

Capítulo XXXIII

[Vet. XXXV].

IBÍD. --- Y sus ojos son como los párpados de la aurora.

57. Sus ojos, es decir, sus consejeros, por qué se comparan con los párpados de la aurora. Por los ojos, que, adheridos a la cabeza, sirven a la utilidad de la visión, no sin razón se designan sus consejeros, quienes mientras prevén por perversas maquinaciones qué cosas y cómo deben hacerse, proporcionan a sus malignos operarios como un camino mostrado a los pies. Los cuales rectamente se comparan con los párpados de la aurora. Pues por párpados de la aurora entendemos las últimas horas de la noche, en las cuales como si la noche abriera los ojos, mientras ya muestra los inicios de la luz venidera. Los prudentes del siglo, pues, adhiriéndose a los perversos consejos de la malicia del Anticristo, son como párpados de la aurora, porque la fe que encuentran en Cristo la aseguran como una noche de error, y prometen que la veneración del Anticristo es la verdadera mañana. Pues prometen que repelen las tinieblas y anuncian la luz de la verdad con signos esclarecedores, porque no pueden persuadir lo que quieren, si no profesan exhibir cosas mejores. De donde esta misma serpiente hablando en el paraíso a los primeros hombres (Gén. 3, 5), en aquello que simuló proveer algo mejor, abrió como los párpados de la aurora, cuando reprendió en las mentes inocentes la ignorancia de la humanidad, y prometió la ciencia de la divinidad. Pues repelía como las tinieblas de la ignorancia, y anunciaba una mañana divina de ciencia eterna, diciendo: Se abrirán vuestros ojos, y seréis como dioses, conociendo el bien y el mal (Ibíd.).

Ita in illo tunc damnato homine veniens, ejus oculi palpebris diluculi comparantur, quia sapientes illius simplicitatem verae fidaei quasi transactae noctis tenebras respuunt, et ejus signa mendacia quasi exsurgentis solis radios ostendunt. Sed quia Leviathan iste non solum habet oculos qui malignis consiliis perversa provideant, sed os quoque ad pervertendas mentes hominum aperit, quoniam per praedicatores pravos ad diligendam erroris fallaciam auditorum corda succendit, apte subjungitur:

Caput XXXIV

[Rec. XXVI].

VERS. 10.---De ore ejus lampades procedunt.

58. Os Antichristi sunt ejus praedicatores. Qui enim provident oculi, qui autem praedicant os vocantur. Sed de hoc ore lampades exeunt, quia mentes audientium ad amorem perfidiae accendunt; et unde quasi per sapientiam lucent, inde procul dubio per nequitiam concremant. Sed qualis ipsa sapientia eorum lux sit ostenditur, cum protinus subinfertur:

Caput XXXV

[Vet. XXXVI].

IBID.---Sicut taedae ignis accensae.

59. Ardent per malitiam, lucent per virtutis simulationem. Ecce jam hypocrisis eorum aperte describitur quorum praedicatio taedarum lampadibus comparatur. Taeda enim cum accenditur odorem quidem suavem habet, sed lumen obscurum. Ita isti praedicatores Antichristi, quia sanctitatis sibi arrogant, sed tamen opera iniquitatis exercent, quasi blandum quidem est quod redolent, sed nigrum quod lucent. Olent enim per simulationem justitiae, sed obscurum ardent per nequitiae perpetrationem. Quorum simulationis malitiam Joannes in Apocalypsi brevi descriptione comprehendit, dicens: Vidi aliam bestiam ascendentem de terra, habentem duo cornua similia agni, et loquebatur ut draco (Apoc. XIII, 11). Priorem quippe bestiam, id est Antichristum superiore jam descriptione narraverat; post quem etiam haec alia bestia ascendisse dicitur, quia post eum multitudo praedicatorum illius ex terrena potestate gloriatur. De terra quippe ascendere est de terrena gloria superbire.

Así, viniendo en aquel hombre entonces condenado, sus ojos se comparan con los párpados de la aurora, porque sus sabios rechazan la simplicidad de la verdadera fe como tinieblas de la noche pasada, y muestran sus signos mentirosos como los rayos del sol que nace. Pero porque este Leviatán no solo tiene ojos que provean cosas perversas con malignos consejos, sino que también abre la boca para pervertir las mentes de los hombres, ya que a través de predicadores perversos enciende los corazones de los oyentes para amar la falacia del error, aptamente se subraya:

Capítulo XXXIV

[Rec. XXVI].

VERS. 10. --- De su boca proceden lámparas.

58. La boca del Anticristo son sus predicadores. Pues los que proveen se llaman ojos, pero los que predican se llaman boca. Pero de esta boca salen lámparas, porque encienden las mentes de los oyentes para el amor de la perfidia; y de donde lucen, como a través de la sabiduría, de allí sin duda queman a través de la maldad. Pero qué clase de luz sea su sabiduría misma, se muestra cuando se añade inmediatamente:

Capítulo XXXV

[Vet. XXXVI].

IBÍD. --- Como teas de fuego encendidas.

59. Arden por malicia, lucen por simulación de virtud. He aquí que ya se describe abiertamente la hipocresía de aquellos cuya predicación se compara con las lámparas de las teas. Pues la tea, cuando se enciende, tiene ciertamente un olor suave, pero una luz oscura. Así estos predicadores del Anticristo, porque se arrogan la apariencia de santidad, pero sin embargo ejercen obras de iniquidad, es como agradable lo que huelen, pero negro lo que lucen. Pues huelen por la simulación de la justicia, pero arden oscuramente por la perpetración de la maldad. Cuya malicia de simulación Juan, en el Apocalipsis, comprendió en una breve descripción, diciendo: Vi otra bestia que subía de la tierra, la cual tenía dos cuernos semejantes a los de un cordero, y hablaba como un dragón (Apoc. 13, 11). Pues ya había narrado a la anterior bestia, es decir, al Anticristo, en una descripción superior; después de la cual también se dice que esta otra bestia subió, porque después de él una multitud de sus predicadores se gloría en el poder terrenal. Pues subir de la tierra es ensoberbecerse por la gloria terrenal.

Quae habet duo cornua agni similia, quia per hypocrisim sanctitatis eam quam in se veraciter Dominus habuit singularem sibi inesse et sapientiam mentitur et vitam. Sed quia sub agni specie auditoribus reprobis serpentinum virus infundit, recte illic subditur: Et loquebatur ut draco. Ista ergo bestia, id est praedicantium multitudo, si aperte ut draco loqueretur, agno similis non appareret; sed assumit agni speciem, ut draconis exerceat operationem. Quod hic utrumque per taedarum lampades exprimitur, quia et obscurum ardent per effectum malitiae, et quasi suave redolent per simulationem vitae.

60. Multi jam exstant Antichristi praedicatores. Eorum vita exploranda ut moneta. Antiquorum patrum institutis concordet. Sed nequaquam aestimandum est quod tunc solum Antichristi praedicatores apparebunt, et nunc ab humanis deceptionibus desunt. Modo namque priusquam per semetipsum appareat, nonnulli illum vocibus, plerique autem moribus praedicant. An praedicatores simulationis illius non sunt, qui cum sacros Dei ordines obtinent, fugientem totis desideriis mundum tenent; qui virtutes esse ostendunt quae faciunt, sed vitium est omne quod agunt? [Vet. XXXVII.] Sed electorum mens quanto magis internae luci inhaeret, tanto subtilius quo modo virtutes a vitiis discernere debeat videt. Quid autem mirum est hoc nos spiritaliter agere quod quotidie corporaliter cernimus nummularios implere? Qui cum numisma percipiunt, prius qualitatem illius, post figuram, ad extremum vero pondus examinant, ne aut sub auri specie aes lateat, aut hoc quod veraciter aurum est monetae reprobae figura dehonestet; aut quod et aurum, et rectae figurae est, hoc non integrum pondus legivet. Cum igitur mira ignotorum hominum facta conspicimus, residere ad mentis nostrae trutinam quasi solertes nummularii debemus, ut prius discretio aurum examinet, ne sub virtute se vitium occultet, et quod prava intentione agitur, recti visione pallietur. Cujus si intentionis qualitas approbatur, impressae mox formulae figura quaerenda est, si a probatis monetariis, id est ab antiquis patribus ducitur, et ab eorum vitae similitudine nullo errore vitiatur. Cum vero et per intentionem qualitas, et recta per exemplum figura cognoscitur, restat ut integrum ejus pondus exquiratur.

La cual tiene dos cuernos semejantes al cordero, porque por la hipocresía de la santidad miente que reside en ella tanto la sabiduría singular como la vida que el Señor tuvo verdaderamente en Sí mismo. Pero porque bajo la apariencia de cordero infunde veneno serpentino a los oyentes réprobos, rectamente se añade allí: Y hablaba como un dragón. Esta bestia, pues, es decir, la multitud de los que predican, si hablara abiertamente como dragón, no parecería semejante al cordero; pero asume la apariencia de cordero para ejercer la operación del dragón. Lo cual aquí se expresa en ambos casos por las lámparas de las teas, porque arden oscuramente por el efecto de la malicia, y como que huelen suave por la simulación de la vida.

60. Muchos predicadores del Anticristo existen ya. Su vida debe ser explorada como una moneda. Que concuerde con las instituciones de los antiguos padres. Pero de ningún modo ha de estimarse que solo entonces aparecerán los predicadores del Anticristo, y que ahora faltan en las humanas decepciones. Pues ahora mismo, antes de que él aparezca por sí mismo, algunos lo predican con sus voces, pero muchos con sus costumbres. ¿O no son predicadores de su simulación quienes, cuando obtienen los órdenes sagrados de Dios, retienen con todos sus deseos al mundo que huye; quienes muestran ser virtudes lo que hacen, pero es vicio todo lo que obran? [Vet. XXXVII.] Pero la mente de los electos, cuanto más se adhiere a la luz interna, tanto más sutilmente ve de qué modo debe discernir las virtudes de los vicios. ¿Qué maravilla es que nosotros hagamos esto espiritualmente, lo cual vemos diariamente que los cambistas cumplen corporalmente? Quienes cuando perciben una moneda, primero examinan su calidad, después la figura, pero al final el peso, no sea que bajo la apariencia del oro se oculte el bronce, o que la figura de una moneda réproba deshonre lo que verdaderamente es oro; o que aquello que es oro y de recta figura, no tenga el peso íntegro. Cuando, pues, vemos hechos admirables de hombres desconocidos, debemos residir en la balanza de nuestra mente como solícitos cambistas, para que primero la discreción examine el oro, no sea que el vicio se oculte bajo la virtud, y lo que se hace con intención perversa sea paliado por la visión de la rectitud. Cuya calidad de intención si es aprobada, pronto ha de buscarse la figura de la fórmula impresa, si se deriva de monetarios aprobados, esto es, de los antiguos padres, y no es viciada por ningún error de la semejanza de la vida de ellos. Pero cuando tanto la calidad por la intención, como la recta figura por el ejemplo son conocidas, resta que se busque su peso íntegro.

Bonum quippe quod per signa et miracula coruscat, si perfectionis summam non habet, pensari sollicite per cautelam circumspectionis debet, ne dum imperfecta res quasi pro perfecta accipitur, in accipientis damnum vertatur. Praedicatores itaque Antichristi quomodo veram numismatis qualitatem tenent, qui in his quae agunt intentionis rectae vim nesciunt, quia per haec non coelestem patriam, sed culmen gloriae temporalis exquirunt? Quomodo a monetae figura non discrepant, qui ab omni pietate justorum justos persequendo discordant? Quomodo in se integritatis pondus ostendunt, qui non solum humilitatis perfectionem nequaquam assecuti sunt, sed neque ipsam primam ejus januam contigerunt? Hinc ergo, hinc electi cognoscant quomodo eorum signa despiciant, quorum profecto actio omne quod a piis patribus gestum memoratur impugnat. Sed ipsi quoque electi dum tot signa conspiciunt, dum contemnentes vitam tanta ejus miracula perhorrescunt, quoddam dubietatis nubilum in corde patiuntur, quia dum se per prodigia illius malitia elevat, in istis aliquatenus visus certior caligat. Unde recte subdur:

Caput XXXVI

[Rec. XXVII].

VERS. 11.---De naribus ejus procedit fumus.

61. Visis Antichristi prodigiis, electi turbabuntur et titubabunt. Ut in errore plene capiantur fieri non potest. Oculorum quippe acies fumo sauciatur. Fumus ergo de ejus naribus procedere dicitur, quia de miraculorum ejus insidiis ad momentum caliginosa dubietas etiam in electorum corde generatur. De Leviathan naribus fumus exit, quia ex ejus prodigiis mendacibus etiam bonarum mentium oculos trepidationis caligo confundit. Tunc namque in electorum cordibus conspectis terribilibus signis, obscura cogitatio conglobatur. Unde hoc quod jam supra protulimus veritatis ore per Evangelium dicitur: Surgent pseudochristi et pseudoprophetae, et dabunt signa et prodigia, ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi (Marc. XIII, 22). Qua in re valde quaerendum est quomodo aut hi qui electi sunt induci in errorem possunt, aut cur Si fieri potest quasi ex dubietate subditur, cum quid faciendum sit Dominus omnia praesciens praestolatur.

Pues el bien que centellea por signos y milagros, si no tiene la suma de la perfección, debe ser pesado con solicitud por la cautela de la circunspección, no sea que mientras se acepta una cosa imperfecta como si fuera perfecta, se convierta en daño del que la recibe. Los predicadores del Anticristo, por tanto, ¿cómo mantienen la verdadera calidad de la moneda, quienes en estas cosas que hacen no conocen la fuerza de la intención recta, porque por medio de estas no buscan la patria celestial, sino la cumbre de la gloria temporal? ¿Cómo no discrepan de la figura de la moneda quienes, al perseguir a los justos, discuerdan de toda la piedad de los justos? ¿Cómo muestran en sí el peso de la integridad quienes no solo no han alcanzado de ningún modo la perfección de la humildad, sino que ni siquiera han tocado su primera puerta? De aquí, pues, de aquí conozcan los electos cómo han de despreciar sus signos, cuya acción ciertamente impugna todo lo que se recuerda como gestado por los piadosos padres. Pero también los mismos electos, mientras ven tantos signos, mientras, despreciando la vida, temen sus tan grandes milagros, sufren cierto nublado de duda en el corazón, porque mientras su malicia se eleva por los prodigios, en estos se oscurece un tanto la visión más certera. De donde rectamente se añade:

Capítulo XXXVI

[Rec. XXVII].

VERS. 11. --- De sus narices procede humo.

61. Vistos los prodigios del Anticristo, los electos se turbarán y titubearán. Que sean captados plenamente en el error no puede ser. Pues el filo de los ojos es herido por el humo. Se dice, pues, que el humo procede de sus narices, porque de las insidias de sus milagros se genera por un momento una caliginosa duda incluso en el corazón de los electos. De las narices del Leviatán sale humo, porque de sus prodigios mentirosos la calígine de la trepidación confunde incluso los ojos de las buenas mentes. Pues entonces, contemplados los terribles signos, se conglomera un oscuro pensamiento en los corazones de los electos. De donde aquello que ya hemos aducido arriba se dice por la boca de la Verdad a través del Evangelio: Surgirán pseudocristos y pseudoprofetas, y darán signos y prodigios, de modo que sean inducidos a error, si es posible, incluso los electos (Mc. 13, 22). En lo cual ha de preguntarse mucho cómo o bien estos que son electos pueden ser inducidos a error, o por qué Si es posible se añade como por duda, cuando el Señor, conociendo todo de antemano, aguarda lo que ha de hacerse.

Sed quia electorum cor et trepida cogitatione concutitur, et tamen eorum constantia non movetur, una hac sententia Dominus utrumque complexus est, dicens: Ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. Quasi enim jam errare est in cogitatione titubare; sed protinus Si fieri potest subjungitur, quia procul dubio fieri non potest ut in errore plene electi capiantur. Bene autem in hac fumi caligine ipse etiam animorum fervor exprimitur cum protinus subinfertur:

CAPUT XXXVII.

IBID.---Sicut ollae succensae atque ferventis.

62. Quanto tunc zelo aestuabunt. Quid diabolus fumo pestiferi halitus, in humanis cordibus operetur. Deus nisi a tranquillo corde cognosci non potest. Velut enim olla fervens est unaquaeque tunc anima, cogitationum suarum impetus quasi spumas ardentium undarum sustinens, quas et ignis zeli commovet, et ipsa temporalis oppressio more ollae intrinsecus clausas tenet. Unde Joannes quoque cum hujus bestiae signa narraret, adjunxit: Ita ut ignem faciat de coelo descendere (Apoc. XIII, 13). Ignem quippe de coelo descendere est de coelestibus electorum animis sancti zeli flammas emanare. [Vet. XXXVIII.] Quia vero Leviathan iste alias non solum serpens, sed etiam regulus dicitur, pro eo quod immundis spiritibus, vel reprobis hominibus principatur, sicut Isaias ait: De radice colubri egredietur regulus (Isai. XIV, 29), inspiciendum nobis summopere est qualiter regulus perimat, ut, ex operatione reguli, hujus nobis malitia apertius innotescat. Regulus namque non morsu perimit, sed flatu consumit. Saepe quoque aerem flatu afficit, et quidquid vel positum longe contigerit sola narium inspiratione tabefacit.

63. Hinc, ergo, hinc pensare compellimur, per hoc quod de naribus ejus fumus procedere dicitur, etiam priusquam apertus appareat, quid quotidie in humanis cordibus fumo pestiferae exhalationis operetur. Quia enim, sicut et superius diximus, fumo oculorum acies infirmatur, non immerito de ejus naribus fumus procedere asseritur, cujus noxiis inspirationibus prava in humanis cordibus cogitatio nascitur, per quam acies mentis obtunditur, ne lux interna videatur.

Pero porque el corazón de los electos tanto es sacudido por el trépido pensamiento, y sin embargo su constancia no se mueve, el Señor comprendió ambos aspectos en esta única sentencia, diciendo: De modo que sean inducidos a error, si es posible, incluso los electos. Pues ya como que errar es titubear en el pensamiento; pero pronto se añade Si es posible, porque sin duda no puede ser que los electos sean captados plenamente en el error. Pero en esta calígine del humo bien se expresa también el mismo fervor de los ánimos cuando se añade inmediatamente:

CAPÍTULO XXXVII.

IBÍD. --- Como de una olla encendida y hirviente.

62. Con cuánto celo hervirán entonces. Qué obra el diablo en los corazones humanos con el humo de su pestífero aliento. Dios no puede ser conocido sino por un corazón tranquilo. Pues como una olla hirviente es cada alma entonces, sosteniendo el ímpetu de sus propios pensamientos como espumas de ondas ardientes, que tanto el fuego del celo conmueve, como la misma opresión temporal, a modo de olla, mantiene cerradas en su interior. De donde Juan también, cuando narraba los signos de esta bestia, añadió: De modo que haga descender fuego del cielo (Apoc. 13, 13). Pues descender fuego del cielo es que las llamas del santo celo emanen de las almas celestiales de los electos. [Vet. XXXVIII.] Pero porque este Leviatán es llamado en otra parte no solo serpiente, sino también régulo (basilisco), por el hecho de que impera sobre los espíritus inmundos o los hombres réprobos, como dice Isaías: De la raíz de la culebra saldrá un régulo (Is. 14, 29), debemos inspeccionar sumamente de qué modo el régulo mata, para que, por la operación del régulo, su malicia se nos haga más claramente conocida. Pues el régulo no mata con la mordedura, sino que consume con el aliento. A menudo también afecta el aire con su aliento, y cualquier cosa que toque, aunque esté situada lejos, la corrompe con la sola inspiración de sus narices.

63. De aquí, pues, de aquí nos vemos obligados a considerar, por esto que se dice que de sus narices procede humo, incluso antes de que aparezca abiertamente, qué obra diariamente en los corazones humanos con el humo de su pestífera exhalación. Porque, como también dijimos arriba, el filo de los ojos se debilita con el humo, no sin razón se afirma que de sus narices procede humo, por cuyas nocivas inspiraciones nace en los corazones humanos el pensamiento perverso, por el cual se embota el filo de la mente, para que no se vea la luz interna.

Quasi enim flatu narium caliginem emittit, quia in reproborum cordibus insidiarum suarum aspirationibus ex amore vitae temporalis aestum congerit multiplicium cogitationum. Et velut fumi globos multiplicat, quia inanissimas praesentis vitae curas in terrenorum hominum mente coacervat. Iste fumus ex ejus naribus prodiens aliquando ad tempus etiam electorum oculos tangit. Hunc namque intrinsecus fumum patiebatur Propheta, cum dixit: Turbatus est prae ira oculus meus (Psal. VI, 8). Hujus inundatione premebatur, dicens: Cor meum conturbatum est in me, et lumen oculorum meorum non est mecum (Psal. XXXVII, 11). Fumus quippe iste obtundit aciem cordis, quia caliginis suae nubilo serenitatem intimae turbat quietis. Cognosci vero nisi tranquillo corde non potest Deus. Unde per eumdem prophetam rursus dicitur: Vacate et videte quoniam ego sum Deus (Psal. XLV, 11). Vacate autem mens non potest quae hujus fumi inundationibus premitur, quia in ea terrenarum cogitationum volumina ex praesentis vitae amore glomerantur. Lumen ergo quietis internae hoc fumo amittitur, quia curarum prurigine cordis oculus dum confunditur tenebratur.

64. Iste fumus aliter electorum mentes turbat, aliter reproborum oculos excaecat. Sed fumus iste aliter electorum animos turbat, aliter reproborum oculos excaecat. A bonorum quippe oculis spiritalium desideriorum flatu respergitur, ne praevalente misera cogitatione densetur. In reproborum vero mentibus quo se licentius per tetras cogitationes colligit, eo ab eis funditus veritatis lumen tollit. Fumus iste reproborum cordibus quot illicita desideria ingerit, quasi per tot ante illos globos intumescit.

[Vet. XXXIX.] 65. In carnali anima, alii fumi concupiscentiae globi superius inanescunt, alii inferius surgunt. Vitia vitiis succedunt. Et certe fumi globos novimus, quia cum alii superius inanescunt, alii inferius surgunt; sic et in cogitatione carnali, etsi alia pravitatis desideria transeunt, alia succedunt. Saepe autem mens misera quid jam transierit videt, sed ubi adhuc retineatur non videt. Gaudet de quibusdam vitiis quod eis subjecta jam non sit, et praecavere ac gemere negligit, quia eorum vice successerunt alia, quibus fortasse nequius succumbit; sicque fit ut dum alia vitia transeunt, et semper alia succedunt, ab hoc serpente cor reproborum sine intermissione teneatur. Unde bene per Joel prophetam dicitur: Residuum erucae comedit locusta, et residuum locustae comedit bruchus, et residuum bruchi comedit rubigo. Expergiscimini ebrii, et flete (Joel. I, 4, 5).

Pues como por el aliento de sus narices emite calígine, porque en los corazones de los réprobos, con las aspiraciones de sus insidias, amontona, por el amor a la vida temporal, el hervor de múltiples pensamientos. Y como que multiplica los globos de humo, porque amontona las vanísimas preocupaciones de la presente vida en la mente de los hombres terrenales. Este humo que sale de sus narices toca a veces incluso los ojos de los electos. Pues este humo interno padecía el Profeta cuando dijo: Turbado está por la ira mi ojo (Sal. 6, 8). Por la inundación de este era oprimido, diciendo: Mi corazón está conturbado en mí, y la luz de mis ojos no está conmigo (Sal. 37, 11). Pues este humo embota el filo del corazón, porque con el nublado de su calígine turba la serenidad de la quietud íntima. Pero Dios no puede ser conocido sino por un corazón tranquilo. De donde por el mismo profeta se dice de nuevo: Vaciad vuestro corazón y ved que yo soy Dios (Sal. 45, 11). Pero no puede estar vacía la mente que es oprimida por las inundaciones de este humo, porque en ella se aglomeran los volúmenes de los pensamientos terrenales por el amor a la presente vida. La luz de la quietud interna, por tanto, se pierde con este humo, porque mientras el ojo del corazón se confunde por el prurito de las preocupaciones, se entenebrece.

64. Este humo turba las mentes de los electos de un modo, y ciega los ojos de los réprobos de otro. Pero este humo turba los ánimos de los electos de un modo, y ciega los ojos de los réprobos de otro. Pues de los ojos de los buenos es dispersado por el aliento de los deseos espirituales, para que no se densifique por el prevaleciente pensamiento miserable. Pero en las mentes de los réprobos, cuanto más lícitamente se recoge a través de los tetros pensamientos, tanto más les quita fundadamente la luz de la verdad. Cuantos deseos ilícitos este humo ingiere en los corazones de los réprobos, tanto se hincha ante ellos como por otros tantos globos.

[Vet. XXXIX.] 65. En el alma carnal, unos globos de humo de concupiscencia se desvanecen arriba, otros surgen abajo. Los vicios suceden a los vicios. Y ciertamente conocemos los globos de humo, que mientras unos se desvanecen arriba, otros surgen abajo; así también en el pensamiento carnal, aunque pasen otros deseos de depravación, otros suceden. A menudo, sin embargo, la mente miserable ve lo que ya pasó, pero no ve dónde todavía es retenida. Se alegra de ciertos vicios porque ya no le están sujetos, y descuida precaverse y gemir, porque en su lugar han sucedido otros, a los cuales tal vez sucumba más inicuamente; y así sucede que, mientras unos vicios pasan y otros siempre suceden, el corazón de los réprobos es retenido sin intermisión por esta serpiente. De donde bien se dice por el profeta Joel: Lo que quedó de la oruga lo comió la langosta, y lo que quedó de la langosta lo comió el pulgón, y lo que quedó del pulgón lo comió la herrumbre. Despertad, ebrios, y llorad (Joel 1, 4, 5).

Quid enim per erucam, quae toto corpore in terra repit, nisi luxuria designatur? quae cor quod tenet, ita polluit, ut in superioris munditiae surgere amorem non possit. Quid per locustam quae saltibus evolat, nisi inanis gloria exprimitur, quae se vanis praesumptionibus exaltat? Quid per bruchum, cujus pene totum corpus in ventrem colligitur, nisi edendi ingluvies figuratur? Quid per rubiginem, quae dum tangit incendit, nisi ira innuitur? Residuum ergo erucae locusta comedit, quia saepe cum luxuriae vitium a mente recesserit, inanis gloria succedit. Nam quia jam per amorem cordis non sternitur, quasi sanctam se ex castitate gloriatur. Et residuum locustae bruchus comedit, quia saepe cum inani gloriae, quae quasi ex sanctitate veniebat, resistitur, vel ventri vel quibuslibet ambitionis desideriis immoderatius indulgetur. Mens enim Dei nescia, tanto atrocius ad quemlibet ambitum ducitur, quanto nullo vel humanae laudis amore refrenatur. Residuum bruchi rubigo consumit, quia saepe dum ventris ingluvies per abstinentiam restringitur, irae impatientia acrius dominatur; quae more rubiginis quasi exurendo messem comedit, quia virtutum fructus impatientiae flamma tabefacit. Cum ergo vitia vitiis succedunt, agrum mentis alia pestis devorat, dum alia relinquit.

[Vet. XL.] 66. Ebrii sunt qui mundi hujus amore turbati, mala quae patiuntur non sentiunt. Bene autem illic subditur: Expergiscimini ebrii, et flete (Joel. I, 5). Ebrii quippe vocati sunt qui, mundi hujus amore confusi, mala non sentiunt quae patiuntur. Quid est ergo dicere: Expergiscimini, ebrii, et flete (Joel. I, 5), nisi somnum vestrae insensibilitatis excutite, et, in devastatione cordis tot sibi succedentibus vitiorum pestibus, vigilantibus lamentis obviate? Per tot igitur globos de Leviathan naribus fumus surgit, per quot nimirum pestes frugem cordis reprobi occulta aspiratione consumit. Cujus adhuc fumi vim sollicite Dominus exprimit, cum illico subjungit: Sicut ollae succensae atque ferventis. Olla enim succenditur cum mens humana maligni hostis suasionibus instigatur. Olla autem fervet cum jam etiam per consensum in desideriis pravae persuasionis accenditur. Et tot undas quasi fervendo projicit, per quot se nequitias usque ad exteriora opera extendit. Hunc namque carnalis conscientiae, id est ollae fervorem, ex Leviathan fumo venientem propheta conspexerat, cum dicebat: Ollam succensam ego video, et faciem ejus a facie Aquilonis (Jerem. I, 13). Ab Aquilonis namque facie humani cordis olla succenditur, dum instigatione adversarii spiritus illicitis desideriis inflammatur.

Pues ¿qué se designa por la oruga (eruca), que repta con todo su cuerpo por la tierra, sino la lujuria? la cual mancha de tal modo el corazón que posee, que no puede levantarse al amor de la limpieza superior. ¿Qué se expresa por la langosta, que vuela con saltos, sino la vana gloria, que se ensalza con vanas presunciones? ¿Qué se figura por el pulgón (bruchus), cuyo cuerpo casi todo se recoge en el vientre, sino la glotonería del comer? ¿Qué se insinúa por la herrumbre (rubigo), que cuando toca quema, sino la ira? El residuo de la oruga, por tanto, lo come la langosta, porque a menudo cuando el vicio de la lujuria se ha retirado de la mente, sucede la vana gloria. Pues porque ya no se abate por el amor del corazón, se gloría en sí misma como santa por la castidad. Y el residuo de la langosta lo come el pulgón, porque a menudo cuando se resiste a la vana gloria, que venía como de la santidad, se entrega uno más inmoderadamente al vientre o a cualesquiera deseos de ambición. Pues la mente que desconoce a Dios es llevada tanto más atrozmente a cualquier ambición, cuanto no se refrena por ningún amor ni siquiera a la alabanza humana. El residuo del pulgón lo consume la herrumbre, porque a menudo, mientras la glotonería del vientre se restringe por la abstinencia, domina más agriamente la impaciencia de la ira; la cual, a modo de herrumbre, come la cosecha como agostándola, porque la llama de la impaciencia hace marchitar los frutos de las virtudes. Cuando, pues, los vicios suceden a los vicios, una peste devora el campo de la mente mientras deja a otra.

[Vet. XL.] 66. Ebrios son los que, turbados por el amor de este mundo, no sienten los males que padecen. Bien, sin embargo, se añade allí: Despertad, ebrios, y llorad (Joel 1, 5). Pues son llamados ebrios los que, confundidos por el amor de este mundo, no sienten los males que padecen. ¿Qué es, pues, decir: Despertad, ebrios, y llorad (Joel 1, 5), sino: sacudid el sueño de vuestra insensibilidad, y, en la devastación del corazón por tantas pestes de vicios que se suceden, salid al encuentro con vigilantes lamentos? Por tantos globos de humo, por tanto, surge el humo de las narices de Leviatán, por cuantas pestes, sin duda, consume el fruto del corazón réprobo por una oculta aspiración. Cuya fuerza del humo todavía expresa el Señor solícitamente, cuando añade inmediatamente: Como de una olla encendida y hirviente. Pues la olla se enciende cuando la mente humana es instigada por las persuasiones del maligno enemigo. Pero la olla hierve cuando ya también por el consentimiento se enciende en los deseos de la depravada persuasión. Y proyecta tantas ondas, como hirviendo, por cuantas maldades se extiende hasta las obras exteriores. Pues este fervor de la conciencia carnal, es decir, de la olla, que viene del humo de Leviatán, lo había visto el profeta cuando decía: Veo una olla encendida, y su cara desde la cara del Aquilón (Jer. 1, 13). Pues desde la cara del Aquilón se enciende la olla del corazón humano, mientras se inflama por deseos ilícitos a instigación del espíritu adversario.

Ille namque qui ait: Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis (Isai. XIV, 13), mentem quam semel ceperit malignis persuasionis suae flatibus, quasi suppositis ignibus, accendit, quatenus, non contenta praesentibus, indesinenter per desideria aestuet, ut alia contemnenda appetat, alia adepta contemnat: ut modo suis compendiis inhiet, modo alienis commodis etiam cum proprio detrimento contradicat, modo carnis illecebris satisfaciat, modo quasi in quodam culmine per cogitationis superbiam rapta, carnali cura postposita, totam se in typho elationis attollat. Quia ergo cor per varia desideria abducitur, quod instigationibus Leviathan istius inflammatur, recte ejus fumus succensae et ferventi ollae similis esse perhibetur, quia per tot se fervores afflata ejus tentationibus conscientia erigit, per quot intra se cogitationes intumescit. Quod verbis aliis adhuc veritas apertius exsequitur, dum subjungitur:

Caput XXXVIII

[Rec. XXVIII].

VERS. 12.---Halitus ejus prunas ardere facit.

67. Carnalis mens, tanquam pruna flatu diaboli inflammata.---Quid enim prunas nisi succensas in terrenis concupiscentiis reproborum hominum mentes appellat? Ardent enim cum quodlibet temporale appetunt, quia nimirum urunt desideria quae quietum ac integrum esse animum non permittunt. Toties igitur Leviathan halitus prunas accendit, quoties ejus occulta suggestio humanas mentes ad delectationes illicitas pertrahit. Alias namque superbiae, alias invidiae, alias luxuriae, alias avaritae facibus inflammat. Superbiae quippe facem menti Evae supposuit, cum hanc ad contemnenda verba dominicae jussionis instigavit (Genes. III, 5). Invidiae quoque flamma Cain animum succendit, cum de accepto fratris sacrificio doluit, et per hoc usque ad fratricidii facinus pervenit (Genes. IV, 8). Luxuriae facibus cor Salomonis exussit, quem tanto mulieribus amore subdidit, ut, usque ad idolorum venerationem deductus, dum carnis delectationem sequeretur, conditoris reverentiae oblivisceretur (III Reg. XI, 4). Avaritiae quoque igne Achab animum concremavit, cum eum ad appetendam alienam vineam impatientibus desideriis impulit, et per hoc usque ad reatum homicidii pertraxit (III Reg. XXI). Tanto igitur Leviathan iste halitu in prunis flat, quanto annisu suggestionis occultae humanas mentes ad illicita inflammat. Unde et bene mox subditur:

Caput XXXIX

[Vet. XLI]

IBID.---Et flamma de ore ejus egreditur.

Pues aquel que dice: Me sentaré en el monte del pacto, en los lados del Aquilón (Is. 14, 13), enciende la mente que una vez ha tomado con los malignos soplos de su persuasión, como con fuegos puestos debajo, para que, no contenta con las cosas presentes, hierva incesantemente por los deseos, de modo que apetezca unas cosas despreciables, y desprecie otras una vez obtenidas: que ahora anhele sus propios provechos, ahora contradiga las comodidades ajenas incluso con el propio detrimento, ahora satisfaga los halagos de la carne, ahora, como arrebatada a una cierta cumbre por la soberbia del pensamiento, pospuesto el cuidado carnal, se eleve toda ella en la vanidad de la elación. Porque, por tanto, el corazón es llevado por varios deseos, el cual se inflama por las instigaciones de este Leviatán, rectamente se dice que su humo es semejante a una olla encendida y hirviente, porque por tantos fervores se yergue la conciencia, soplada por sus tentaciones, por cuantos pensamientos se hincha dentro de sí. Lo cual todavía sigue la verdad más claramente con otras palabras, mientras se añade:

Capítulo XXXVIII

[Rec. XXVIII].

VERS. 12.---Su aliento hace arder las brasas.

67. La mente carnal, como una brasa inflamada por el soplo del diablo.---¿Pues a qué llama "brasas" sino a las mentes de los hombres réprobos, encendidas en las concupiscencias terrenales? Pues arden cuando apetecen cualquier cosa temporal, porque sin duda queman los deseos que no permiten que el ánimo esté quieto e íntegro. Tantas veces, por tanto, el aliento de Leviatán enciende las brasas, cuantas veces su oculta sugestión atrae las mentes humanas a los deleites ilícitos. Pues a unas inflama con las hachas de la soberbia, a otras de la envidia, a otras de la lujuria, a otras de la avaricia. Ciertamente puso la hacha de la soberbia bajo la mente de Eva, cuando la instigó a despreciar las palabras del mandato dominical (Gén. 3, 5). La llama de la envidia también encendió el ánimo de Caín, cuando se dolió del sacrificio aceptado de su hermano, y por esto llegó hasta el crimen del fratricidio (Gén. 4, 8). Con las hachas de la lujuria consumió el corazón de Salomón, a quien sometió a tan gran amor por las mujeres que, conducido hasta la veneración de los ídolos, mientras seguía el deleite de la carne, se olvidó de la reverencia del Creador (1 Rey. 11, 4). Con el fuego de la avaricia también calcinó el ánimo de Acab, cuando lo impulsó con deseos impacientes a apetecer la viña ajena, y por esto lo atrajo hasta el reato de homicidio (1 Rey. 21). Tanto, por tanto, sopla este Leviatán con su aliento en las brasas, cuanto inflama las mentes humanas a lo ilícito con el esfuerzo de la sugestión oculta. De donde también bien se añade pronto:

Capítulo XXXIX

[Vet. XLI]

IBID.---Y una llama sale de su boca.

68. Per Antichristum ardentius saeviet. Non comburit nisi lignum, fenum, stipulam. Ejus flammam exstinguunt lacrymae.---Flamma quippe oris ejus est ipsa instigatio occultae locutionis. Pravae enim suasionis verba ad uniuscujusque animum facit, sed flamma est quod de ejus ore egreditur, quia ardet in desideriis animus cum ejus suggestionibus instigatur. Haec quotidie suggerit, haec usque ad praesentis vitae terminum suggerere non desistit; sed tunc se nequius dilatat, cum per illum damnatum hominem veniens, in hujus mundi se gloria apertius ostentat. Tunc ab ejus naribus vastior fumus procedit, quia humana corda signorum ejus admirationibus territa amplior instigatio percutit. Tunc ejus halitus vehementius prunas ardere facit, quia reproborum mentes, quas jam calentes amore gloriae temporalis invenerit, suggestionis suae flatibus usque ad nequitiam exercendae crudelitatis incendit. Tunc de ore ejus flamma egreditur, quia quidquid per se, quidquid per praedicatores suos loquitur, ignis est quo infructuosa ligna concremantur. Igne autem terrenae concupiscentiae eorum mens tangitur, qui nequaquam fieri pretiosa metalla concupiscunt. Qui ergo oris ejus non vult flamma affici, juxta doctoris veri sententiam, non lignum, fenum, stipula, sed aurum, argentum, et pretiosus lapis curet inveniri (I Cor. III, 12), quia tanto ignis suasionis illius amplius incendit, quanto se ei ad consentiendum molliorem quisque praebuerit. Sed quia nulla ratione conceditur ut mens in hac corruptibili carne posita nequaquam suasionis illius ardore tangatur, restat ut malignis flatibus adusta, ad orationis opem se sine cessatione convertat. Flammam quippe suggestionum illius exstinguit citius unda lacrymarum.

68. Se ensañará más ardientemente a través del Anticristo. No consume sino madera, heno, estopa. Las lágrimas extinguen su llama.---La llama de su boca es ciertamente la misma instigación de la locución oculta. Pues dirige palabras de depravada persuasión al ánimo de cada uno, pero es llama lo que sale de su boca, porque el ánimo arde en deseos cuando es instigado por sus sugestiones. Esto lo sugiere diariamente, esto no desiste de sugerirlo hasta el término de la presente vida; pero entonces se dilata más inicuamente cuando, viniendo a través de aquel hombre condenado, se ostenta más abiertamente en la gloria de este mundo. Entonces de sus narices procede un humo más vasto, porque una instigación más amplia golpea los corazones humanos, aterrados por las admiraciones de sus signos. Entonces su aliento hace arder las brasas más vehementemente, porque las mentes de los réprobos, que ya haya encontrado calentándose con el amor de la gloria temporal, las enciende con los soplos de su sugestión hasta el ejercicio de la maldad de la crueldad. Entonces de su boca sale una llama, porque todo lo que habla por sí mismo, todo lo que habla por sus predicadores, es fuego con el que se queman las maderas infructuosas. Con el fuego de la concupiscencia terrenal se toca la mente de aquellos que de ninguna manera desean llegar a ser metales preciosos. El que, por tanto, no quiera ser afectado por la llama de su boca, según la sentencia del verdadero doctor, procure encontrarse no madera, heno, estopa, sino oro, plata y piedra preciosa (1 Cor. 3, 12), porque tanto más incendia el fuego de aquella persuasión, cuanto cada uno se haya mostrado a él más blando para consentir. Pero porque por ninguna razón se concede que la mente puesta en esta carne corruptible no sea tocada por el ardor de aquella persuasión, resta que, abrasada por los malignos soplos, se convierta sin cesar al auxilio de la oración. Pues la onda de las lágrimas extingue más pronto la llama de sus sugestiones.

LIBER TRIGESIMUS QUARTUS.

Exponitur capitis XLI versus 13 cum reliquis, de diaboli praesertim superbia et saevissimis in sanctos Antichristi persecutionibus.

CAPUT PRIMUM.

1. Senescente mundo, tribulationes cum temporibus crescunt. Diabolus tanto acrius saevit, quanto poenae consummationi est vicinior.---Quia ex hoc mundo corpus gerimus, universitatis terminum ex ea qua nos sumus parte pensemus. Citius quippe qualis sit mundi finis agnoscimus, si sollicite aspicimus hoc quod de mundo gestamus. Aetas etenim nostra per juveniles annos robustius viget, in senili autem tempore crebrescentibus morbis excoquitur; et dum diutius distenditur ut subsistat, moriendi vice quotidie deficit per momenta vivendi. Ita etiam mundi tempus dum venientibus annis augetur, crebrescentibus malis afficitur; et unde aetatis augmentum percipit, inde salutis dispendium sentit. Tribulationes namque illi cum temporibus crescunt, et eo detrimenta vitae debilior tolerat, quo quasi ad vitam provectior durat. Totis enim contra illum hostis antiquus viribus solvitur, qui quamvis jam nunc interiit pro eo quod supernae conditionis beatitudinem amisit, tunc tamen plenius exstinguitur, quando, et a tentandi licentia abstractus, aeternis incendiis religatur. Unde et extrema mundi atrocius tentaturus aggreditur, quia tanto fit ferventior ad saevitiam, quanto se viciniorem sentit ad poenam. Considerat quippe quod juxta sit ut licentiam nequissimae libertatis amittat, et quantum brevitate temporis angustatur, tantum multiplicitate crudelitatis expanditur, sicut de illo voce angelica ad Joannem dicitur: Vae terrae et mari, quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet (Apoc. XII, 12). Tunc ergo in magnae irae fervorem se dilatat, ne qui in beatitudine stare non potuit, in damnationis suae foveam cum paucis ruat. Tunc quidquid nequiter valuerit, callidius exquirit; tunc cervicem superbiae altius erigit, et per damnatum illum quem gestat hominem omne quod temporaliter praevalet nequiter ostendit. Unde et divina voce recte nunc dicitur:

LIBRO TRIGÉSIMO CUARTO.

Se expone el verso 13 del capítulo XLI con los demás, especialmente sobre la soberbia del diablo y las saquísimas persecuciones del Anticristo contra los santos.

CAPÍTULO PRIMERO.

29. Qui diabolo substernuntur, etsi aurum videantur, lutum sunt. Qui diabolo substernuntur, etsi aurum videantur, lutum sunt.---Et fortasse quempiam moveat cur misericors Deus fieri ista permittat, ut Leviathan iste seu nunc per suggestiones callidas, sive tunc per damnatum illum quem replet hominem, vel solis radios, id est doctos quosque sapientesque subjiciat, vel aurum, hoc est viros sanctitatis claritate fulgentes, quasi lutum sibi vitiis coinquinando substernat. Sed citius respondemus quia aurum quod pravis ejus persuasionibus quasi lutum sterni potuerit, aurum ante Dei oculos nunquam fuit (De poenit., dist. 2, c. Qui enim seduci quandoque non reversuri possunt, quasi habitam sanctitatem oculos hominum videntur amittere; sed eam ante oculos Dei nunquam habuerunt. Saepe namque homo multis occulte peccatis involvitur, et in una aliqua virtute magnus videtur. Quae ipsa quoque virtus inanescens deficit, quia dum innotescit hominibus, procul dubio laudatur, ejusque laus inhianter appetitur. Unde fit ut et ipsa virtus ante Dei oculos virtus non sit, dum abscondit quod displicet, prodit quod placet. Quae itaque esse merita apud Deum possunt, quando et mala occulta sunt, et bona publica? Plerumque enim, sicut diximus, latet superbia, et castitas innotescit; atque ideo ostensa diu castitas circa vitae finem perditur, quia cooperta superbia usque ad finem incorrecta retinetur. Alius 1130 eleemosynis vacat, propria distribuit; sed tamen multis injustitiis servit, vel fortasse linguam in detractionibus exercet. Et fit plerumque ut is qui misericors fuerat juxta vitae suae terminum rapacitatis et crudelitatis stimulis inardescat. Quod valde justo judicio agitur, ut et perdat ante homines unde hominibus placuit, qui hoc unde Deo displicuit, corrigere nunquam curavit. Alius patientiae studet; sed dum invidere aliis, et servare in corde malitiam non cavet, fit quandoque impatiens, qui diu latuit dolens. Hi itaque et per aliquid aurum sum, et per aliquid lutum sunt. Atque hoc aurum quasi lutum sternitur, quando occultis peccatis exigentibus, etiam virtus quae publice claruerat dissipatur. Sed operae pretium credimus si in his virtutem superni ordinis subtilius perpendamus

Pero entonces se ensañará abiertamente por medio de éstos, mas ahora domina ocultamente en los corazones de muchos, como dice el Apóstol Pablo: Para que se revele en su tiempo, pues ya obra el misterio de la iniquidad (2 Tes. 2, 6). Tantas veces, por tanto, también ahora se sujeta el oro como lodo, cuantas veces derriba la castidad de los fieles por los vicios de la carne. Tantas veces pisa el oro como lodo, cuantas veces disipa el sentido de los continentes por los deseos inmundos. Lo cual entonces realiza tanto más vehementemente cuanto, entregado a su perdida libertad, perpetra esto que apetece más desenfrenadamente.

29. Quienes se substernan al diablo, aunque parezcan oro, son lodo. Y tal vez mueva a alguien por qué el Dios misericordioso permite que se hagan estas cosas, que este Leviatán, ya sea ahora por sugestiones astutas, o bien entonces por aquel hombre condenado a quien llena, sujete incluso a los rayos del sol, esto es, a cualesquiera doctos y sabios, o tienda el oro, esto es, a los varones que brillan con la claridad de la santidad, como lodo para sí manchándolos con vicios. Pero respondemos más pronto porque el oro que pudo ser tendido como lodo por sus perversas persuasiones, nunca fue oro ante los ojos de Dios (De poenit., dist. 2, c. Citius). Pues quienes pueden ser seducidos alguna vez para no volver, parecen perder a los ojos de los hombres la santidad que se creían tener; pero nunca la tuvieron ante los ojos de Dios. Pues a menudo el hombre se ve envuelto ocultamente en muchos pecados, y en alguna virtud se muestra grande. La cual virtud misma también languideciendo desfallece, porque mientras se da a conocer a los hombres, ciertamente es alabada, y su alabanza se apetece ansiosamente. De donde resulta que la virtud misma ante los ojos de Dios no es virtud, mientras esconde lo que disgusta y muestra lo que place. ¿Qué méritos puede haber, pues, ante Dios, cuando tanto los males son ocultos, como los bienes públicos? Pues la mayoría de las veces, como dijimos, late la soberbia, y la castidad se manifiesta; y por eso la castidad mostrada por largo tiempo se pierde cerca del fin de la vida, porque la soberbia encubierta se retiene incorregible hasta el fin. Otro se dedica a las limosnas, distribuye lo propio; pero sin embargo sirve a muchas injusticias, o tal vez ejercita la lengua en las detracciones. Y sucede la mayoría de las veces que aquel que había sido misericordioso cerca del término de su vida se encienda con los estímulos de la rapacidad y la crueldad. Lo cual se hace por un muy justo juicio, para que también pierda ante los hombres aquello por lo que plugo a los hombres, quien nunca se cuidó de corregir aquello por lo que plugo mal a Dios. Otro se dedica a la paciencia; pero mientras no se cuida de envidiar a otros, y de guardar malicia en su corazón, se vuelve alguna vez impaciente, quien por largo tiempo estuvo latente doliéndose. Éstos, por tanto, por algo son oro, y por algo son lodo. Y este oro se tiende como lodo, cuando, exigiéndolo los pecados ocultos, también se disipa la virtud que públicamente había brillado. Pero creemos que vale el precio del trabajo si en éstos pesamos más sutilmente el poder del orden soberano.

30. Deus occulta quorumdam mala tolerat, ut quae in aperto faciunt bona, electis prosint. Saepe enim omnipotens Deus occulta quorumdam mala tolerat, ut aperta eorum bona electorum suorum usibus profutura dispenset. Nam nonnulli mundum nequaquam funditus deserentes, non perseveraturi angustum iter arripiunt, sed ad quaerendam angustam viam exemplo suo eos qui perseveraturi sunt accendunt. Unde plerumque contingit ut ipsum hoc quod bene videntur vivere, non sibi, sed solis potius electis vivant, dum exemplis suis ad bene vivendi studia perseveraturos alios non perseveraturi provocant. Saepe enim quosdam videmus viam ingredi, ad locum propositum festinare, quos alii quia euntes conspiciunt sequuntur; eumdemque locum pariter petunt. Sed fit plerumque ut, irruente aliquo implicationis articulo, post se redeant qui praeibant, et hi ad locum perveniant qui sequebantur. Ita nimirum sunt qui non perseveraturi viam sanctitatis arripiunt. Idcirco enim virtutis iter non perventuri inchoant, ut eis qui perventuri sunt qua gradiantur ostendant. Quorum etiam casus, utilitate non modica, electorum profectibus servit, quia illorum lapsum dum conspiciunt, de suo statu contremiscunt; et ruina quae illos damnat istos humiliat. Discunt enim in superni adjutorii protectione confidere, dum plerosque conspiciunt de suis viribus cecidisse. Quando ergo bene agere videntur reprobi, quasi planum iter electis sequentibus monstrant; quando vero in lapsum nequitiae corruunt, electis post se pergentibus quasi cavendam superbiae foveam ostendunt. Erat ergo Leviathan iste, et solis sibi radios subdat, atque aurum luti more subjiciat. Scit omnipotens Deus ad electorum suorum solatium bene uti malo reproborum, quando hi qui ad illum perventuri sunt, et suis ad eum meritis proficiunt, et saepe in eo quod superbe sapiunt, alienis lapsibus corriguntur. Sed si haec Leviathan iste agit in eis etiam quos claros aliqua virtus ostendit, quid de illis facturus est quorum mens vel ex parte aliqua sublevata a terrenis concupiscentiis non est? Quos tamen divinus sermo aperte exprimit, dum subjungit:

Caput XVI

[Rec. XIV].

VERS. 22.---Fervescere faciet quasi ollam profundum mare.

30. Dios tolera los males ocultos de algunos, para que los bienes que hacen en público aprovechen a los elegidos. Pues a menudo el Dios omnipotente tolera los males ocultos de algunos, para que sus bienes manifiestos los dispense para utilidad de sus elegidos. Pues algunos, no abandonando de ninguna manera el mundo de raíz, y no habiendo de perseverar, emprenden el camino estrecho, pero para buscar la vía angosta encienden con su ejemplo a aquellos que han de perseverar. De donde la mayoría de las veces sucede que esto mismo que parecen vivir bien, no lo viven para sí, sino más bien para los solos elegidos, mientras que con sus ejemplos los que no han de perseverar provocan a otros que sí perseverarán a los estudios de vivir bien. Pues a menudo vemos a algunos entrar en el camino, apresurarse hacia el lugar propuesto, a quienes otros siguen porque los ven yendo; y buscan paritariamente el mismo lugar. Pero sucede la mayoría de las veces que, sobreveniendo algún artículo de complicación, los que precedían vuelvan tras de sí, y éstos lleguen al lugar que los seguían. Así ciertamente son aquellos que, no habiendo de perseverar, emprenden el camino de la santidad. Por eso en efecto inician el viaje de la virtud, no habiendo de llegar, para mostrar a aquellos que han de llegar por dónde caminen. Cuya caída también, con no pequeña utilidad, sirve a los provechos de los elegidos, porque mientras contemplan el lapso de aquéllos, tiemblan por su propio estado; y la ruina que condena a aquéllos humilla a éstos. Pues aprenden a confiar en la protección del auxilio soberano, mientras contemplan que muchísimos han caído de sus propias fuerzas. Cuando, por tanto, los réprobos parecen obrar bien, muestran como un camino llano a los elegidos que los siguen; cuando en cambio caen en el lapso de la iniquidad, muestran a los elegidos que avanzan tras ellos como una hoya de soberbia que debe evitarse. Era, pues, este Leviatán, y se someta los rayos del sol, y sujete el oro al modo del lodo. Sabe el Dios omnipotente usar bien del mal de los réprobos para el consuelo de sus elegidos, cuando éstos que han de llegar a Él, tanto aprovechan para Él por sus propios méritos, como a menudo en aquello que saben soberbiamente, se corrigen por los lapsos ajenos. Pero si este Leviatán hace estas cosas incluso en aquellos a quienes alguna virtud muestra claros, ¿qué ha de hacer con aquellos cuya mente ni siquiera en alguna parte ha sido levantada de las concupiscencias terrenas? A quienes sin embargo el discurso divino expresa abiertamente, mientras subraya:

Capítulo XVI

[Rec. XIV].

VERS. 22. --- Hervir hará como olla el profundo mar.

31. In ultima persecutione ira reproborum ebulliet in Sanctos. Quid per mare nisi vita saecularium, quid per profundum, nisi altae et abditae eorum cogitationes exprimuntur? Quod profundum mare Leviathan iste quasi ollam facit fervescere, quia nimirum constat, quod persecutionis extremae tempore contra electorum vitam studeat animos reproborum per flammam crudelitatis excitare. Tunc profundum mare quasi olla fervescit, cum corda dilectorum saeculi valido ardore succendit, et quae hoc pacis tempore intra suam malitiam clausa latuerunt, tunc in aestum immanissimae persecutionis ebulliunt, ac per abruptam crudelitatis apertae licentiam ea quae diu presserant odia antiqui livoris exhalant. Quia autem pestifero errore persuasi, sic in istis famulantur Antichristo, ut tunc verius praebere se aestiment obsequium Christo, postquam dixit: Fervescere faciet quasi ollam profundum mare, apte subjunxit:

Caput XXVII

[Vet. XI]

IBID.---Ponet quasi cum unguenta bulliunt.

32. Qui Antichristo contra sanctos militabunt, obsequium Deo praestare credent. Unguenta quippe cum bulliunt, fragrantiam suavitatis reddunt. Quia ergo Leviathan iste ita seducet corda reproborum, ut quidquid agunt ex iniquitate perfidiae pro veritate rectae fidei se agere suspicentur, quasi bene eis olet id quod zelo religionis exercent. Unde in Evangelio discipulis Veritas dicit: Ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se praestare Deo (Joan. XVI, 2). Igitur sicut olla fervent, dum crudeliter persequuntur; sed apud eos ipsa persecutio unguentorum fragrantiam redolet, dum mens eorum, vanis suspicionibus decepta, aestimat quia Deo obsequium persolvat. In Scriptura enim sacra unguentorum odoribus opinio solet signari virtutum. Unde sponsa in Canticis canticorum sponsum desiderans dicit: In odore unguentorum tuorum currimus (Cant. I, 3). Et unde Paulus apostolus virtutum laude fragrare se sciens, ait: Christi bonus odor sumus Deo (II Cor. II, 15). Itaque quia Leviathan iste ministros illius perditi vasis sui in crudelitatis opera sub opinione laudis et praetextu vitututis intercipit, postquam dixit: Fervescere faciet quasi ollam profundum mare, recte mox subdidit: Ponet quasi cum unguenta bulliunt. Quod enim per crudelitatis incendium mare fervet, hoc in eorumdem judicio qui excitantur falso nomine virtutis, ac si unguenta bulliant, ostendit, ut tanto atrociores ad crudelitatem fiant, quanto se etiam mereri praemia quasi pro zelo religionis existimant.

31. En la última persecución la ira de los réprobos hervirá contra los Santos. ¿Qué se expresa por el mar sino la vida de los seculares, qué por lo profundo sino las altas y ocultas cogitaciones de ellos? El cual profundo mar este Leviatán hace hervir como una olla, porque ciertamente consta que, en el tiempo de la persecución extrema, estudia excitar los ánimos de los réprobos contra la vida de los elegidos por la llama de la crueldad. Entonces el profundo mar hierve como una olla, cuando inflama los corazones de los amantes del siglo con un válido ardor, y aquellas cosas que en este tiempo de paz latieron cerradas dentro de su malicia, entonces hierven en el aestu de la persecución immanísima, y por la abrupta licencia de la crueldad abierta exhalan aquellos odios del antiguo livor que largamente habían presionado. Pero porque, persuadidos por el pestífero error, de tal modo sirven en estas cosas al Anticristo que entonces más verdaderamente estiman prestar obsequio a Cristo, después que dijo: Hervir hará como olla el profundo mar, aptamente añadió:

Capítulo XXVII

[Vet. XI]

IBID. --- Pondrá como cuando los ungüentos hierven.

32. Quienes militen para el Anticristo contra los santos, creerán prestar obsequio a Dios. Pues los ungüentos, cuando hierven, despiden fragancia de suavidad. Porque, por tanto, este Leviatán seducirá de tal modo los corazones de los réprobos que cualquier cosa que hagan por la iniquidad de la perfidia sospecharán que lo hacen por la verdad de la recta fe, aquello que ejercen con celo de religión les huele como bien. De donde en el Evangelio dice la Verdad a los discípulos: Que todo el que os mate, arbitre que presta obsequio a Dios (Juan 16, 2). Por tanto, como una olla hierven, mientras cruelmente persiguen; pero ante ellos la persecución misma redole la fragancia de los ungüentos, mientras su mente, engañada por vanas sospechas, estima que presta obsequio a Dios. Pues en la sagrada Escritura por los olores de los ungüentos suele signarse la opinión de las virtudes. De donde la esposa en el Cantar de los cantares deseando al esposo dice: En el olor de tus ungüentos corremos (Cant. 1, 3). Y de donde el apóstol Pablo, sabiéndose fragante por la alabanza de las virtudes, dice: Olor bueno de Cristo somos para Dios (2 Cor. 2, 15). Así, pues, porque este Leviatán intercepta a los ministros de aquel perdido vaso suyo en obras de crueldad bajo la opinión de alabanza y el pretexto de virtud, después que dijo: Hervir hará como olla el profundo mar, rectamente luego añadió: Pondrá como cuando los ungüentos hierven. Pues esto que por el incendio de la crueldad el mar hierve, lo muestra en el juicio de aquellos mismos que son excitados por el falso nombre de la virtud, como si los ungüentos hirvieran, para que se vuelvan tanto más atroces para la crueldad, cuanto también estiman merecer premios como por el celo de la religión.

Justumque hoc est divino judicio, ut qui pietatatis vim perpendere et custodire negligunt, suspicionis suae odore fallantur. Unde et, ad illusionis augmentum, eos crudelia perpetrantes signa quoque ac prodigia subsequuntur, sicut et recte subjungitur:

Caput XVIII

[Vet. XII, Rec. XV].

VERS. 23.---Post eum lucebit semita.

33. Antichristi semita miraculis lucebit. Post Leviathan quippe semita lucere perhibetur, quia quaqua transit, admirationem nimiam ex miraculorum suorum claritate derelinquit; et sive per se, seu per ministros suos quolibet prodeat, mendacibus signis coruscat. Unde et hoc quod jam saepe protulimus in Evangelio Veritas dicit: Surgent pseudochristi et pseudoprophetae, et dabunt signa et prodigia, ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi (Marc. XIII, 22). Semita igitur post Leviathan lucet, quia quorum corda penetrat, eorum opera prodigiis illustrat, ut nimirum tanto altius eorum mentes in erroris tenebris teneat, quanto per eos foris quasi potentius lucem de miraculis ostentat. Sed sunt nonnulli qui in memoria et verba prophetica, et Evangelica praecepta retinentes, sciant et falsa esse signa quae exhibet, et vera supplicia ad quae decipiens trahit. Horum corda Leviathan iste, quia sanctitatis ostentatione non intercipit, in alia se eis illusione componit. Quosdam namque haec scientes, sed tamen praesentem vitam diligentes conspicit, quorum protinus mentibus ventura supplicia levigat, finienda quandoque districtionis judicia asserit, et deceptos callide ad praesentes voluptates rapit. Unde et apte mox subditur:

Caput XIX

[Rec. XVI].

IBID.---Aestimabit abyssum quasi senescentem.

34. Poenarum aeternitatem non credunt reprobi, a diabolo in errorem inducti. Eorum falsis rationibus respondetur. Quod aeterna incomprehensibiliaque judicia, abyssi soleant nomine designari, Psalmista testatur dicens: Judicia tua abyssus multa (Psal. XXXV, 7). Senectus vero aliquando pro finis propinquitate ponitur. Unde Apostolus ait: Quod antiquatur et senescit, prope interitum est (Hebr. VIII, 13). Leviathan itaque iste aestimabit abyssum quasi senescentem, quia reproborum corda sic infatuat, ut suspicionem eis de venturo judicio quod quasi finiatur infundat.

Y esto es justo por el divino juicio, para que quienes descuidan el sopesar y custodiar la fuerza de la piedad, sean engañados por el olor de su propia sospecha. De donde también, para aumento de la ilusión, a ellos que perpetran cosas crueles los siguen también señales y prodigios, como también rectamente se añade:

Capítulo XVIII

[Vet. XII, Rec. XV].

VERS. 23. --- Tras él lucirá la senda.

33. La senda del Anticristo lucirá con milagros. Tras el Leviatán ciertamente se afirma que luce la senda, porque por dondequiera que pasa, deja una admiración nimia por la claridad de sus milagros; y ya sea que proceda por sí mismo, o por sus ministros, fulgura con señales mentirosas. De donde también esto que ya a menudo hemos proferido en el Evangelio dice la Verdad: Surgirán pseudocristos y pseudoprofetas, y darán señales y prodigios, de tal modo que sean inducidos a error, si puede hacerse, incluso los elegidos (Mc. 13, 22). La senda, por tanto, luce tras el Leviatán, porque ilustra con prodigios las obras de aquellos cuyos corazones penetra, para que ciertamente mantenga sus mentes tanto más profundamente en las tinieblas del error, cuanto por ellos fuera como más potentemente ostenta la luz de los milagros. Pero hay algunos que, reteniendo en la memoria tanto las palabras proféticas como los preceptos evangélicos, sepan que son falsas las señales que exhibe, y verdaderos los suplicios a los cuales arrastra engañando. Los corazones de éstos este Leviatán, porque no los intercepta por la ostentación de la santidad, se les presenta en otra ilusión. Pues a algunos que saben estas cosas, pero que sin embargo aman la vida presente, contempla, cuyas mentes prontamente aligera de los suplicios venideros, afirma que los juicios de la estrechez han de terminarse alguna vez, y arrebata a los engañados astutamente a los placeres presentes. De donde también aptamente luego se añade:

Capítulo XIX

[Rec. XVI].

IBID. --- Estimar hará el abismo como envejeciendo.

34. Los réprobos, inducidos a error por el diablo, no creen en la eternidad de las penas. Se responde a sus falsas razones. Que los juicios eternos e incomprensibles suelen deisgnarse con el nombre de abismo, lo testifica el Salmista diciendo: Tus juicios abismo mucho (Sal. 35, 7). La vejez, en cambio, a veces se pone por la proximidad del fin. De donde dice el Apóstol: Lo que se envejece y envejece, cerca está del interito (Heb. 8, 13). Este Leviatán, por tanto, estimará el abismo como envejeciendo, porque de tal modo infatúa los corazones de los réprobos que les infunde la sospecha de que el juicio venidero como que se termine.

Abyssum namque senescere aestimat, qui terminari quandoque in suppliciis supernam animadversionem putat. Igitur antiquus iste persuasor in membris suis, id est in mentibus iniquorum, futuras poenas levigat, quas quasi certo fine determinat, ut eorum culpas sine termino correptionis extendat; et eo magis hic peccata non finiant, quo istic aestimant peccatorum supplicia finienda.

35. Sunt enim nunc etiam qui idcirco peccatis suis ponere finem negligunt, quia habere quandoque finem futura super se judicia suspicantur. Quibus breviter respondemus: Si quandoque finienda sunt supplicia reproborum, quandoque finienda sunt ergo et gaudia beatorum. Per semetipsam namque Veritas dicit: Ibunt hi in supplicium aeternum, justi autem in vitam aeternam (Matth. XXV, 46). Si igitur hoc verum non est quod minatus est, neque illud verum est quod promisit. At inquiunt: Ideo aeternam poenam peccantibus minatus est, ut eos a peccatorum perpetratione compesceret, quia creaturae suae aeterna supplicia minari debuit, non inferre. Quibus citius respondemus: Si falsa minatus est ut ab injustitia corrigeret, etiam falsa pollicitus est ut ad justitiam provocaret. Et quis hanc eorum vesaniam toleret, qui dum promissionibus suis reproborum supplicia finiri asserunt, assertione sua etiam electorum praemia remunerationesque confundunt? Quis hanc eorum vesaniam toleret, qui conantur astruere verum non esse, quod Veritas de aeterno igne minata est, et dum satagunt Deum perhibere misericordem, non verentur praedicare fallacem?

36. Aeternis poenis addici peccatores quam aequum sit. At inquiunt: Sine fine puniri non debet culpa cum fine. Justus nimirum est omnipotens Deus, et quod non aeterno peccato commissum est, aeterno non debet puniri tormento. Quibus citius respondemus quod recte dicerent, si judex justus districtusque veniens, non corda hominum, sed facta pensaret. Iniqui enim ideo cum fine deliquerunt, quia cum fine vixerunt. Voluissent quippe sine fine vivere, ut sine fine potuissent in iniquitatibus permanere. Nam magis appetunt peccare quam vivere; et ideo hic semper vivere cupiunt, ut nunquam desinant peccare, cum vivunt. Ad districti ergo judicis justitiam pertinet, ut nunquam careant supplicio, quorum mens in hac vita nunquam voluit carere peccato; et nullus detur iniquo terminus ultionis, quia quandiu valuit, habere noluit terminum criminis.

Pues estima que el abismo envejece quien piensa que la animadversión soberana ha de terminarse alguna vez en los suplicios. Por tanto, este antiguo persuasor en sus miembros, esto es, en las mentes de los inicuos, aligera las penas futuras, las cuales determina como con un fin cierto, para extender las culpas de ellos sin término de corrección; y tanto más aquí no terminan los pecados, cuanto allá estiman que han de terminarse los suplicios de los pecados.

35. Pues hay también ahora quienes por eso descuidan poner fin a sus pecados, porque sospechan que los juicios futuros sobre sí han de tener alguna vez fin. A los cuales brevemente respondemos: Si alguna vez han de terminarse los suplicios de los réprobos, alguna vez han de terminarse, pues, también los gozos de los bienaventurados. Pues por sí misma dice la Verdad: Irán éstos al suplicio eterno, mas los justos a la vida eterna (Mt. 25, 46). Si, por tanto, esto no es verdadero lo que amenazó, tampoco aquello es verdadero lo que prometió. Pero dicen: Por eso amenazó con la pena eterna a los pecadores, para contenerlos de la perpetración de los pecados, porque debió amenazar a su criatura con suplicios eternos, no inferirlos. A los cuales respondemos más pronto: Si falsedades amenazó para corregir de la injusticia, también falsedades prometió para provocar a la justicia. ¿Y quién toleraría esta vesania de ellos, que mientras por sus promesas afirman que los suplicios de los réprobos se terminan, por su aserción también confunden los premios y remuneraciones de los elegidos? ¿Quién toleraría esta vesania de ellos, que intentan astruir que no es verdadero lo que la Verdad amenazó sobre el fuego eterno, y mientras se afanan por presentar a Dios misericordioso, no temen predicarlo falaz?

36. Cuán justo es que los pecadores sean adictos a penas eternas. Pero dicen: No debe castigarse sin fin la culpa con fin. Justo es ciertamente el Dios omnipotente, y lo que no fue cometido por un pecado eterno, no debe ser castigado por un tormento eterno. A los cuales respondemos más pronto que rectamente dirían, si viniendo el juez justo y estrecho, no pesara los corazones de los hombres, sino los hechos. Pues los inicuos por eso delinquieron con fin, porque vivieron con fin. Pues hubieran querido vivir sin fin, para haber podido permanecer en las iniquidades sin fin. Pues más apetecen pecar que vivir; y por eso aquí desean vivir siempre, para nunca dejar de pecar mientras viven. A la justicia del juez estrecho, pues, pertenece que nunca carezcan de suplicio aquellos cuya mente en esta vida nunca quiso carecer de pecado; y que no se dé al inicuo término de la venganza, porque mientras pudo, no quiso tener término del crimen.

[Vet. XIII.] 37. Justi videntes in malorum cruciatibus quae supplicia evaserint, ad Dei laudes excitantur. At inquiunt: Nullus justus crudelitatibus pascitur, et delinquens servus a justo domino idcirco caedi praecipitur, ut a nequitia corrigatur. Ad aliquid ergo caeditur cum non ejus dominus cruciatibus delectatur. Iniqui autem gehennae ignibus traditi quo fine semper ardebunt? Et quia certum est quod pius atque omnipotens Deus non pascitur cruciatibus iniquorum, cur cruciantur miseri, si non expiantur? Quibus citius respondemus quod omnipotens Deus, quia pius est, miserorum cruciatu non pascitur; quia autem justus est, ab iniquorum ultione in perpetuum non sedatur. Sed iniqui omnes aeterno supplicio, e quidem sua iniquitate, puniuntur; et tamen ad aliquid concremantur, scilicet ut justi omnes et in Deo videant gaudia quae percipiunt, et in istis respiciant supplicia quae evaserunt, ut tanto in aeternum magis divinae gratiae debitores se esse cognoscant, quanto in aeternum mala puniri conspiciunt quae ejus adjutorio vitare potuerunt.

38. Cur sancti pro suis inimicis gehennae addictis amplius non orant. At inquiunt: Et ubi est quod sancti sunt, si pro inimicis suis, quos tunc ardere viderint, non orabunt, quibus utique dictum est: Pro inimicis vestris orate (Matth. V, 44)? Sed citius respondemus: Orant pro inimicis suis eo tempore, quo possunt ad fructuosam poenitentiam eorum corda convertere, atque ipsa conversione salvare. Quid enim aliud pro inimicis orandum est, nisi hoc quod Apostolus ait: Ut det illis Deus poenitentiam, et resipiscant piscant a diaboli laqueis, a quo capti tenentur, ad ipsius voluntatem (II Tim. II, 25, 26? Et quomodo pro illis tunc orabitur, quando jam nullatenus possunt ad justitiae opera ab iniquitate commutari. Eadem itaque causa est cur non oretur tunc pro hominibus aeterno igne damnatis, quae nunc etiam causa est ut non oretur pro diabolo angelisque ejus aeterno supplicio deputatis. Quae nunc etiam causa est, ut non orent sancti homines pro hominibus infidelibus impiisque defunctis, qui de eis utique quos aeterno deputatos supplicio jam noverunt ante illum judicis justi conspectum orationis suae meritum cassari refugiunt. Quod si nunc quoque viventes justi mortuis et damnatis injustis minime compatiuntur, quando adhuc aliquid judicabile de sua carne se perpeti etiam ipsi noverunt, quanto districtius tunc iniquorum tormenta respiciunt, quando, ab omni vitio corruptionis exuti, ipsi jam justitiae vicinius atque arctius inhaerebunt? Sic quippe eorum mentes per hoc quod justissimo judici inhaerent, vis districtionis absorbet, ut omnino eis non libeat quidquid ab illius internae regulae subtilitate discordat.

[Vet. XIII.] 37. Los justos, viendo en los tormentos de los malos qué suplicios han evitado, se excitan a las alabanzas de Dios. Pero dicen: Ningún justo se alimenta de crueldades, y el siervo delincuente es mandado azotar por un amo justo por esto, para que sea corregido de la maldad. Para algo, pues, es azotado cuando su amo no se deleita con los tormentos. Pero los inicuos entregados a los fuegos de la gehena, ¿con qué fin arderán siempre? Y porque es cierto que el piadoso y omnipotente Dios no se alimenta de los tormentos de los inicuos, ¿por qué son atormentados los miserables, si no son expiados? A los cuales respondemos más pronto que el Dios omnipotente, porque es piadoso, no se alimenta del tormento de los miserables; pero porque es justo, no se calma de la venganza de los inicuos para siempre. Pero todos los inicuos son castigados con el suplicio eterno, y ciertamente por su propia iniquidad; y sin embargo son quemados para algo, a saber, para que todos los justos vean en Dios los gozos que perciben, y contemplen en aquéllos los suplicios que han evitado, para que tanto más en la eternidad se reconozcan deudores de la gracia divina, cuanto en la eternidad ven castigados los males que por su ayuda pudieron evitar.

38. Por qué los santos ya no oran por sus enemigos adictos a la gehena. Pero dicen: ¿Y dónde está que sean santos, si no orarán por sus enemigos, a los cuales entonces verán arder, a los cuales ciertamente se les dijo: Orad por vuestros enemigos (Mt. 5, 44)? Pero respondemos más pronto: Oran por sus enemigos en aquel tiempo en el cual pueden convertir sus corazones a la penitencia fructuosa, y salvarlos por esa misma conversión. Pues ¿qué otra cosa se ha de orar por los enemigos, sino esto que dice el Apóstol: Que Dios les dé penitencia, y se recobren de los lazos del diablo, por quien son tenidos cautivos, a su voluntad (2 Tim. 2, 25. 26)? ¿Y cómo se orará por ellos entonces, cuando ya de ningún modo pueden ser conmutados de la iniquidad a las obras de la justicia? Por tanto, la misma causa es por la que no se ora entonces por los hombres condenados al fuego eterno, que es ahora también la causa para que no se ore por el diablo y sus ángeles destinados al suplicio eterno. La cual ahora también es causa para que los hombres santos no oren por los hombres infieles e impíos difuntos, quienes ciertamente sobre aquéllos que ya conocen destinados al suplicio eterno ante aquel acatamiento del juez justo, rehúyen que se anule el mérito de su oración. Porque si ahora también los justos vivientes mínimamente se compadecen de los muertos y condenados injustos, cuando todavía ellos mismos conocen padecer algo juzgable de su carne, ¿con cuánta más estrechez contemplan entonces los tormentos de los inicuos, cuando, despojados de todo vicio de corrupción, se adhieran ya más cercana y estrechamente a la justicia? Pues de tal modo la visión de la estrechez absorbe sus mentes por esto que se adhieren al juez justísimo, que de ningún modo les place cualquier cosa que discrepe de la sutileza de aquella regla interna.

Sed quia, suborto occasionis articulo, haec contra Origenistas breviter diximus, ad eum quem praetermisimus exponendi ordinem recurramus. Postquam misericors Dominus callida machinamenta Leviathan istius indicavit, aperte praedicens omne quod electos exterius vehementer opprimit, omne quod interius suggestione sua reprobis blandienter infundit, mox immanitatem virtutis illius breviter insinuans subdit:

Caput XX

[Vet. XIV, Rec. XVII].

VERS. 24.---Non est super terram potestas quae comparetur ei.

39. Diabolus, amissa felicitate, naturae tamen angelicae magnitudinem servavit. Potestas ejus super terram cunctis eminentior perhibetur, quia etsi actionis suae merito infra homines cecidit, omne tamen humanum genus naturae angelicae conditione transcendit. Quamvis enim internae felicitatis beatitudinem perdidit, naturae tamen suae magnitudinem non amisit, cujus adhuc viribus humana omnia superat, licet sanctis hominibus meritorum suorum dejectione subjaceat. Unde et eisdem sanctis contra hunc decertantibus eo retributionis suae meritum crescit, quo ille ab eis vincitur qui per naturae potentiam quasi jure se hominibus superesse gloriatur. Sequitur:

CAPUT XXI.

IBID.---Qui factus est ut nullum timeret.

40. Primus angelus sic conditus, ut Deum caste timeret. Vinxit eum libertas quam appetiit. Sic quidem factus est per naturam, ut conditorem suum caste timere debuisset, timore videlicet sobrio et securo; non timore quem foras charitas mittit, sed timore, qui in saeculum saeculi permanet (I Joan. IV, 18), id est quem charitas gignit. Aliter enim timet conjugem uxor amans, aliter dominum ancilla peccans. Sic ergo fuerat iste conditus, quatenus timore laeto auctorem suum et amans metueret, et metuens amaret. Sed sua perversitate talis factus est, ut nullum timeret. Ei quippe a quo conditus fuerat subesse despexit. Ita enim Deus super omnia est, ut ipse sub nullo sit. Leviathan vero iste ejus celsitudinis culmen aspiciens, jus perversae libertatis appetit, ut et praeesset caeteris, et nulli subesset, dicens: Ascendam super altitudinem nubium, et similis ero Altissimo (Isai. XIV, 14). Cujus eo ipso similitudinem perdidit, quo esse ei superbe similis in celsitudine concupivit. Qui enim charitatem ejus imitari debuit, subditus ambiit ejus celsitudinem, et hoc quod imitari poterat, amisit elatus.

Pero porque, surgido un artículo de ocasión, hemos dicho estas cosas brevemente contra los Origenistas, recurramos a aquel orden de exponer que omitimos. Después de que el misericordioso Señor indicó las astutas maquinaciones de este Leviatán, predicando abiertamente todo lo que oprime vehementemente a los elegidos exteriormente, todo lo que por su sugestión infunde halagüeñamente a los réprobos interiormente, insinuando pronto brevemente la inmanidad de la virtud de aquél, añade:

Capítulo XX

[Vet. XIV, Rec. XVII].

VERS. 24. --- No hay potestad sobre la tierra que se le compare.

39. El diablo, perdida su felicidad, conservó sin embargo la magnitud de su naturaleza angélica. Su potestad sobre la tierra es presentada como más eminente que todas, porque aunque por el mérito de su acción cayó por debajo de los hombres, sin embargo trasciende a todo el género humano por la condición de su naturaleza angélica. Pues aunque perdió la bienaventuranza de la felicidad interna, sin embargo no perdió la magnitud de su naturaleza, con cuyas fuerzas todavía supera todas las cosas humanas, aunque esté sujeto a los hombres santos por la deyección de sus méritos. De donde también para esos mismos santos que luchan contra él, el mérito de su retribución crece por esto, porque aquél es vencido por ellos, quien por la potencia de la naturaleza se gloria como por derecho de estar por encima de los hombres. Sigue:

CAPÍTULO XXI.

IBID. --- El cual fue hecho para que a nadie temiese.

40. El primer ángel fue así condicionado para que temiera a Dios castamente. Lo ató la libertad que apeteció. Así ciertamente fue hecho por naturaleza, que debió haber temido a su creador castamente, a saber, con temor sobrio y seguro; no con el temor que la caridad echa fuera, sino con el temor que permanece por los siglos de los siglos (1 Jn. 4, 18), esto es, el que la caridad engendra. Pues de un modo teme al cónyuge la esposa amante, y de otro al señor la criada pecadora. Así pues había sido aquél condicionado, en tanto que con temor alegre, amando, temiera a su autor, y temiendo, lo amara. Pero por su perversidad fue hecho tal, que a nadie temiera. Pues despreció estar sujeto a Aquél por quien había sido creado. Pues de tal modo Dios está sobre todas las cosas, que Él mismo no está bajo nadie. Pero este Leviatán, contemplando la cumbre de Su alteza, apeteció el derecho de una libertad perversa, para presidir a los demás y no estar bajo nadie, diciendo: Subiré sobre la altura de las nubes, y seré semejante al Altísimo (Is. 14, 14). Cuaya semejanza perdió por eso mismo por lo que codició serle soberbiamente semejante en la alteza. Pues el que debió imitar Su caridad, estando sujeto, ambicionó Su alteza, y esto que podía imitar, lo perdió elado.

Celsus nimirum esset, si ei qui veraciter celsus est, inhaerere voluisset. Celsus esset, si participatione verae celsitudinis contentus fuisset. Sed dum privatam celsitudinem superbe appetiit, jure perdidit participatam. Relicto enim eo cui debuit inhaerere principio, suum sibi appetiit quodammodo esse principium. Relicto eo qui vere illi sufficere poterat, se sibi sufficere posse judicavit; et tanto magis infra se cecidit, quanto magis se contra gloriam sui conditoris erexit. Nam quem exaltabat libera servitus, dejecit captiva libertas. Qua libertate nunc ut nullum timeat effrenatur, sed ipsa graviter effrenatione restringitur. Superno enim judicio cuncta mirabiliter ordinante, vinxit illum libertas quam appetiit, quia nunc omnimodo non timens omnibus suppliciis subjacet, qui elementis etiam superesse poterat, si unum quem debuit timere voluisset. Unum profecto timeret omnia possidens, qui nunc unum non timens omnia patitur.

41. Dei timorem amisit. Quanto sui damno. Factus est ergo ut nullum timeret, nullum videlicet, quia nec Deum, sed neque hoc quod passurus est metuit. Cui nimirum felicius fuerat timendo vitare supplicia quam non timendo tolerare. Appetitum itaque celsitudinis vertit in rigorem mentis, ut jam per duritiam se male egisse non sentiat, qui praeesse per gloriam quaerebat. Nam quia jus quaesitae potestatis non obtinuit, quasi quoddam superbiae suae remedium insaniam insensibilitatis invenit; et quia provectu transgredi cuncta non potuit, despectu se contra cuncta praeparavit. [Vet. XV.] Cujus adhuc superbia studiose describitur, cum protinus subinfertur:

CAPUT XXII.

VERS. 25.---Omne sublime videt.

42. Diaboli ejusque membrorum immensa superbia. Saul propter elationem reprobatus. Davidis in suprema dignitate humilitas. Id est, cunctos velut infra se positos quasi de sublimi respicit, quia dum per intentionem contra auctorem nititur, aestimare sibi quemlibet similem dedignatur. Quod apte etiam ejus membris congruit, quia omnes iniqui per tumorem cordis elati cunctos quos cernunt superbiae fastu despiciunt; et si quando exterius venerantur, intus tamen in secreto cordis, ubi apud se sua aestimatione magni sunt, cunctorum sibi vitam meritumque postponunt, eosque infra se esse respiciunt, quia per elatam cogitationem cordis in cujusdam se altitudinis arce posuerunt. Quibus bene per prophetam dicitur: Vae qui sapientes estis in oculis vestris, et coram vobismetipsis prudentes (Isai. V, 21). Hinc etiam Paulus ait: Nolite prudentes esse apud vosmetipsos (Rom. XII, 16).

Alto ciertamente sería si hubiera querido adherirse a Aquél que es verdaderamente alto. Sería alto si se hubiera contentado con la participación de la verdadera alteza. Pero mientras apeteció soberbiamente una alteza privada, por derecho perdió la participada. Pues dejado aquel principio al que debió adherirse, apeteció ser para sí en cierto modo su propio principio. Dejado Aquél que verdaderamente le podía bastar, juzgó que podía bastarse a sí mismo; y tanto más cayó por debajo de sí, cuanto más se irguió contra la gloria de su creador. Pues a quien exaltaba la libre servidumbre, lo derribó la cautiva libertad. Por cuya libertad ahora se desenfrena para no temer a nadie, pero por ese mismo desenfreno es gravemente restringido. Pues ordenándolo todo maravillosamente el juicio soberano, lo ató la libertad que apeteció, porque ahora, no temiendo de ningún modo, yace bajo todos los suplicios, quien podía estar incluso sobre los elementos si hubiera querido temer a uno solo a quien debió. Ciertamente poseería todas las cosas temiendo a uno solo, quien ahora, no temiendo a uno solo, lo padece todo.

41. Perdió el temor de Dios. Con cuánto daño suyo. Fue hecho, pues, para no temer a nadie, a nadie a saber, porque ni a Dios ni tampoco esto que ha de padecer teme. Para quien ciertamente hubiera sido más feliz evitar los suplicios temiendo, que tolerarlos no temiendo. Así pues, convirtió el apetito de la alteza en rigor de la mente, para que ya por la dureza no sienta haber obrado mal el que buscaba presidir por la gloria. Pues porque no obtuvo el derecho de la potestad buscada, encontró como un cierto remedio de su soberbia la insania de la insensibilidad; y porque no pudo trascenderlo todo por el provecho, se preparó contra todo por el desprecio. [Vet. XV.] Cuaya soberbia todavía se describe estudiosamente cuando se subañade inmediatamente:

CAPÍTULO XXII.

VERS. 25. --- Todo lo sublime ve.

42. Inmensa soberbia del diablo y de sus miembros. Saúl reprobado por la elación. Humildad de David en la suprema dignidad. Esto es, contempla a todos como puestos debajo de sí como desde lo sublime, porque mientras por la intención lucha contra el Autor, desdeña estimar a cualquiera semejante a sí. Lo cual aptamente también conviene a sus miembros, porque todos los inicuos, elados por el tumor del corazón, desprecian con el fasto de la soberbia a todos los que ven; y si alguna vez veneran exteriormente, sin embargo por dentro, en el secreto del corazón, donde ante sí son grandes por su propia estimación, posponen a sí la vida y el mérito de todos, y los contemplan como estando por debajo de sí, porque por la elada cogitación del corazón se han puesto en el alcázar de una cierta altura. A los cuales bien se les dice por el profeta: ¡Ay de vosotros que sois sabios a vuestros ojos, y prudentes ante vosotros mismos! (Is. 5, 21). De aquí también dice Pablo: No queráis ser prudentes ante vosotros mismos (Rom. 12, 16).

Hinc ad Saul divina increpatione dicitur: Nonne cum esses parvulus in oculis tuis, caput te constitui in tribubus Israel (I Reg. XV, 17). Parvulus quippe in oculis suis est, qui in eo quod semetipsum considerat, imparem se alienis meritis pensat. Nam quasi grandem se aspicit, quisquis se super aliena merita elatione cogitationis extendit. Saul autem reprobus in bono quod coeperat non permansit, quia fastu susceptae potestatis intumuit. [Vet. XVI.] At contra, David semper de se humilia sentiens, ejusdemque Saul se comparationi postponens, postquam feriendi locum reperit, et pepercit eidem saevienti adversario, humili se professione prostravit, dicens: Quem persequeris, rex Israel? quem persequeris? Canem mortuum, et pulicem unum (I Reg. XXIV, 15)? Et certe jam unctus in regem fuerat, jam exorante Samuele, et cornu super se oleum fundente didicerat quod eum divina gratia, Saul reprobato, ad regni gubernacula possidenda servabat, et tamen persequenti adversario mente humili se substernebat, cui divino judicio praelatum se esse noverat. Illi itaque se humilmente postponebat quo per electionis gratiam incomparabiliter se noverat esse meliorem. Discant ergo quomodo humiliari proximis debeant, qui adhuc quo loco apud Deum habeantur nesciunt, si sic se electi etiam illius humiliant, quibus jam se per interna judicia antepositos deprehendunt.

43. Humilitas electorum propria. Hoc autem proprium esse specimen electorum solet, quod de se semper sentiunt infra quam sunt. Hinc namque ab eodem David dicitur: Si non humiliter sentiebam, sed exaltavi animam meam (Psal. CXXX, 2). Hinc Salomon ad sapientiam parvulos vocat, dicens: Si quis est parvulus, veniat ad me (Prov. IX, 4). Qui enim necdum semetipsum despicit, humilem Dei sapientiam non apprehendit. Hinc in Evangelio Dominus dicit: Confiteor tibi, Domine pater coeli et terrae, quia abscondisti haec a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis (Matth. XI, 25). Hinc rursum Psalmista ait: Custodiens parvulos Dominus (Ps. CXIV, 6). Hinc magister gentium dicit: Facti sumus parvuli in medio vestri (I Thess. II, 7). Hinc discipulos admonens, ait: Superiores sibi invicem arbitrantes (Philip. II, 3). Nam quia iniquus quisque inferiorem se omnem quem cognovit putat, e diverso justus studet ut superiorem quemlibet proximum attendat. Ac ne dum se alii alter humiliat, humiliatio iret alteri in elationem, bene utramque partem admonuit, dicens: Superiores sibi invicem arbitrantes, ut in cogitationibus cordis et ego mihi illum praeferam, et vicissim ille me sibi, ut cum ab utraque parte cor inferius premitur, nullus ex impenso honore sublevetur.

De aquí se dice a Saúl por la increpación divina: ¿No es verdad que cuando eras pequeñito a tus ojos, te constituí cabeza en las tribus de Israel? (1 Rey. 15, 17). Pues pequeñito a sus propios ojos es quien en esto que se considera a sí mismo, se piensa impar a los méritos ajenos. Pues como grande se contempla quienquiera que se extiende por la elación de la cogitación sobre los méritos ajenos. Saúl, en cambio, réprobo, no permaneció en el bien que había comenzado, porque se entumeció por el fasto de la potestad recibida. [Vet. XVI.] Pero al contrario, David, sintiendo siempre de sí cosas humildes, y posponiéndose a la comparación de ese mismo Saúl, después que encontró lugar para herir y perdonó a ese mismo adversario que se enfurecía, se postró con humilde profesión diciendo: ¿A quién persigues, rey de Israel? ¿a quién persigues? ¿A un perro muerto y a una pulga sola? (1 Rey. 24, 15). Y ciertamente ya había sido ungido como rey, ya por la oración de Samuel y por el cuerno que derramaba óleo sobre él, había aprendido que la gracia divina, reprobado Saúl, lo reservaba para poseer el gobierno del reino, y sin embargo se subordinaba con mente humilde al adversario que lo perseguía, a quien por el juicio divino sabía haber sido antepuesto. A aquél, pues, se posponía humildemente de quien por la gracia de la elección sabía ser incomparablemente mejor. Aprendan, pues, cómo deben humillarse ante los prójimos los que todavía ignoran en qué lugar son tenidos ante Dios, si así se humillan incluso los elegidos de aquél, a quienes ya por los juicios internos descubren haber sido antepuestos.

